

M. TULLII CICERONIS

OPERA.

VOL. VI.

M. TULLII CICERONIS

ORATIONES

EX EDITIONE JO. AUG. ERNESTI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITÆ.




VOLUMEN TERTIUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1830.



M. TULLII CICERONIS,

DE LEGE AGRARIA,

CONTRA P. SERVILIUM RULLUM,

TRIBUNUM PLEBIS,

AD POPULUM,

ORATIO XVII.

I. 1. COMMODIUS[a] fecissent tribuni plebis,[a] Quirites, si, quæ apud vos de[1] me detulerunt, ea coram potius, me præsente, dixissent: nam et æquitatem vestræ disceptationis,[b] et consuetudinem superiorum,[b] et jus suæ potestatis retinuissent. Sed quoniam adhuc præsens certamen contentionemque[2] fugerunt; nunc, si videtur eis, in meam concionem prodeant, et, quo provocati a me venire noluerunt,[3] revocati saltem revertantur. 2. Video quosdam, Quirites, strepitu significare nescio quid, et non eosdem vultus,[4] quos

[a] *Rectius.* [b] *Deliberationis.*

CAP. I. 1 Ab Erf. abest *de* ante *me.* Tum C *ferunt:* Lamb. Ern. Beck. Schutz. *detulerunt,* ut Boulierius (1562.) volebat. Ceteri *deferunt.* Cujacius scribi mavult *disserunt.*—2 χ *contentionem* sine copula *que.*—3 χ *voluerunt.*—

NOTÆ

[a] *Tribuni plebis*] Rullum arguit imprudentiæ, qui de Cicerone absente conqueritur, cum publice id apud populum facere potuisset.

[b] *Superiorum*] Tribunorum plebis consuetudinem servasset, quorum est apud populum agere.

proxima mea concione præbuerunt,[5] in hanc concionem mihi retulisse.[6] Quare a vobis, qui nihil de me credidistis, ut eam voluntatem, quam semper habuistis erga me, retineatis, peto: a vobis autem, quos leviter immutatos[7] esse sentio, parvam exigui temporis usuram bonæ de me opinionis postulo, ut eam, si, quæ dixero, vobis probaro,[8] perpetuo retineatis; sin aliter, hoc ipso in loco depositam atque abjectam relinquatis. 3. Completi sunt animi auresque vestræ, Quirites, me gratificantem septem tyrannis,[c] ceterisque Sullanarum assignationum[d] possessoribus, agrariæ legi et commodis vestris obsistere. Hæc si qui crediderunt, illud prius crediderint necesse est,[9] hac lege agraria, quæ promulgata sit, adimi Sullanos agros, vobisque dividi, aut denique minui privatorum possessiones, ut in eas vos deducamini. [*p.* 88.] Si ostendo, non modo non[10] adimi cuiquam glebam de Sullanis agris, sed etiam[11] genus id agrorum certo capite legis impudentissime[e] confirmari atque sanciri;[12] si doceo, agris his,[13] qui a Sulla sunt dati, sic diligenter Rullum sua lege consulere, ut facile appareat, eam legem, non a vestrorum commodorum patrono, sed a Valgii genero[14][f] esse conscriptam; num quid est causæ, Quirites,[15] quin illa criminatione, qua in me absen-

4 Idem Ms. *vultis.*—5 Beck. tacite *præbuerant.*—6 C et χ *præbuisse.*—7 C H S χ *invitatos.*—8 Pro vulg. *probabo* Ern. e conjectura cum Beck. et Schutz. dedit *probaro.*—9 χ *Hæc si cred., illud prius crediderint. Necesse est.*—10 *Non* ante *adimi* in χ deest.—11 C omittit *etiam.*—12 Pal. 2. et Cujac. *sanari.*—13 Ven. 1483. Junt. Laured. Lamb. et Orell. *agris iis.* Tum *qui Sylla* S χ: *qui Syllæ* C.—14 H *a Vulgi genero:* C S χ *a Vulgi genere.*—15 C H S χ omittunt *Quirites.* A Pith. abest *quin.*

NOTÆ

[c] *Septem tyrannis*] Septem potissimum invidia laborabant, quod maximas a Sulla possessiones obtinuissent; tres potissimum suspecti fuere, Crassus, Faustus, et Metellus. De aliis nihil scriptum invenitur.

[d] *Sullanarum assignationum*] Sulla 47. legionibus agros proscriptorum assignavit. Vide Livium, l. LXXXIX.

[e] *Impudentissime*] Ex capite legis suæ Rullus proscriptiones agrorum factas a Sulla confirmat contra populi commoda, quæ se defendere profitetur Cicero.

[f] *Valgii genero*] Vult ostendere Cicero, Rullum tribunum plebis non tam ad reipub. quam ad Valgii commoda attendisse, 'qui,' ut dixit superiori oratione, 'tantum agri in illis reipub. tenebris occupavit, quantum concupivit.'

tem usus est, non solum meam, sed etiam vestram diligentiam prudentiamque despexerit?

II. 4. Caput[16] est legis[g] XL, de quo ego consulto, Quirites, neque apud vos ante feci mentionem, ne aut refricare[h] obductam[17] jam reipublicæ cicatricem viderer, aut aliquid,[18] alienissimo tempore, novæ dissensionis commovere. Neque vero nunc ideo disputabo, quod hunc statum reipublicæ[19] non magnopere defendendum putem; præsertim, qui otii et concordiæ patronum me in hunc annum reipublicæ professus sim; sed ut doceam Rullum, posthac in his[20] saltem tacere rebus, in quibus de se et de suis factis taceri velit. 5. Omnium legum iniquissimam dissimillimamque legis esse arbitror eam, quam L. Flaccus, interrex,[i] de Sulla tulit, ut omnia, quæcumque ille fecisset, essent rata. Nam cum ceteris in civitatibus, tyrannis institutis, leges omnes exstinguantur atque tollantur, hic reipublicæ tyrannum lege constituit. Est invidiosa lex, sicut dixi; verumtamen habet excusationem: non enim videtur hominis lex esse, sed temporis.[k] 6. Quid, si est hæc multo impudentior?[1] Nam Valeria lege Corneliisque legibus eripitur, cum datur;[2][l] conjungitur impudens grati-

CAP. II. 16 C et S *Capuæ.*—17 χ *referre abductam:* C S *refr. abductam.*—18 χ *ut aliq.*—19 Pro *reipublicæ,* quia superfluum est, Laured. et Lamb. *populo Romano,* Gulielm. *publice* rescribi maluerunt. Ern. autem pro glossem. habet. Dein *confessus sim* C H S χ et edd. ante Manut.—20 Laured. et Orell. *in iis.*—1 H S χ *est hoc;* et C H S *multo imprudentior.*—2 C H S χ, Franc. Cujac. Pall. et Mss. nonnulli ap. Laured. atque edd. vett. *erip., cui datur:* alii ap. Laured. *cum erip. datur:* Pith. et Erf. *erip. civi datur;* unde Grævius conjecit Ciceronem scripsisse *eripitur civi, civi datur.* Orell., qui censet locum esse corruptum, conjecit *eripitur, datur;* vel *eripitur huic, illi*

NOTÆ

[g] *Legis*] Serviliam legem intelligit, quæ a Servilio Rullo lata est.

[h] *Refricare*] Per allegoriam a plagis sumtam, significat bellorum civilium, quæ vix exstinctæ sunt, calamitates.

[i] *L. Flaccus, interrex*] Interrex duabus de causis creabatur; aut, ut demortui regis locum teneret, dum alius crearetur; aut, ut, dissidente populo, novi consules crearentur. Flaccus autem ille interrex creatus, ut novi consules in locum Carbonis et Marii interfectorum eligerentur, tulit, ut Sulla perpetuus dictator esset in repub. ut exortos tot motus compesceret.

[k] *Sed temporis*] Lex illa plane servit tempori.

[l] *Eripitur, cum datur*] Nempe cum

ficatio cum acerba injuria : sed tamen habet in[3] illis legibus spem nonnullam ille, cui ademtus est;[4] [m] aliquem scrupulum, cui datus est. Rulli cautio est hæc, 'Quæ[5] post C. Marium,[n] Cn. Papirium, consules.' Quam[6] procul a suspicione fugit,[o] quod eos consules, qui adversarii Sullæ maxime fuerunt, potissimum nominavit? Si enim Sullam dictatorem nominasset; perspicuum fore et[7] invidiosum arbitratus est. Sed quem vestrum[8] tam tardo ingenio fore putavit, cui post eos consules, Sullam dictatorem fuisse, in mentem venire non posset? 7. Quid ergo ait Marianus tribunus[p] plebis, qui nos[9] Sullanos[q] in invidiam rapit? 'Quæ[10] [r] post Marium et Carbonem, consules, agros,[11] ædificia, lacus, stagna, loca, possessiones, (cœlum et mare prætermisit,[s] cetera complexus est) publice data, assignata, vendita, concessa sunt.' A quo, Rulle? Post Marium et Carbonem consules quis assignavit? quis dedit? quis concessit,[12] præter Sullam? 'Ea omnia eo jure sint'.... Quo

datur.—3 Pro *habet in* C H S χ Pall. Erf. Franc. Pith. Ms. Turnebi et edd. vett. exhibent *inhibet.* 'Schutzii si auctoritatem haberem, illico recepissem *imbibit illis leg.*' Orell. qui locum ut corruptum notavit. Mox, in Mss. plerisque et edd. ante Laured. deest *ille.*—4 χ *adeptus est.* Puteanus legi maluit *ademtum est* ... *datum est.*—5 H et χ *qui.*—6 C H S χ *Quinam.*—7 Copula ante *invidiosum* in χ deest.—8 *Nostrum* Pal. 2. et Cujac.—9 C H S χ *vos.*—10 Mss. iidem cum Pith. *Qui.*—11 *Agri* e Franc. et Ms. Turnebi receperunt Græv. Beck. Schutz. et Orell. Ceteri *agros.* Vid. Nott. Varr. Mox, Turnebus, Advers. xxv. 16. emendandum putavit *possessiones publicæ, cœlum, &c.*—12 Lamb. e conjectura Puteani edidit *quis assign.? quis dedit? quis vendi-*

NOTÆ

agros suis largitur Sulla, eripit eos suis dominis, ut aliis det.

[m] *Cui ademtus est*] Subauditur ager, vel fundus.

[n] *Quæ post C. Marium*] Verba legis sunt. Marius junior et C. Papirius Sullæ fuere inimici; hi vero anno duntaxat Sullæ dictaturam præcedunt.

[o] *A suspicione fugit*] Ne quis Rullo Sullanos agros confirmari et sanciri putaret, non ipse dixit post Sullam dictatorem, sed post Marium et C. Papirium.

[p] *Marianus tribunus*] Ironice loquitur: nam ita fuit ille Rullus Sullæ addictus, ut quæ dictator ille dederat, concesserit, et lege sua firmaverit.

[q] *Nos Sullanos*] Rullus, ut fraudes suas tegat, Sullanum Ciceronem vocat; atque in utraque appellatione turpissime mentitur.

[r] *Quæ, &c.*] Verba legis sunt.

[s] *Cœlum et mare prætermisit*] Iniquitatem illius legis ostendit, qua omnia quæ prorsus concedi possunt, Sullæ permisit: restabat id unice, ut cœlum et mare daret.

jure? labefactat[t] videlicet nescio quid. Nimium acer,[13] nimium vehemens tribunus plebis Sullana[14] rescindit. 'Ut quæ[15] optimo jure privata sint.' Etiamne meliore, quam paterna et avita? meliore.[16] 8. At hoc Valeria lex non dicit: Corneliæ leges non sanciunt: Sulla ipse non postulat. Si isti agri partem aliquam juris,[u] aliquam similitudinem propriæ possessionis, aliquam spem[17] diuturnitatis attingunt; nemo est tam imprudens[18] istorum, quin agi secum[x] præclare arbitretur. Tu vero, Rulle, quid quæris? Quod habent, ut habeant? quis vetat? ut privatum?[19 y] At ita latum est, ut melior tui soceri fundus Irpinus[z] sit, sive ager Irpinus,[20] (totum enim possidet) quam meus paternus avitusque fundus Arpinas.[a] 9. Id enim caves.[b] Optimo enim jure ea sunt profecto prædia, quæ optima conditione sunt. Libera meliore jure sunt, quam serva.[c] Capite hoc omnia, quæ serviebant, non servient. [*p.* 89.] Soluta meliore in causa sunt, quam obligata:[1] eodem

dit? quis conc.—13 χ, Ven. 1480. 1483. *acre.*—14 *Sullanus* Pith. *Sillanis* Pal. 2. *Sullæ acta* maluit Gulielm.—15 Lamb. *Quo quæ,* omisso *Ut.* Dein Turnebus legi maluit *privata sunt.*—16 *Meliore* post *Avita* in χ deest.—17 Al. *speciem.*—18 Crat. Laured. Lamb. Grut. Lall. *impudens.*—19 Pith. *Ut privatim:* al. *Et ut privatum.* Post *privatum* nonnulli, non interrogandi signum, sed punctum ponunt, ut sit Rulli responsum. Dein *Sed ita latum est* Mss. plerique et edd. ante Lamb. cum Orell. Ceteri *At ita latum est* e conjectura Lauredani. Ern. conjecit *At id ita latum est.*—20 Junt. et Orell. *Hirpinus.* —1 *Quam non obl.* C H χ: *quæ non obl.* S. Mox, pro vulg. *obligata* in C H

NOTÆ

[t] *Labefactat*] Possessiones a Sulla assignatas ironice labefactare dicit.

[u] *Partem aliquam juris*] Nullam juris partem habent possessiones a Sulla datæ, quia injuste eas dedit.

[x] *Quin agi secum*] Id est, sed res non ita se habet; nam isti agri concessi sunt contra jus omne: non sunt igitur vere possessi, nec diuturna potest eorum esse possessio: ergo Rullus est iniquior, qui, quod quisque habet, habere vult.

[y] *Ut privatum*] Id est, ut habeant quasi rem privatam. Rullus vero eos agros longe meliori conditione habere vult.

[z] *Fundus Irpinus*] Irpini populi sunt ad Soractem montem, dicti ab Irpo, quo nomine Samnites Lupum appellant; seu quod Lupum secuti ducem, sedes suas ibi delegerunt; seu quod more luporum, ex rapto viverent.

[a] *Fundus Arpinas*] Arpinas ab Arpino oppido in Volscis, Ciceronis patria.

[b] *Caves*] Nempe iis verbis, 'ut quæ optimo jure privata sunt:' non enim omnia optimo jure privata sunt.

[c] *Quam serva*] Quæ serva sunt, neque libera, publice vectigal aliquod pensitant.

capite obligata omnia, si modo Sullana sunt, liberabuntur.[2] Immunia commodiore conditione sint,[3] quam illa, quæ pensitant: ego Tusculanis pro aqua Crabra[4][d] vectigal pendam, quia a municipio fundum accepi: si a Sulla mihi datus esset, Rulli lege non penderem. III. 10. Video vos, Quirites, sicuti res ipsa cogit, commoveri[5] vel legis vel orationis impudentia; legis,[6] quæ jus melius Sullanis prædiis constituat, quam paternis; orationis, quæ ejusmodi causa[e] insimulare quenquam audeat, rationes Sullæ nimium vehementer defendere. At si illa solum sanciret, quæ a Sulla essent data, tacerem; modo ipse se Sullanum esse confiteretur. Sed non modo illis cavet, verum etiam aliud quoddam genus donationis inducit; et is, qui a me Sullanas possessiones defendi criminatur, non eas solum sancit, verum ipse novas assignationes instituit, et repentinus Sulla nobis exoritur.[f] 11. Nam attendite, quantas concessiones agrorum hic noster[7] objurgator uno verbo facere conetur. 'Quæ data, donata, concessa, vendita.' Patior. Audio: quid deinde? 'Possessa.' Hæc[8] tribunus plebis promulgare ausus est, ut, quod quisque post Marium et Carbonem consules possidet,[9] id eo jure teneret,



S χ, Cujac. Pall. et edd. vett. cum Orell. *subsignata:* Franc. *obsignata.* In Ms. Turnebi *eod. cap. nota obsignata omnia.*—2 Ern. e conj. cum Beck. et Schutz. dedit *liberabuntur.* Ceteri *liberantur.*—3 *Sunt* omnes edd. præter Lamb. Grut. Græv. Oliv. Ern. qui habent *sint,* errore typographico, ut ait Beckius.—4 Mss. nonnulli et edd. vett. *crebra.* Mox, pro *quia* Mss. plerique et Orell. habent *qui.* Pro *a municipio* Ven. 1483. habet *a mancipio:* Mss. plerique, Beck. Schutz. et Orell. *mancipio.*

CAP. III. 5 χ *cogito moveri:* Vict. Manut. *cogat, comm.*—6 *Legis* ante *quæ jus* in C H S χ deest. Mox H S χ *Sull. præsidiis const.*—7 Pro *noster* C H S χ habent *modo.* Dein χ *conatur.*—8 Pro *Hæc* Junt. Crat. Hervag. Cam. Laured. Lamb. habent *Hoc;* χ *Homine.*—9 Ern. conjecit *possideret,* vel *possederit.* Mox, Laured. legi vult *teneat.* Dein *quod optimo priv.* Mss. plerique et edd. vett. *quo optimo priv.* Junt. Laured. *quo quod optimo jure priv.*

NOTÆ

[d] *Aqua Crabra*] Aqua Crabra illa est, quam omnes villæ Tusculanæ per vicem, in dies, modulosque certos, dispensatam accipiebant. De hac Cicero loquitur epist. ad Tironem, et Frontinus de Aquæductibus.

[e] *Quæ ejusmodi causa*] Quæ eo nomine insimulare quempiam audeat, quod acrius rationes Sullæ defendere audeat.

[f] *Repentinus Sulla nobis exoritur*] Repentinus vocatur, quia ut alter Sulla possessiones agrorum distribuit.

quo qui optimo privatum? Etiamne si vi ejecit? etiamne si clam, si precario[10] [g] venit in possessionem? Ergo hac lege jus civile, causæ possessionum, prætorum interdicta[h] tollentur. 12. Non mediocris res, neque parvum[11] sub hoc verbo furtum, Quirites, latet. Sunt enim multi agri lege Cornelia publicati, nec cuiquam[12] assignati, neque venditi, qui a paucis hominibus impudentissime possidentur. His cavet; hos defendit; hos privatos facit:[i] hos, inquam, agros, quos Sulla nemini dedit,[13] Rullus non vobis assignare vult, sed eis condonare, qui possident. Causam quæro, cur ea, quæ majores vobis in Italia, Sicilia, duabus Hispaniis, Macedonia, Asia quæsiverunt,[14] venire[c] patiamini, cum ea, quæ vestra sunt, condonari[15] possessoribus[k] eadem lege videatis. 13. Jam, totam legem, intelligetis, cum ad paucorum dominationem[16] scripta sit, tum[17] ad Sullanæ assignationis rationes esse accommodatissimam. Nam socer hujus vir multum bonus est: neque ego nunc de illius bonitate, sed de generi impudentia[18] [l] disputo. Ille enim, quod habet, retinere vult, neque se Sullanum esse dissimulat. IV. Hic, ut ipse habeat,[19] quod non habet, quæ dubia[m] sunt, per vos sancire vult: et, cum plus appetat,

[c] *Vendi.*

Lamb. Denique in H desunt verba *etiamne . . . ejecit.* In C legitur *et ne si cui ejecit:* in S χ *etiamne si cui ejecit.* Lamb. dedit *etiamne si vi dejecit.*—10 C H S χ *sic jam prec.*—11 χ *parum.* Tum pro *furtum* C H S χ *futurum.* In Ven. 1480. legitur *nec parvum sub hoc verbo futurum malum, Quir., latet.*—12 Lamb. solus *neque cuiquam.*—13 Pro *nemini dedit* in H *vendidit;* in C S χ, Ven. 1483. Steph. *venumdedit.* Paulo post, C H S χ *non verbis assign.*—14 C H S χ *Asia reliquerunt.* Tum Lamb. solus *venire hac lege pat.* Pro *cum* ante *ea quæ* C et S habent *sed.*—15 χ *condemnari.*—16 Idem Ms. *dominatione.* —17 Hervag. Laured. Lamb. Græv. omittunt *tum.* Mox *commodatissimam* C S: *commodissimam* χ.—18 C H S χ et al. *genere impudentiæ.*

CAP. IV. 19 Ramus in verbis *Hic ut ipse habeat* putat *certum,* aut *firmum,*

NOTÆ

[g] *Si vi ejecit? etiamne si clam, si precario*] Tria hic assignat illegitimæ possessionis genera.

[h] *Prætorum interdicta*] Quibus de possessione disputatur. De his vide Orat. pro Cæcin.

[i] *Privatos facit*] Id est, tanquam privatos vult possideri Rullus.

[k] *Possessoribus*] Qui contra legem Corneliam eos possident.

[l] *Sed de generi impudentia* [*genere impudentiæ*] Occupatum a se totum Arpinum agrum retinere vult: in quo singularis est impudentia.

[m] *Dubia*] Dubia est, quorum non est certa possessio.

quam ipse Sulla, quibus ego[20] rebus resisto, Sullanas res defendere criminor.[1] 14. Habet agros nonnullos,[n] inquit, socer meus desertos atque longinquos: vendet eos mea lege,[2] quanti volet. Habet incertos, ac nullo jure possessos: confirmabuntur optimo jure. Habet publicos: reddam privatos. Denique eos fundos, quos in agro Casinati[3] [o] optimos et fructuosissimos continuavit, cum usque eo vicinos[p] proscriberet, quoad oculis conformando[4] ex multis prædiis unam fundi[5] regionem formamque perficeret;[6] quos nunc cum aliquo metu[q] tenet, sine ulla cura possidebit.

15. Et quoniam, qua de causa et quorum causa ille hoc promulgavit,[7] ostendi; doceat ipse, num[8] ego quem possessorem defendam, cum agrariæ legi resisto. Sylvam Scantiam[r] vendis: respublica[9] possidet: defendo. Campanum agrum dividis: vos estis in possessione: non cedo. Deinde Italiæ, Siciliæ, ceterarumque provinciarum[10] possessiones, venales ac proscriptas hac lege video: [*p.* 90.] vestra sunt prædia, vestræ possessiones: resistam atque re-

aut simile quid deesse.—20 C H S χ omittunt *ego.*—1 *Def. criminatur* Manut. Laured. *def. me criminatur* Lamb.—2 C H S χ *in ea lege.*—3 Al. *Cassinati.* Tum Laured. corrigit *opimos et fructuosos.* In C H S χ deest copula ante *fructuosiss.*—4 Mss. plerique, Ven. 1483. Crat. Hervag. *oculos confirmando:* Pith. Cujac. Pall. et edd. pr. cum Grut. Græv. Oliv. Lall. *oculis confirmando:* Cam. Laured. Lamb. *oculos continuando:* Franc. Ms. Turnebi, ed. Junt. et Orell. *oculis continuando,* ut Manut. Laured. et Turneb. maluerunt. Ern. Beck. et Schutz. *oculis conformando* e conjectura Gulielmii, cui etiam in mentem venit *angulos conformando.* Orellio persuasum est, Ciceronem scripsisse *oculis collineando.* Vid. Nott. Varr.—5 H S χ, Pith. *eundi.*—6 *Perfecerit* Mss. et edd. ante Ern. qui e conjectura cum Beck. Schutz. et Orell. dedit *perficeret.*—7 Beck. et Schutz. e conjectura Grævii receperunt *promulgarit.*—8 *Num* in C H S χ deest: sed in C est spatium quinque aut sex vocabulorum, et in marg. S 'Defecit' scribitur.—9 Laured. e Mss. et Græv. e Franc. cum Beck. Schutz. et Orell. ediderunt *populus Romanus,* prob. Ern. Ceteri *R. P.* vel *respublica.*—10 *Provinciarum* non est in C H S

NOTÆ

[n] *Habet agros nonnullos*] Rulli prosopopœia ad iniquitatem Valgii, et ipsius Rulli fraudem manifestius explicandam.

[o] *Agro Casinati*] In Samnio fuit ager ille Casinas.

[p] *Vicinos*] Id est, vicinorum agros.

[q] *Cum aliquo metu*] Quia scit injustam esse eorum agrorum possessionem.

[r] *Sylvam Scantiam*] De ea sylva in prima orat. dictum est.

pugnabo; neque patiar, a quoquam populum Romanum[11] de suis possessionibus, me consule, demoveri:[12] præsertim cum vobis nihil quæratur. 16. Hoc enim vos in[13] errore versari diutius non oportet. Num quis vestrum ad vim, ad facinus, ad cædem[14] accommodatus est? nemo. Atqui ei generi hominum, (mihi credite) Campanus ager, et præclara illa Capua[s] servatur: exercitus contra vos, contra libertatem vestram, contra Cn. Pompeium constituitur: contra hanc urbem, Capua; contra vos, manus hominum audacissimorum; contra Cn. Pompeium, decem duces[t] comparantur. Veniant coram, et,[15] quoniam me in vestram concionem, vobis flagitantibus, convocaverunt,[16] disserant.

χ.—11 H S χ omittunt *populum Romanum.*—12 Al. *dimoveri.*—13 Mss. nonnulli et edd. vett. cum Grut. non habent præpositionem ante *errore.* In Ven. 1480. legitur *vos errore versare.*—14 C H S *ac cædem.*—15 In C H S χ, Pith. deest *et* ante *quoniam.*—16 Gruter. conjecit *vocaverunt.* Tum in C χ *dixerant*, et margini apponitur eadem manu 'Deest reliquum.' In S *disserant*, et literis rubris in marg. scribitur 'Sic erat in exemplari.'

NOTÆ

[s] *Præclara illa Capua*] Ironia.

[t] *Decem duces*] Decemviri illi quasi tot duces erunt contra Pompeium in rempub. comparati.

M. TULLII CICERONIS,

PRO C. RABIRIO,

PERDUELLIONIS REO,

AD QUIRITES,

ORATIO XVIII.

ARGUMENTUM.

Cum C. Mario et L. Valerio coss. seditiosus trib. pl. Saturninus, permissa coss. SCto republica, interfectus esset; sex et triginta annis post, Cicerone consule, C. Rabirius perduellionis reus factus est a T. Attio Labieno, qui hominem sacrosanctum Saturninum a Rabirio interfectum dicebat. Causa acta est primo ad duumviros, ex antiquo more, sed sorte a prætore datos, non a populo, more et instituto Romano, creatos. Ii erant Julius Cæsar et Lucius Cæsar. Julius Rabirium cupidissime condemnat. Hac acerbitate permotus Rabirius provocat ad populum. Itaque causa postea acta est ad populum in Campo Martio comitiatu maximo. Hic aut potius ante comitia in concione populi defendit Rabirium consul Cicero, sed in semihoræ curriculum coactus a tribuno Labieno. Sed nihilominus a populo condemnatus esset, nisi Metellus Celer, augur et prætor, cum a multitudine se non audiri, et Rabirium cupide condemnari videret, vexillum de Janiculo detraxisset, ut jam nihil sciscere populo liceret. Comitiis ergo tunc solutis, abjecit Labienus actionem, et Rabirius ita est liberatus.

I. 1. ETSI, Quirites,[a] non est meæ consuetudinis,[a b] initio

[a] *Vitæ.*

NOTÆ

[a] *Quirites*] Vide orationem pro Lege Manilia, ubi fuse de Quiritibus dictum est § 1. not. Nota porro in comitiis, ubi judex erat populus, oratores hac appellatione usos esse.

[b] *Meæ consuetudinis*] Etsi dicat non

dicendi rationem reddere, qua de causa quemque defendam, propterea quod [1] cum omnibus civibus in eorum periculis semper satis justam mihi causam necessitudinis [c] esse duxi; tamen in hac defensione capitis, famæ, fortunarumque omnium C. Rabirii, proponenda ratio videtur esse [2] officii mei; [b] propterea quod, quæ justissima mihi causa ad hunc defendendum esse visa est, eadem vobis ad absolvendum debet videri. 2. Nam me cum [3] amicitiæ vetustas,[d] tum dignitas hominis,[e] tum ratio humanitatis,[f] tum meæ vitæ perpetua [4] consuetudo,[g] ad C. Rabirium defendendum est adhortata; [5] tum vero, ut id studiosissime facerem, salus reipublicæ,[h] consulare officium,[6] [i] consulatus denique [k] ipse, mihi una vobiscum [7] cum salute reipublicæ commendatus, coëgit. Non enim C. Rabirium culpa delicti,[l] non invidia vitæ,[8]

[b] *Defensionis hujus.*

Cap. i. 1 Pro *quod* χ habet *id.*—2 Pro *videtur esse* in χ tantum legitur *est.*—3 Schutz. e conjectura *tum.* Quatuor Oxonn. Mss. Ven. 1483. Lamb. ter *quum.*—4 χ *perpetuæ.*—5 *Hortata* T et ed. Lamb. *adhortatum* C χ. Dein *at vero* C H T χ et Ven. 1483. In χ quoque legitur *ut studiosissimo fac.*—6 *Officium* non est in χ.—7 In Comment. Manut. legitur *mihi uni a vobis,* prob. Wolff. Schutz. e conj. Ernesti dedit *mihi a vobis una.* Orell. conjecit *mihi una a vobis.* Beck. *vobiscum* uncis inclusit.—8 Mss. nonnulli *invidia vi-*

NOTÆ

esse consuetudinis suæ rationem reddere cur aliquem defendat, tamen aliquando reddidit, ut patet ex oratione pro Sulla et Archia poëta.

[c] *Necessitudinis*] Tenetur necessitudine defendere Rabirium: quos enim æquius est defendere, quam quos amicos habemus?

[d] *Amicitiæ vetustas*] Vetusta amicitia nulla certior est; quam ipse Cicero violaret, si periclitanti amico non adesset.

[e] *Dignitas hominis*] Auctore Dion. erat Rabirius senator.

[f] *Ratio humanitatis*] Humanitate instituimur ad sublevandam hominum calamitatem.

[g] *Perpetua consuetudo*] Gloriatur sæpe Cicero se quamplurimos defendisse, et accusavisse neminem: quare Verrem accusaturus professus est id se fecisse potius, ut Siculis subveniret, quam ut eum accusaret.

[h] *Salus reipublicæ*] Agitur in hac causa de reipub. salute; quam convellere seditiosi cives conati sunt olim in Saturnini tumultu, ut patet ex argumento orationis.

[i] *Consulare officium*] Cicero consul hanc habuit orationem: illius autem est tueri consulare imperium, quo Saturninus interfectus est.

[k] *Consulatus denique*] Senatusconsulto Ciceroni et Quiritibus mandatum fuerat, ut consulatus dignitatem in Rabirio defendendo tuerentur; quæ labefactaretur, si fas non esset consulibus in seditiosos cives animadvertere.

[l] *Culpa delicti*] Rabirius non ob

non denique veteres, justæ, gravesque inimicitiæ civium,[9] in discrimen capitis vocaverunt: sed ut illud summum auxilium[m] majestatis[n] atque imperii, quod nobis[10] a majoribus est traditum, de republica tolleretur;[o] [*p.* 91.] ut nihil posthac auctoritas senatus,[11] nihil consulare imperium, nihil consensio bonorum[p] contra pestem[q] ac perniciem civitatis valeret, idcirco [in his rebus evertendis[12]] unius hominis senectus,[r] infirmitas solitudoque[c s] tentata est. 3. Quamobrem, si est boni consulis, cum cuncta auxilia reipublicæ labefactari convellique videat, ferre opem patriæ, succurrere saluti fortunisque communibus, implorare civium fidem, suam salutem posteriorem salute communi ducere;[d] est etiam bonorum et fortium civium, quales vos omnibus reipublicæ temporibus extitistis, intercludere omnes sedi-

[c] *Desertio.* [d] *Pluris facere salutem civium quam suam.*

tæque: H T et edd. pleræque ante Græv. cum Oliv. Lall. *invidia, vitæque turpitudo:* S χ *invidia vitæ quæ,* omissa voce *turpitudo,* quam non agnoscunt C S χ ψ, Franc. Pall. 1. 8. edd. Jenson. Ven. 1483. Junt. cum Ern. Beck. Schutz. et Orell. In Pal. 1. legitur *invidia, vitiaque.* Mox in χ deest *veteres.*—9 Pro *civium* C habet *tm,* et S T χ *tantum.*—10 χ *vobis.*—11 χ *auctoritatis,* omisso *senatus.*—12 Schutz. delevit verba *in his verbis evertendis,* quæ Ern. et

NOTÆ

crimina vocatur in judicium, sed quod consuli paruerit, cum ad arma cives vocaret; cui tum non obedire mali civis est.

[m] *Summum auxilium*] Per summum auxilium intelligit illud senatusconsultum, quod periclitante repub. fieri solebat, cum exorta aliqua seditione, aut tumultu, mandabatur ut viderent consules ne quid detrimenti caperet respub.; tum enim penes eos erat summum imperium cogendi exercitus, bellum gerendi, &c.

[n] *Majestatis*] Majestas est amplitudo ac dignitas reipub.

[o] *Tolleretur*] Innuit quod nisi summum illud imperium penes esset consules, brevi reipubl. dignitas a seditiosibus civibus tolleretur.

[p] *Consensio bonorum*] Per bonorum consensionem senatum intelligit; et qui partes et jussum senatus secuti sunt, cum Saturninus, egressus e Capitolio, oppressus est.

[q] *Contra pestem*] Scelerati et seditiosi cives reipubl. pestes sunt.

[r] *Hominis senectus*] Senex tum esse Rabirius debebat, cum a Cicerone defensus est; nam annis abhinc triginta sex Saturninum interfecerat, jam inter senatores ascriptus, ideoque trigesimum annum agere debebat.

[s] *Solitudo*] Solitudo proprie de iis dicebatur, qui ab omnibus deserti erant, qualis sane non fuit Rabirius, cum a principibus civitatis defenderetur; sed oratorie id dixit, ut commiserationem in eum populi excitaret.

tionum[13] vias,[t] munire præsidia reipublicæ,[14] summum in consulibus imperium,[u] summum in senatu consilium,[x] putare: ea qui secutus sit, laude potius et honore, quam pœna et supplicio dignum judicare.[15] 4. Quamobrem labor, in hoc defendendo,[y] præcipue meus est: studium vero conservandi hominis commune mihi vobiscum esse debebit.[16] II. Sic enim existimare[17] debetis, Quirites, post hominum memoriam rem nullam[e] majorem, magis periculosam, magis ab omnibus vobis[18] providendam, neque a tribuno[19] plebis[z] susceptam, neque a consule defensam, neque ad populum Romanum esse delatam. Agitur enim nihil aliud in hac causa, Quirites, quam[20] ut nullum sit posthac in republica publicum consilium, nulla bonorum consensio contra improborum furorem et audaciam, nullum extremis reipublicæ temporibus[a] perfugium et præsidium salutis.[1] 5. Quæ cum ita sint, primum, quod[2] in tanta dimicatione capitis, famæ, fortunarumque omnium fieri necesse est, ab Jove[b] Optimo Maximo, ceterisque Diis Deabusque im-

[e] *Nunquam ullam rem.*

Beck. uncis incluserunt.—13 χ *seditiosorum.*—14 In ψ deest *reipublicæ.* Tum ed. Lamb. habet *summum esse.* ψ non habet præpositionem ante *consulibus.*—15 In C H S T χ et edd. vett. *judicari.*—16 *Debuit* C H S T: *debebat* χ.

CAP. II. 17 χ *Sic extimare.*—18 C et χ *ab hominibus vobis.* In T deest *vobis.* Tum C *providenda.*—19 H *a tribunis.* In eodem Ms. non leguntur verba *neque a cons. defensam.* Dein T χ *a po. Ro. esse*, omisso *delatam.*—20 A sex Oxonn. Mss. abest *quam.*—1 Post *salutis* C H S ψ addunt *R.*; et χ *R. P.*

NOTÆ

[t] *Seditionum vias*] Indicat seditionem quam Saturninus ante annos triginta sex excitavit; et quibus, si quæ novæ excitarentur, toto conatu senatus populusque debet obsistere.

[u] *Summum in consulibus imperium*] Magna et quasi regia fuit consulum auctoritas, si cum reliquis aliis magistratibus conferatur; et auctoritate populi inferior, penes quem summa fuit.

[x] *In senatu consilium*] Pertinebat ad senatum deliberare de repub. sine cujus consilio nulla ejus est auctoritas.

[y] *Labor in hoc defendendo*] Ait sæpe Cicero, defendendi laborem, quam accusandi majorem esse.

[z] *A tribuno plebis*] Loquitur de Labieno. Vide orat. argum.

[a] *Extremis reipub. temporibus*] Extrema sunt reipub. tempora, quibus periclitatur, et consulibus præscribitur ut videant ne quid detrimenti capiat respub.

[b] *Ab Jove*] Non solis oratoribus Græcis, sed Romanis etiam familiare fuit Deorum numen initio dicendi

mortalibus, quorum ope et auxilio multo magis hæc respublica, quam ratione hominum et consilio gubernatur, pacem ac veniam[c] peto: precorque ab iis, ut hodiernum diem, et ad hujus salutem conservandam, et ad rempublicam constituendam,[f] illuxisse patiantur. Deinde vos, Quirites, quorum potestas proxime[3] ad Deorum immortalium numen accedit,[d] oro atque obsecro, quoniam uno tempore vita C. Rabirii, hominis miserrimi atque innocentissimi, et[4] salus reipublicæ, vestris manibus suffragiisque permittitur,[e] adhibeatis in hominis fortunis misericordiam, in reipublicæ salute sapientiam, quam soletis.

6. Nunc, quoniam, T. Labiene,[f] diligentiæ meæ temporis[5] angustiis obstitisti, meque ex comparato et constituto spatio defensionis, in semihoræ curriculum[6] coëgisti, parebitur, et, quod iniquissimum est, accusatoris conditioni, et, quod miserrimum, inimici potestati. Quanquam in hac præscriptione[g 7] semihoræ[g] patroni[h] mihi partes reliquisti, consulis ademisti; propterea, quod ad defen-

[f] *Stabiliendam.* [g] *Definitione.* [h] *Defensoris.*

—2 In C H S χ *quidem.*—3 Franc. *maxime.*—4 Omnes edd. præter Junt. Ern. Beck. Schutz. et Orell. omittunt copulam ante *salus.* Præterea Ern. volebat *et vita et salus.*—5 C *temporibus.* Mox in χ deest copula ante *constituto.*—6 T *semii oræ circulum:* ψ *semihoræ curriculo:* Ms. Lambini et ed. vet. ap. Grut. *semihoræ circulum,* ut Budæus et Hotomannus legend. conjecerant.—7 *Quam in hac præscr.* C: *Quam in hac proscr.* χ. Pro verbis *semihoræ patroni,* in C S

NOTÆ

implorare. Jupiter autem quasi juvans pater dictus est; Maximus, propter summam rerum omnium potestatem; Optimus, quia omnibus prodesse vult.

[c] *Pacem ac veniam*] Profitetur se Deorum opem et auxilium implorare. Proprie autem venia a Diis petitur, cum iratos metuimus, et propitios nobis postulamus.

[d] *Numen accedit*] Per numen Deorum vulgo potestas intelligitur: unde in lib. de Nat. Deor. 'Omnes naturæ numini divino parent.'

[e] *Suffragiisque permittitur*] Agebatur hæc causa apud populum, de qua suis suffragiis ferre sententiam debebat.

[f] *T. Labiene*] Tribunus plebis erat Labienus, qui a Cæsare defecit ad Pompeium.

[g] *Semihoræ*] Vox illa semel hic apud Ciceronem reperitur. Queritur autem hic quod tam breve temporis spatium sibi ad dicendum concedatur; cum accusatori vulgo horæ duæ, defensori tres permittantur.

dendum propemodum satis erit hoc mihi temporis,[8] ad conquerendum parum. 7. Nisi forte de locis religiosis[h] ac de lucis,[9] [i] quos ab hoc [10] violatos esse dixisti, pluribus verbis tibi [11] respondendum putas: quo in crimine nihil est [12] unquam abs te dictum, nisi a C. Macro[k] objectum esse crimen id C. Rabirio. In quo ego demiror, meminisse te, quid objecerit C. Rabirio Macer inimicus, oblitum esse, quid æqui et jurati [13] [l] judices judicarint. III. 8. An de peculatu[m] facto,[14] an de tabulario incenso,[n] longa oratio est exprimenda?[15] quo in crimine propinquus C. Rabirii judicio clarissimo, C. Curtius,[16] pro virtute sua, est honestissime liberatus:[17] ipse vero Rabirius non modo in judicium horum criminum, sed ne in tenuissimam quidem su-

χ *se majorem patri.*—8 Græv. e Franc. edidit *satis erit mihi hoc temp.* Ernest. *hoc.* deleri jubet. Dein *ad conq. verum* Franc. *ad conq. vero* Ven. 1480. *verum ad conq.* vulg. In S T deest vocab. *verum;* et id delevit Lamb. quem Ern. Beck. Schutz. et Orell. secuti sunt.—9 T, Ms. Lambini, et edd. Crat. Hervag. Cam. *ac delubris.*—10 C S χ ψ *ad hoc.*—11 In χ deest *tibi.*—12 ψ et Franc. *nihil esset:* Ven. 1480. *nihil esse.* Mox *objectum esset* C T χ ψ, Franc. Ven. 1480. 1483.—13 *Æque et jur.* C T: *æque ac jur.* Franc. *æque et juratim* χ; in quo etiam legitur *indicarint.*

CAP. III. 14 *Facto* suspectum est Lambino. Pro *an* χ et ψ habent *aut.*—15 Manut. Lamb. et Schutz. *expromenda,* prob. Ern.—16 *Curtius* omnes Mss. et edd. præter T, Ms. Bergeri, Ven. 1483. Lamb. Lall. Beck. Schutz. et Orell. qui habent *Curius,* ut volebant Turneb. et Hotom. ex orat. pro Rabir. Post.

NOTÆ

[h] *De locis religiosis*] Loca religiosa habebantur quo mortui fuerant illati. Ita Marianus Juriscons. lib. Digest. Vel etiam luci in fundi villæque conspectu, in quibus lares certis diebus a dominis et famulis colebantur.

[i] *De lucis*] Luci nemora erant religiosis locis aut delubris vicina, quæ alicui numini consecrabantur. Ita Virg. Æn. VII. 'Unde etiam Triviæ templo lucisque sacratis Cornipedes arceantur equi.' Possunt etiam intelligi arbores, quas ad tumulos soliti fuerant serere, quæ pro lucis habebantur.

[k] *A C. Macro*] Macer in alia causa ejusdem criminis Rabirium insimulaverat, a quo judicum sententia liberatus est. Macer ille, vir prætorius, fuit Calvi oratoris pater: de eo meminit Cicero in Bruto.

[l] *Jurati*] Solebant judices, antequam sententiam ferrent, se sincere judicaturos jurare.

[m] *An de peculatu*] Peculatus furtum est pecuniæ publicæ aut sacræ; cujus fur dicitur peculator.

[n] *Tabulario incenso*] Tabularium locus est ubi tabulæ et civitatis scripta reponuntur: tale fuit Saturni ac Libertatis templum. Cum autem objiceretur Rabirio ab eo fuisse tabularium incensum, nondum id patebat; nam postea id se fecisse Q. Sosius eques Rom. confessus est.

spicionem verbo [o] est unquam vocatus. An de sororis filio diligentius respondendum est? quem ab hoc [18] necatum esse dixisti, cum ad judicii moram [i] familiaris funeris [p] excusatio quæreretur.[19] Quid enim est tam verisimile,[20] quam cariorem huic sororis maritum, quam sororis filium fuisse? [*p.* 92.] atque ita cariorem, ut alter vita crudelissime privaretur, cum [1] alteri ad prolationem judicii biduum quæreretur? An de servis alienis contra legem Fabiam [q] retentis, aut [2] de civibus Romanis contra legem Porciam [r] verberatis aut necatis plura dicenda sunt, cum tanto studio C. Rabirius totius Apuliæ,[s] singulari voluntate Campaniæ [3] [t] vicinitatis ornetur? cumque ad ejus propulsandum periculum non modo homines, sed prope regiones ipsæ concurrerint,[4] aliquanto etiam latius excitatæ, quam ipsius vicinitatis nomen ac termini postulabant? Nam quid ego ad id longam orationem comparem, quod est in eadem mulctæ irro-

[i] *Probationem.*

cap. 2. teste Beckio.—17 χ *honestissimæ libertatis.*—18 Idem Ms. *ad hoc.*—19 Post *quæreretur* in S ponitur interrog. nota. T *quæretur.*—20 Ern. censet legend. *Quid est tam parum verisim.* prob. Wolff.—1 Lamb. solus omittit *cum.* Mox in C H S χ ψ *ad probationem.*—2 In T omittuntur verba *biduum . . . retentis, aut.*—3 Turneb. et Schutz. e conjectura Manutii *Campanæ,* prob. Ern. Pro voce *vicinitatis,* Beckio et Wolffio suspecta, in χ legitur *civitatis.* Dein H *ornatur.*—4 *Concurrerint* C S T, Franc. Græv. Oliv. Lall. Beck.

NOTÆ

[o] *Verbo*] Id est, ne uno quidem verbo.

[p] *Familiaris funeris*] Ulpianus Digest. lib. II. ait non licuisse in jus eum vocari, qui funus duceret, aut justa mortuis faceret.

[q] *Legem Fabiam*] Hac lege cavebatur ne quis hominem liberum pro servo, aut servum alienum pro suo vendat. Putant aliqui legendum esse *legem Flaviam;* cum illa de plagio agat. Is autem qui servos alienos solicitat, vendit, emit, aut liberos pro servis, plagiarius dicitur.

[r] *Legem Porciam*] Hæc lex a Porcio Catone trib. pleb. lata est Valerio et Appuleio coss. A. U. C. 454. ne quis magistratus civem Rom. virgis cæderet, necaretve: sed damnato exilium permitteretur, cum antea nudorum cervix insereretur furcæ, corpus virgis ad necem cæderetur.

[s] *Totius Apuliæ*] Credibile est ex Apulia fuisse Rabirium, aut in ea magistratum gessisse. Veniebant enim ex provinciis vel urbibus legati, qui reum publica oratione commendarent, cum periclitaretur in judicio.

[t] *Campaniæ*] Rabirius fundos habuit in Campania, et domum Neapoli, ut ex Ep. ad Attic. patet. Illic etiam homines liberos verberasse et occidisse ipsi objiciebatur.

gatione[5] [u] perscriptum, hunc nec suæ, nec alienæ pudicitiæ pepercisse? 9. Quin etiam suspicor, eo mihi semihoram a Labieno præstitutam esse, ut ne plura de pudicitia dicerem.[6] Ergo ad hæc crimina, quæ patroni diligentiam desiderant, intelligis[7] mihi semihoram istam nimium longam fuisse.

Illam alteram partem, de nece Saturnini, nimis exiguam atque angustam esse voluisti; quæ non oratoris ingenium, sed consulis auxilium implorat et flagitat.[8] 10. Nam de perduellionis judicio,[x] quod a me sublatum esse criminari soles, meum crimen est, non Rabirii. Quod utinam, Quirites, ego id aut primus, aut solus, ex hac republica[9] sustulissem! utinam[10] quod ille crimen esse vult, proprium testimonium meæ laudis esset! Quid enim optari potest, quod ego mallem, quam me in consulatu meo carnificem de foro,[y] crucem de Campo sustulisse?[11] Sed ista laus primum est majorum nostrorum, Quirites, qui, expulsis regibus,[12] nullum in libero populo vestigium crudelitatis regiæ retinuerunt; deinde multorum virorum fortium, qui vestram libertatem non acerbitate suppliciorum infestam,[k] sed leni-

[k] *Vexatam.*

Schutz. et Orell. *convenerunt* H: *convenerint* ceteri.—5 *Multa in rogatione* C S: *multa irrogatione* H ψ: *multa interrogatione* T: *multa irrogatio* χ. Tum *præscriptum* omnes Mss. et edd. præter Steph. Lamb. Grut. Ern. Beck. Schutz. et Orell. qui habent *perscriptum.*—6 Ms. Franc. *ut plura de pud. ne dic.* prob. Grævio.—7 Ed. Oliv. *intelligitis.*—8 Junt. *impl. et efflagitat.* A Ven. 1480. absunt verba *et flagitat.* Mox χ *perduellonis.*—9 Ven. 1480. *a republica.*—10 Pro *utinam* in C *ut hoc;* in H S T χ ψ *utinam hoc.* Mox *id* e conjectura delevit Beck.—11 C S T χ *sustulissem.*—12 T *regionibus.*

NOTÆ

[u] *Mulctæ irrogatione*] Irrogatio lex est in aliquem lata. Mulcta porro a Mulgeo, mulctum, dicta est, quod mulgeat, id est, exhauriat: in ea autem hæc observabantur: reo magistratus diem dicebat: ter eum accusabat; tum rogabat populum ut certa bonorum parte mulctaretur. Hæc irrogatio per trinundinum durabat: tum reus accusabatur.

[x] *Nam de perduellionis judicio*] Hic rejicit quædam crimina quæ in eum Labienus jecerat; primum quod summi supplicium de perduellionis condemnatis prohibuerat; alterum Ciceronem crudelem esse, neque favere populo. Perduelles vero dicebantur, qui nunc hostes a nobis appellantur.

[y] *Carnificem de foro*] Labienus car-

tate legum munitam esse voluerunt. IV. 11. Quamobrem uter nostrum tandem, Labiene, popularis est?[z] tune, qui civibus Romanis in concione ipsa carnificem, qui vincla adhiberi putas oportere; qui in[13] Campo Martio,[a] comitiis centuriatis,[b] auspicato in loco,[c] crucem ad civium[14] supplicium defigi et constitui[15] jubes; an ego, qui funestari[16][d] concionem contagione carnificis[e] veto? qui expiandum forum populi Romani ab illis nefarii[17] sceleris[f] vestigiis esse dico? qui castam[18][g] concionem, sanctum Campum, inviolatum corpus omnium civium Romanorum, integrum jus libertatis defendo servari oportere? 12. Popularis[19] vero tribunus[h] plebis, custos defensorque juris et libertatis! Porcia lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit: hic misericors flagella retulit.[20] Porcia lex liber-

Cap. IV. 13 T omittit præpositionem ante *Campo.*—14 Pro *civium* in C *Caii;* in S T χ *C.* Tum *supplicium* T; *Sulpitium* χ.—15 Pith. *destitui,* prob. Græv.—16 ψ *funestam.*—17 χ ψ *nefariis.*—18 ψ *istam,* sed in marg. *castam.*

NOTÆ

nificem in forum duxerat, cum Rabirii causa agebatur, ut damnatum eum inde in Campum Martium abduceret, ut ibi in crucem paratam ageretur.

[z] *Popularis est*] Popularis dicitur, qui et verbis et factis placere populo studet.

[a] *In Campo Martio*] Campus Martius ager fuit Tarquiniorum Marti consecratus, quem Livius lib. I. Martium appellatum fuisse narrat.

[b] *Comitiis centuriatis*] Comitia centuriata omnium maxima habebantur, tum quia fiebant ex censu et ætate per centurias, in quibus singulis centum cives erant; tum quia in eis consules et majores magistratus creabantur; tum quia in his de maximis solum criminibus agebatur.

[c] *Auspicato in loco*] Auspicatus locus ille dicitur qui auspiciis consularibus consecratur: neque enim illa comitia sine auspice, nec nisi in loco inaugurato haberi licuit.

[d] *Funestari*] Existimabant pollui eum non modo qui attrectasset, sed etiam qui vidisset cadaver hominis mortui.

[e] *Contagione carnificis*] Lex fuit ne carnifex impurus in concione quenquam attingeret, ne civis verberaretur.

[f] *Nefarii sceleris*] Nefarium scelus erat si caperetur civis Romanus, et ad patibulum duceretur, quod tanquam funestum aliquod piaculum expiandum erat.

[g] *Castam*] Castum id dicitur, quod purum est nec violatum: violabatur autem Campus Martius et carnificis et crucis contagione.

[h] *Popularis vero tribunus*] Ironice hic ludit Labienum dissimili collatione civium popularium, quorum meminerat in oratione sua Labienus.

tatem civium lictori eripuit: Labienus, homo popularis, carnifici tradidit. C. Gracchus legem tulit, ne de capite civium Romanorum injussu vestro[i] judicaretur: hic popularis a duumviris,[k] injussu vestro, non judicari[1] de cive Romano, sed indicta causa[l] civem Romanum capitis condemnari coëgit. 13. Tu mihi etiam legis Porciæ, tu C. Gracchi, tu horum libertatis,[2] tu cujusquam denique hominis popularis mentionem facis, qui non modo suppliciis inusitatis, sed etiam verborum[3] inaudita crudelitate, violare libertatem hujus populi, tentare[l] mansuetudinem, commutare disciplinam[4] conatus es? Namque[5] hæc tua, quæ te hominem clementem popularemque delectant, 'I[6] lictor:[m] colliga[m] manus,' non modo hujus libertatis mansuetudinisque[7] non sunt, sed ne Romuli quidem, aut Numæ[n] Pompilii. Tarquinii,[8][o] superbissimi atque crudelissimi regis, ista[9] sunt cruciatus carmina;[p] quæ tu, homo

[l] *Tollere.* [m] *Liga.*

—19 H *populus.*—20 T *tulit.*—1 In eodem Ms. deest *non* ante *judicari;* post quod verbum ψ addit *judicaretur.*—2 Schutz. e conjectura Beckii *tu horum lib., tu C. Gracchi.*—3 ψ *verberum.*—4 C *disciplina.*—5 In Franc. *Nam* sine copula. Lamb. solus dedit *Namque hæc tua sunt, hæc te hom.* In χ deest *te.* —6 *I* in T, Ven. 1480. et ap. Aulum Gellium, Noct. Att. XII. 3. omittitur. Mox omnes edd. præter Junt. Ern. Beck. Schutz. et Orell. addunt *quæ* ante *non modo.* In T deest *modo.*—7 C H S χ *mansuetudinis* sine copula. Dein pro *sunt* C habet *fuit.*—8 Ald. Crat. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. *sed Tarq.* Mss. plerique et edd. ante Ald. cum Beck. Schutz. et Orell. non agnos-

NOTÆ

[i] *Injussu vestro*] Populus jubebat, censebat senatus.

[k] *A duumviris*] Suetonius in vita Cæsaris refert duumviros a Tullo Hostilio rege in causa Horatiorum fuisse primum constitutos, cum potestate tamen ad populum provocandi: acta vero primum hæc Rabirii apud duumviros fuit, et ab iis condemnatus ad populum appellavit.

[l] *Indicta causa*] Nulla est audita Rabirii defensio; nam non dicunt causam, qui contra leges damnantur.

[m] *I lictor, &c.*] Formula fuit judicii, quod ferebatur a duumviris in reos perduellionis.

[n] *Romuli quidem, aut Numæ*] Hi primi omnium regum Romanorum fuerunt; iique clementissimi principes.

[o] *Tarquinii*] Auctor illius sententiæ fuit Tullus Hostilius in judicio Horatianorum, non Tarquinius; sed eam ei attribuit, quod eam per summam tyrannidem erga cives Rom. sæpe usurparet.

[p] *Cruciatus carmina*] Id est, sunt voces, formulæ, et cantus. Carmen enim a canendo dictum est; immo

lenis ac popularis, libentissime commemoras: 'Caput obnubito;[q] arbori infelici[r] suspendito.'[s][10] [p.93.] Quæ verba, Quirites, jampridem in hac republica non solum tenebris vetustatis, verum etiam luce libertatis[t] oppressa sunt.[11] v. 14. An vero, si actio ista[u] popularis esset, et, si ullam partem æquitatis haberet aut juris, C. Gracchus eam reliquisset? Scilicet tibi graviorem dolorem patrui tui[12] mors attulit, quam C. Graccho fratris?[x] et tibi acerbior ejus[13] patrui mors est, quem nunquam vidisti, quam illi ejus fratris, quicum concordissime vixerat? et[14] similis[y] viri tu ulcisceris patrui mortem, atque ille persequeretur[15] fratris sui, si ista ratione agere voluisset? et par desiderium[z] sui reliquit apud populum Romanum Labienus iste,

cunt *sed.* In C et S legitur *Turquini.*—9 Sex Oxonn. Mss. *ita.*—10 In C et S post *suspendito* est spatium vacuum quinque circiter verborum. In T desunt *Quæ verba.*—11 Post *oppr. sunt* C H S addunt *K; χ ψ R.*

Cap. v. 12 Ern. deleri volebat *tui,* aut, paulo post, scribi *fratris sui:* unde Schutz. delevit *tui.*—13 T, Ms. Lambini, Ven. 1480. Junt. Lamb. omittunt *ejus.*—14 In Franc. deest *et* ante *similis.* Pro *viri* ψ habet *juri:* unde Beck. conjecit *simili jure,* quod Schutz. recepit. Locus Ernesto suspectus erat; et Orellius eum esse corruptum notavit.—15 χ ψ *atque ille si perseq.* Schutz. delevit *sui* post *fratris:* Orell. uncis inclusit. In sex Oxonn. Mss. et

NOTÆ

leges et judicum sententiæ, quæ per præconem denuntiabantur, carmen appellatæ sunt. Vide Livium l. I.

q *Caput obnubito*] Id est, vela, ne videlicet aspectu patibuli reus terreretur; aut in voces irrumperet; vel ut significarent luce indignum esse.

r *Arbori infelici*] Per arborem crucem intelligit, quæ ex aliquo ligno vel arbore infelici componebatur: porro arbores infelices, auctore Plinio XVI. 27. illæ censebantur, et damnatæ religione, quæ neque seruntur unquam, neque fructum ferunt, vel Diis Inferorum sacratæ sunt.

s *Suspendito*] Funibus religabantur, qui in crucem suspendebantur.

t *Tenebris vetustatis, verum etiam luce libertatis*] Translata verba, illud a nocte, istud a die. Vult autem indicare illas durissimas perduellionis leges latis novis et mitioribus antiquatas esse.

u *Actio ista*] Actionem intelligit, qua Rabirii civis Rom. mortem persequitur Labienus.

x *Fratris*] Ex his verbis fas est conjicere Q. Labienum, Titi patruum, tum tribunum plebis fuisse, quando cum Saturnino occisus est. Duo autem Gracchi fuerunt fratres, Tiberius et Caius, uterque seditiosus, uterque tribunus plebis; primus, cum iterum tribunus creari vellet, Nasica auctore; alter a Lucio Opimio consule, interfectus est.

y *Et similis*] Vox ista 'et' interrogative ponitur. Sic apud Virg. 'Et quæ tanta fuit Romam tibi cura videndi?'

z *Desiderium*] Tanto dolore affec-

patruus vester,[16] quisquis fuit, ac Ti. Gracchus reliquerat? An pietas tua major, quam Gracchi? an animus? an consilium? an opes? an auctoritas? an eloquentia?[a] quæ, si in illo minima fuissent, tamen præ tuis facultatibus[n] [17] maxima putarentur. 15. Cum vero his rebus omnibus C. Gracchus omnes vicerit, quantum intervallum tandem inter te atque illum interjectum putas?[18] Sed moreretur prius acerbissima morte millies[19] Gracchus, quam in ejus concione carnifex consisteret; quem non modo foro, sed etiam cœlo[o] hoc ac spiritu censoriæ leges,[b] atque urbis domicilio carere voluerunt. Hic se popularem dicere audet, me alienum a commodis vestris; cum iste omnes et suppliciorum et verborum[20] acerbitates, non ex memoria vestra ac patrum vestrorum,[1] sed ex annalium monumentis,[c] atque ex regum commentariis[d] conquisierit; ego omnibus meis opibus, omnibus consiliis, omnibus dictis atque factis repugnarim, et restiterim crudelitati? Nisi forte hanc conditionem[p] vobis[2]

[n] *In comparatione facultatum tuarum.*
[o] *Aëre.* [p] *Hanc sortem.*



ed. Junt. deest *si* ante *ista*. Mox C S χ et ed. Junt. exhibent *noluisset*.—16 Schutz. e suspicione Ernesti et Beckii delevit *patruus vester*. Dein Franc. et nonnullæ edd. *et Ti. Gracchus*.—17 *Facultatibus* Ernesto et Beckio suspectum est.—18 In Franc. *injectum esse putas*.—19 Pro *millies* in C S χ *illies prius;* in ψ *illi es*. Mox, post *concione* ψ addit *prius*.—20 C S χ ψ, Pal. 1. et nonnullæ edd. vett. *verberum*.—1 C H S T *vestrum*.—2 C H S T χ *nobis*.—

NOTÆ

tus est de morte Gracchorum pop. Rom. ut Plutarchus asserit in eorum vita, erectas ipsis fuisse statuas in eodem loco ubi interfecti sunt.

[a] *Eloquentia*] Cicero in Claris Oratoribus ait, C. Graccho pleniorem et uberiorem ad dicendum oratorem ante eum nullum fuisse. Laudat vero Gracchum, quia libenter ejus laudes populus audiebat.

[b] *Censoriæ leges*] Quibus cavebatur ne carnifex civis Rom. esset, ne in foro conspiceretur, neve in urbe domicilium haberet.

[c] *Annalium monumentis*] Ex Cic. de Orat. l. II. erat aliud historia nihil, nisi annalium confectio, rei memoriæque publicæ retinendæ causa, ab initio rerum Rom. usque ad P. Mucium pontificem max.; pontifex enim max. res omnes singulorum annorum mandabat literis.

[d] *Ex regum commentariis*] Constat ex Livio lib. I. reges Romanos de suis rebus gestis aut constitutis commentarios scripsisse: in quo probabile est eos fuisse imitatum Cæsarem.

esse vultis, quam servi, si[3] libertatis spem propositam non haberent, ferre nullo modo possent.[4] 16. Misera est ignominia judiciorum publicorum,[e] misera mulctatio[q] bonorum, miserum exilium: sed tamen in omni calamitate retinetur aliquod vestigium libertatis. Mors denique si[5] proponitur, in libertate morimur.[6] Carnifex vero, et obductio[7] capitis, et nomen ipsum crucis, absit non modo a corpore civium Romanorum, sed etiam a cogitatione, oculis, auribus. Harum enim omnium rerum, non solum eventus atque perpessio, sed etiam conditio,[8] [f] expectatio, mentio ipsa denique, indigna cive Romano atque homine libero est. An vero servos nostros horum[9] suppliciorum omnium metu, dominorum benignitas una vindicta[g] liberabit;[10] nos a verberibus, ab unco,[h] a crucis denique terrore, neque res gestæ, neque acta ætas, neque nostri[11] honores[s] vindicabunt? 17. Quamobrem fateor, atque etiam, T. Labiene, profiteor, et præ me fero,[t] [12] te ex illa crudeli, importuna,[13] non tribunicia actione, sed regia, meo consilio, virtute,[u] auctoritate esse depulsum. Qua tu in actione quanquam omnia exempla majorum,[i] omnes leges,[k] omnem

[q] *Publicatio.* [s] *Magistratus.*
[t] *Non dissimulo.* [u] *Fortitudine.*

3 C H S χ omittunt *si* ante *libertatis*, et pro *propositam* exhibent *prope*.—4 χ *possint*.—5 In eodem Ms. deest *si*.—6 *Morimur* e conj. dedit Ern. qui etiam conjecit *moriemur*. Omnes aliæ edd. *moriamur*—7 Lamb. e conjectura Pantagathi, Manutii, et Mureti, recepit *obnuptio*, prob. Hotom. Vid. Nott.Varr.—8 Lamb. e conjectura Mureti *condictio*. Vid. Nott.Varr.—9 Pro *horum* in T *omnium*.—10 *Liberavit* C H S T et edd. pr. *liberat* e palimpsesto Niebuhrii recepit Orell. *liberabit* ceteri.—11 Mss. plerique, Ven. 1483. et Orell. *vestri*. Dein T *vindicabant*.—12 Verba *et præ me fero* in χ desunt.—

NOTÆ

[e] *Judiciorum publicorum*] In judiciis publicis de capite civium agebatur, et eorum executio cuique ex populo committebatur.

[f] *Conditio*] Misera illa est conditio in qua aliquis ita vivit, ut in eum cadere supplicii servilis nota possit.

[g] *Una vindicta*] Vindicta erat virga quam prætor vel lictor servi capiti imponens, eundem servum in libertatem, verba quædam solennia proferens, vindicabat.

[h] *Ab unco*] Unco recurvo quorundam criminum damnati ad supplicium trahebantur.

[i] *Exempla majorum*] Majores nunquam carnifices erant, et crucem adhibuerunt in concione.

[k] *Omnes leges*] Intelligit leges censorias, quæ voluerunt carere foro

auctoritatem senatus, omnes religiones,[l] atque auspiciorum publica[14] jura neglexisti; tamen a me hæc, in hoc tam exiguo meo tempore, non audies. Liberum tempus nobis dabitur ad istam disceptationem.

VI. 18. Nunc de Saturnini crimine, ac de clarissimi[15] patrui tui morte dicemus. Arguis, occisum esse a C. Rabirio L. Saturninum: et id[16] C. Rabirius, multorum testimoniis, Q. Hortensio copiosissime defendente, antea falsum esse docuit. Ego autem, si mihi esset integrum, susciperem hoc crimen,[m] agnoscerem, confiterer. Utinam hanc mihi facultatem causa[n] concederet, ut possem[17] hoc prædicare, C. Rabirii manu, L. Saturninum,[18] hostem populi Romani, interfectum!—(Nihil me clamor iste[o] commovet, sed consolatur, cum indicat[19] esse quosdam cives imperitos, sed non multos. Nunquam (mihi credite) populus Romanus hic, qui silet, consulem me fecisset, si vestro clamore perturbatum iri arbitraretur. [p. 94.] Quanto jam levior est acclamatio! quin continetis vocem, indicem stultitiæ vestræ, testem paucitatis?[20])—19. Libenter, inquam,[p] confiterer,[1] si vere possem, aut etiam, si mihi esset integrum, C. Rabirii[2] manu L. Saturninum esse occisum: et

13 H S χ *ex illa crudelitate opportuna.* In C quoque *opportuna* legitur.—14 Franc. omittit *publica,* non improb. Grævio.

CAP. VI. 15 Manutius reponi maluit *carissimi.*—16 'Turnebus legi jussit *ad id:* num *at id?*' Beck.—17 χ *possim.*—18 χ *Saturnium.*—19 Beck. conjecit *indicet.*—20 Jul. Rufinian. de Fig. cap. 33. ita laudat, *quin cont. vocem vestram, ind. stult., testem pauc.* Quintil. XI. 3. *quin compescitis vocem istam, ind. stult., test. pauc.*—1 C H S T χ *confiteor.*—2 χ *Rabiri.* Tum T

NOTÆ

carnifices.

[l] *Omnes religiones*] Cum in Campo Martio crucem defigi voluit, religiones et auspicia neglexit, quia observatum erat de cœlo, et Labieno obnuntiatum quod mala erant auspicia; non tamen ab actione destitit.

[m] *Susciperem hoc crimen*] Crimen hoc, licet a Rabirio non sit commissum, tamen ultro commissum ab eo esse libenter ait se confessurum, et suum prædicaturum; quia crimen non est appellandum, quod reipublicæ causa committitur.

[n] *Causa*] Rabirius nolebat interfector Saturnini appellari.

[o] *Clamor iste*] Si quid in concionibus dictum esset, quod populo placeret,[3] acclamabatur; si quid vero displiceret, admurmurabat et obstrepebat.

[p] *Libenter, inquam*] Acclamatione et admurmuratione sedata, repetit suam propositionem.

id facinus pulcherrimum esse arbitrarer. Sed, quoniam id facere non possum, confitebor[3] id, quod ad laudem minus valebit,[q] ad crimen non minus. Confiteor, interficiendi Saturnini causa, C. Rabirium arma cepisse. Quid est, Labiene? quam a me[4] graviorem confessionem, aut quod in hunc majus crimen expectas?[5] Nisi vero interesse aliquid putas inter eum qui hominem occidit, et eum qui cum telo occidendi hominis causa fuit. Si interfici Saturninum nefas fuit; arma sumta esse contra Saturninum sine scelere non possunt. Si arma jure sumta concedis; interfectum jure[6] concedas necesse est.[r]

Paucula quædam deesse videntur.[7]

VII. 20. Fit senatusconsultum,[s] ut C. Marius, L. Valerius, consules, adhiberent[8] tribunos plebis[t] et prætores, quos eis videretur;[x] operamque darent, ut imperium populi Romani, majestasque conservaretur.[9] Adhibent omnes tribunos plebis præter Saturninum, prætores[10] præter

[x] *Quos placeret sibi.*

Saturnium.—3 H S χ, Venet. 1483. Junt. Steph. *confiteor.*—4 ψ *ad me.*—5 Franc. *expectabis.*—6 Pro *jure* C χ ψ habent *vere;* H *vero;* S *uare.*—7 In marg. quatuor Oxonn. Mss. scribitur, 'In vetustissimo exemplari deest una charta,' vel 'pagina.' In alio est spatium quatuor linearum. Gruter. monet in antiqq. edd. esse tantum, ut et in Pall. 'qui ambo adnotant, integram deficere paginam in codice vetusto, medioque ejus collocatas habent binas has voces *nobis dabit.*' In Francii Ms., auctore Grævio, trium quatuorve versuum intervallum vacuum erat post hæc verba. Ern. docet, in ed. Med. scribi, in Ms. vetustissimo esse lacunam unius chartæ. Nihil deesse contendit Pantagathus. Vide Not. Delph.

CAP. VII. 8 χ *adhiberentur.*—9 Franc. *servaretur.* Tum C *Adhiberent:* H S T χ ψ *Adhiberet.*—10 Mss. et edd. vett. non habent *prætores.* Lamb. Oliv. Lall. et Schutz. e conjectura Turnebi dederunt *omnes prætores.* Ceteri

NOTÆ

[q] *Ad laudem minus valebit*] Nam minor Rabirii laus est, quod arma ceperit Saturnini occidendi causa, quam fuisset, si eum occidisset.

[r] *Concedas necesse est*] Desiderantur hic omnia quæ de seditione Saturnini, et tumultu populi ad eam reprimendam dicta sunt.

[s] *Fit senatusconsultum* [*Fit S. C.*] Loquitur de senatusconsulto, quo probat arma jure sumta esse. Illud autem senatusconsultum fuit, ut consules viderent ne quid detrimenti caperet respub.

[t] *Tribunos plebis*] Decem tum erant tribuni plebis.

Glauciam:[u] qui rempublicam salvam esse vellent, arma[11] capere et se sequi jubent. Parent omnes. Ex ædificiis armamentariisque[12 x] publicis arma populo Romano, C. Mario consule distribuente, dantur. Hic jam, ut omittam cetera, de te ipso, Labiene,[y] quæro: cum Saturninus Capitolium teneret armatus, esset una C. Glaucia,[13] C. Saufeius,[z] etiam ille ex compedibus atque ergastulo[14 a] Gracchus:[b] (addam, quoniam ita vis, eodem[y] Q. Labienum, patruum tuum) in foro autem C. Marius et L. Valerius Flaccus, consules,[15] post cunctus senatus, atque ille senatus, quem etiam vos ipsi, (qui hos[16] patres conscriptos, qui nunc sunt, in invidiam vocatis) quo facilius de hoc senatu detrahere possitis, laudare consuevistis;[17] cum equester ordo; at quorum[18] equitum, Dii immortales! patrum nostrorum,[19] atque ejus ætatis, quæ tum magnam partem reipublicæ atque omnem dignitatem judiciorum[c] tenebat;[20] cum om-

[y] *Ad hos.*

ut Ern.—11 In χ deest *arma.*—12 T *æde sui Aucus armamentarium quæ:* ed. Wald. *æde sui aucus armamentariisque:* ψ *ædificiis sus ancus armamentariisque:* H *ædificiis ædibus sacris armamentariisque;* unde Schutz. et Orell. dederunt *ædibus sacris armamentariisque.* Pro *ædificiis* Ern. suspicatus est vel *ædibus* vel *officinis* legend.—13 C *esse;* et Ven. 1480. *una cum Glaucia.* In C H S χ deest pronomen ante *Saufeius,* pro quo nomine C χ habent *Saufrius;* T *Sauferius.*—14 T *atque gastulo:* Lamb. *atque ex ergast.*—15 In T deest *consules.* Dein Pantagathus legit *post eos cunct. sen.* H non habet verba *atque ille senatus.*—16 C et ψ *hoc.*—17 Verba *laudare consuevistis* absunt a Franc. et sex Oxonn. Mss.—18 In H *aut quorum.* Vocem *Romanorum,* quæ vulgo post *equitum* inseritur, auctoritate ed. Ven. 1480. delevit Ern. quem Beck. et Schutz. secuti sunt.—19 C H S T *nostrum.*—20 Lamb. legi maluit *qui tum* . . .

NOTÆ

[u] *Glauciam*] Glaucia turpissimus vir fuit et levissimus, de quo Cicero lib. III. de Oratore loquitur; et quem tum prætorem fuisse Livius lib. LXIX. refert.

[x] *Armamentariis*] Armamentarium locus est ubi omnia armorum genera; armarium vero ubi libri reponuntur.

[y] *De te ipso, Labiene*] Ostendit Rabirium arma debuisse sumere, non domi latere, non cum Saturnino Capitolium occupare; nam foro pulsus illud Saturninus occuparat.

[z] *C. Saufeius*] Is esse videtur Saufeius, quem C. Saffinium appellat Appianus lib. I. qui tum censor fuit.

[a] *Ergastulo*] Ergastulum locus est in quo vincti nequiores servi opus faciunt.

[b] *Gracchus*] Equitius quidam se Gracchi filium finxit, ut sibi populum demereretur, apud quem valebat plurimum Gracchorum familia. Is cum Saturnino, Glaucia, et Saufeio arma cepit. Vide Val. Max. lib. IX.

[c] *Omnem dignitatem judiciorum*] Lege Gracchi equester ordo judicia

nes omnium ordinum homines, qui in salute reipublicæ salutem suam repositam esse arbitrabantur, arma cepissent; quid tandem C. Rabirio faciendum fuit? 21. De te ipso, inquam, Labiene, quæro: cum ad arma consules ex senatusconsulto vocavissent;[1] cum armatus M. Æmilius,[d] princeps senatus, in comitio[e] constitisset[2] (qui, cum ingredi[f] vix posset, non ad insequendum[g] sibi tarditatem pedum, sed ad fugiendum impedimento fore putabat); cum denique Q. Scævola,[h] confectus senectute, præpeditus[3] morbo,[i] mancus, et membris omnibus captus ac debilis, hastili nixus, et animi vim, et infirmitatem corporis ostenderet; cum L. Metellus,[k] Ser. Galba,[4][l] C. Serranus,[m] P. Rutilius, C. Fimbria, Q. Catulus, omnesque, qui tum erant, consulares, pro salute communi arma cepissent;[5] cum omnes prætores, cuncta nobilitas ac juventus accur-

tenebant.—1 Garaton. conjecit *evocassent* legend. Mox in χ *armatis.*—2 C T χ *constitissent.*—3 *Perditus* tres Mss. Manutii, sex Oxonn. Mss. Ven. 1483. Græv. Verburg. Oliv. Lall. *præditus* duo alii Mss. Manutii: *præpeditus* ceteri. —4 Edd. nonnullæ *Serg. Galba.*—5 χ *consulare, pro sal. omnium arma cep.*—

NOTÆ

administrabat, quorum auctoritas a Sulla devoluta est ad senatores: sed tandem legem tulit Aurelius Cotta, ut cum senatoribus equites et tribuni ærarii judicarent.

[d] *M. Æmilius*] M. Æmilius Scaurus, cujus constantiam et gravitatem sæpe Cicero laudat, cum videret concitatum a Saturnino aliisque populum, Marium sextum consulem hortatus est, ut libertatem reipub. tueretur, atque ipse in summa senectute armatus, et innixus spiculo, constitit ante curiæ fores. Vide Val. Max. lib. III.

[e] *In comitio*] Comitium erat curiæ proximum.

[f] *Ingredi*] Ambulare propter summam senectutem vix poterat.

[g] *Ad insequendum*] Putabat videlicet illam pedum tarditatem fore sibi impedimento, non ut fugeret; sed quominus seditiosos cives insequeretur.

[h] *Q. Scævola*] Is Scævola cum L. Metello Dalmatico consul fuerat: nam alter quinquennio post Marium et Flaccum consules, qui Saturninum oppresserunt, consulatum gessit.

[i] *Præpeditus morbo*] Morbo pedum, seu podagra, laborabat.

[k] *L. Metellus*] Dalmaticus dictus est, et consulatu functus A. U. C. 636. Censura et triumpho de Dalmatis illustris fuit.

[l] *Galba*] Galba consul fuit cum M. Æmilio Scauro, cujus ex familia sex aut septem consulares extitere.

[m] *Serranus*] Serranus cum Q. Cæpione, Rutilius cum Cn. Manlio, Fimbria cum C. Mario, Q. Catulus cum eodem Mario consulatum gesserunt.

reret, Cn.[6] et L. Domitii,[n] L. Crassus,[o] Q. Mucius, C. Claudius,[p] M. Drusus;[q] cum omnes Octavii,[7] [r] Metelli,[s] Julii,[t] Cassii,[u] Catones,[x] Pompeii;[y] cum L. Philippus,[z] L. Scipio,[a] cum M. Lepidus,[b] cum D. Brutus, cum hic ipse[8] P. Servilius,[c] quo tu imperatore,[d] Labiene, meruisti;[z] [p. 95.] cum hic Q. Catulus, admodum tum adolescens, cum hic C. Curio,[e] cum denique omnes clarissimi viri cum consulibus essent; quid tandem C. Rabirium facere convenit? utrum inclusum atque abditum latere in occulto, atque ignaviam suam tenebrarum ac parietum custodiis tegere; an in Capitolium pergere, atque ibi se[9] cum tuo patruo, et ceteris, ad mortem, propter vitæ turpitudinem, confugientibus, congregare? an cum Mario, Scauro,[10] Catulo, Metello, Scævola, cum bonis denique omnibus co-

[z] *Militasti.*

6 C H S T ψ, Franc. Ven. 1480. Junt. Græv. Ern. Beck. Schutz. et Orell. *Cn.* Ceteri *C.* Dein χ ψ et edd. nonnullæ *Domitius.*—7 C T χ *Octavi.* Tum in C H S χ *Julia* omittitur. Pro *Cassii,* C et χ habent *Crassi;* S *Crassii.* Porro C *Pompeii.*—8 χ *ipsi.* Mox, ψ *quo tum imp.*—9 χ *ibi si.*—10 C *an cum M. Scauro.*

NOTÆ

[n] *Cn. et L. Domitii*] Uterque Domitius Ahenobarbus, ut opinor, fratres; quorum primus cum Cassio Longino, alter cum Cælio Caldo consul fuit.

[o] *L. Crassus*] Crassus orator fuit, Mucius vero pontifex max.

[p] *Claudius*] Claudius fuit consul cum Perpenna.

[q] *M. Drusus*] Drusus tribunus plebis domi suæ interfectus est.

[r] *Octavii*] Octavii tres consulatum gesserunt.

[s] *Metelli*] Q. Metellus Nepos consul anno 655. fuit cum T. Tidio. Ob dissipatam rem domesticam, Nepos dictus est.

[t] *Julii*] Sex Julius Cæsar consul cum Philippo, et L. Cæsar cum P. Rutilio Lupo.

[u] *Cassii*] C. Cassius Varus consul cum L. Gellio.

[x] *Catones*] L. Porcius Cato consul cum Cn. Pompeio Strabone.

[y] *Pompeii*] Cn. Strabo Pompeius consul fuit cum Porcio Catone, Q. Pompeius Rufus cum L. Sulla.

[z] *Philippus*] Consul cum Sexto Julio Cæsare.

[a] *L. Scipio*] Consul cum Norbano.

[b] *M. Lepidus*] Lepidus cum Q. Catulo, Brutus cum Æmilio Lepido Liviano.

[c] *P. Servilius*] Servilius, qui Isauricus postea dictus est, ab Isauris urbe Ciciliæ captis, cum Appio Pulchro consul fuit.

[d] *Imperatore*] Cum bellum gereret in Cilicia, is primus omnium in Isauriam ingressus est; et triumphum, et Isaurici nomen adeptus est.

[e] *C. Curio*] Curio pater ejus Curionis fuit, qui bello civili, pro Cæsare pugnans, periit in Africa.

ire, non modo salutis, verum etiam periculi societatem? VIII. 22. Tu denique, Labiene, quid faceres tali in re ac tempore?[f] cum ignaviæ ratio te in fugam atque in latebras impelleret;[11] improbitas et furor L. Saturnini in Capitolium arcesseret;[12] consules ad patriæ salutem ac libertatem vocarent; quam tandem auctoritatem, quam vocem, cujus sectam sequi, cujus imperio parere potissimum velles? Patruus, inquit, meus cum Saturnino fuit. Quid? pater quicum?[13][g] quid? propinqui vestri, equites Romani? quid? omnis præfectura,[h] regio, vicinitas vestra? quid? ager Picenus[i] universus, utrum tribunicium furorem, an consularem auctoritatem secutus est? 23. Equidem hoc affirmo, quod tu[14] nunc de tuo patruo prædicas,[k] neminem unquam adhuc de sese[15] esse confessum: nemo est, inquam, inventus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modo honestate, sed etiam simulatione honestatis relictus, qui se in Capitolio fuisse cum Saturnino fateretur. At fuit[16] vester patruus. Fuerit: et fuerit nulla desperatione rerum[l] suarum, nullis domesticis vulneribus[b] coactus: induxerit eum[17] L. Saturnini familiaritas, ut amici-

[b] *Incommodis.*

Cap. viii. 11 *Repelleret* ψ: *compelleret* conjecit Ern.—12 χ *arcesserit.*—13 H χ *Qui pater? quicum?* al. *Quid pater? quicum?* Tum C H S χ *propinqui nostri.*—14 In χ deest *tu.* C H S χ omittunt præpositionem *de.*—15 T *de se.*—16 Pro *At fuit* sex Oxonn. Mss. Ven. 1480. 1483. Junt. habent *Affuit.*

NOTÆ

[f] *Ac tempore*] Quo Saturninus cum suis excitabat seditionem.

[g] *Quid? pater quicum*] Videtur hic significare Labieni patrem non cum seditiosis, sed cum consulibus fuisse.

[h] *Omnis præfectura*] Præfecturæ in Italia eæ urbes dicebantur, in quibus et jus dicebatur, et nundinæ agebantur: in eas legibus præfecti quotannis jus dicturi mittebantur. De his Festus.

[i] *Ager Picenus*] Ager Picenus est Italiæ quinta regio trans Apenninum, ab ipsis montibus ad Mare Adriaticum usque extensus. Vide Strab. lib. v. Hodie *Marchia Anconitata* dicitur, ab Ancona emporio celeberrimo.

[k] *Patruo prædicas*] Nemo est qui prædicet se cum Saturnino fuisse; et tamen ea est impudentia Labienus, ut id de patruo suo jactet.

[l] *Nulla desperatione rerum*] Qui enim ære alieno tenebantur astricti, utplurimum seditiosos cives sequebantur.

tiam patriæ præponeret: idcircone[18] oportuit C. Rabirium desciscere a republica? non comparere[19] in illa armata multitudine bonorum? consulum voci[20] atque imperio non obedire? 24. Atqui videmus, hæc[1] in rerum natura tria fuisse; ut aut cum Saturnino esset, aut cum bonis, aut lateret. Latere, mortis erat instar[c] turpissimæ:[2] cum Saturnino esse, furoris et sceleris: virtus, et honestas, et pudor cum consulibus esse cogebat. Hoc tu igitur in crimen vocas, quod cum iis fuerit C. Rabirius, quos amentissimus fuisset, si oppugnasset; turpissimus, si reliquisset? IX. At C. Decianus,[m] de quo tu sæpe commemoras, quia, cum hominem omnibus insignem notis turpitudinis, P. Furium, accusaret summo studio bonorum omnium,[3] queri est ausus in concione de morte Saturnini, condemnatus est:[4] et Sex. Titius,[n] quod habuit imaginem L. Saturnini domi suæ, condemnatus est. Statuerunt equites Romani[o] illo judicio,[d] improbum civem esse, et[5] non retinendum in civitate, qui hominis, hostilem in modum seditiosi, imagine[6] aut mortem ejus honestaret,[7] aut desideria imperitorum[p] misericordia commoveret, aut suam[8] significaret imitandæ improbitatis voluntatem. 25. Itaque mihi mirum videtur, unde hanc tu, Labiene, imaginem, quam habes,[9]

[c] *Imago.* [d] *Consensu.*

Schutz. censet *vester* delend. vel *tuus* scribend.—17 C et χ *cum.*—18 χ *idcirco*, omisso *ne.*—19 *Comparem* C: *comparare* Vict. Mannt. Dein C *in illa ornata mult.*—20 C H S T χ *voce.*—1 χ *hoc.* In ψ deest.—2 χ *turpissimo.*

CAP. IX. 3 *Omnium* non est in C.—4 Verba *et Sex. Titius . . . condemn. est* in χ desunt.—5 χ omittit copulam *et.*—6 In χ et ψ *imaginem.*—7 C H S χ *honestate.* Mox C H S χ *misericordiam.* In Franc. 1. desunt verba *aut desid. imp. mis. comm.*—8 ψ *sua.* Tum H S χ ψ *imitandam.*—9 Franc. *quam tu*

NOTÆ

[m] *At C. Decianus*] Hic ostendit a præjudiciis sive judicatis, Labienum potius quam Rabirium perduellionis accusandum esse. Nam Decianus tantum damnatus est, quia de Saturnino questus est, cum Furium defendebat. Vide Val. Max. VIII. 1.

[n] *Sex. Titius*] Titius, homo loquax et acutus, ut ait Cicero, licet innocens esset, et lege agraria gratiosus populo, tamen condemnatus est, quia domi Saturnini imaginem habebat.

[o] *Equites Romani*] Qui soli tum judicabant.

[p] *Imperitorum*] Id est, imperitæ multitudinis, quæ facile rebus ejusmodi ducitur.

inveneris: nam Sex. Titio damnato, qui istam habere auderet, inventus est nemo. Quod tu si audisses, aut si per ætatem scire potuisses; nunquam profecto istam imaginem,[q] quæ domi posita, pestem atque exilium[e] [10] Sex. Titio attulisset, in rostra[r] atque in concionem attulisses; nec tuas unquam rationes[11] [s] ad eos scopulos appulisses, ad quos[12] Sex. Titii afflictam navem,[t] et in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres. Sed in his rebus[13] omnibus imprudentia laberis,[f] causam enim suscepisti antiquiorem memoria tua;[u] quæ causa ante mortua est, quam tu natus esses. [p. 96.] Qua in causa tute profecto fuisses, si per ætatem esse potuisses, eam causam in judicium vocas. 26. An non intelligis, primum quos homines et quales viros mortuos summi sceleris arguas? deinde quot ex iis, qui vivunt, eodem crimine in summum capitis periculum arcessas? Nam si C. Rabirius fraudem[g] capitalem admisit, quod arma contra L. Saturninum tulit; huic quidem afferet[14] aliquam deprecationem periculi ætas illa, qua tum fuit:[x] Q. vero Catulum, patrem hujus, in quo summa sapientia, eximia virtus, singularis humanitas fuit; M. Scaurum, illa gravitate, illo consilio, illa prudentia; duos Mucios,[y] L. Crassum, M. Antonium,[z] qui tum extra

[e] *Calamitatem et condemnationem.*
[f] *Cadis sensim.* [g] *Crimen.*



habes.—10 Edd. nonnullæ *exitium.* Vid. Not. Delph.—11 Pithœus conjecit *rates.*—12 *Ad quod* H: *id quod* S χ.—13 Beck. tacite omisit *rebus.*—14 *Af-*

NOTÆ

[q] *Istam imaginem*] Labienus produxerat imaginem L. Saturnini in concione, aut quam apud se Titius habebat, aut aliam huic certe similem.

[r] *In rostra*] Ubi hæc causa acta est.

[s] *Tuas rationes*] Quibus voluisti impellere pop. Rom. ad perdendum Rabirium.

[t] *Afflictam navem*] Per navem intelligit familiam et domum; metaphora a nave sumta, et naufragio.

[u] *Antiquiorem memoria tua*] Quia occisus est Saturninus annis quadraginta ante hanc Rabirii accusationem. Labienus autem juvenis erat; nam tribunatus anno ætatis vigesimo gerebatur.

[x] *Ætas illa, qua tum fuit*] Tunc enim erat adolescens Rabirius.

[y] *Duos Mucios*] Scævolam utrumque, pontificem et augurem.

[z] *L. Crassum, M. Antonium*] Oratores; de quibus sæpe in libris ora-

urbem cum præsidio fuit; quorum in hac civitate longe maxima consilia atque ingenia fuerunt; ceteros pari dignitate præditos, custodes gubernatoresque reipublicæ,[15] quemadmodum mortuos defendemus? 27. Quid de illis honestissimis viris atque optimis civibus, equitibus Romanis, dicemus, qui tum una[16] cum senatu salutem reipublicæ defenderunt? quid de tribunis ærariis,[a] ceterorumque ordinum omnium hominibus, qui tum arma pro communi libertate ceperunt? X. Sed quid ego de iis omnibus, qui consulari imperio paruerunt, loquor? de ipsorum consulum fama quid futurum est? L. Flaccum,[b] hominem cum semper in republica, tum in magistratibus gerendis, in sacerdotio cærimoniisque, quibus præerat,[17] diligentissimum, nefarii sceleris ac parricidii mortuum condemnabimus?[18] adjungemus ad hanc labem[19] ignominiamque mortis, etiam C. Marii nomen? C. Marium,[c] quem vere patrem patriæ, parentem, inquam, vestræ libertatis,[d] atque hujusce reipublicæ possumus dicere, sceleris ac parricidii nefarii mortuum condemnabimus? 28. Etenim, si C. Rabirio, quod iit ad arma,[20] crucem T. Labienus in Campo Martio defigendam putavit; quod tandem excogitabitur in eum supplicium, qui vocavit?[1] [e] Ac, si fides Saturnino[f] data est, (quod abs te sæpissime dicitur) non eam C. Rabirius, sed C. Marius dedit; idemque violavit, si in fide non stetit.

fert χ: *afferet* ψ.—15 *Reipublicæ* non est in ψ.—16 C H S χ *qui cum una.*
Cap. x. 17 χ *prætereat.*—18 Idem Ms. *condonabimus.*—19 Pro *labem* χ habet *urbem*; edd. Lamb. et Grut. *legem,* errore typographico.—20 H *quod ut*

NOTÆ

toriis.

[a] *Tribunis ærariis*] Tribunis ærariis pecunia militaris erat credita.

[b] *L. Flaccum*] Lib. I. de Divinatione Flaccum Martialem flaminem fuisse ait.

[c] *Marium*] Appellat Marium hunc, popularem suum, Cicero patrem patriæ propter relatam de Cimbris victoriam: quam laudem Q. Catulus Ciceroni omnium primo detulit.

[d] *Vestræ libertatis*] Ille Marius contra Sullam patriæ libertatem defendit.

[e] *Qui vocavit*] Ad arma.

[f] *Si fides Saturnino*] Cum in Capitolio Saturninus obsideretur, jussit Marius aquæductus rescindi: quare oppressus siti, coactus est se Mario in fidem dare. Hunc occlusit in curia, ubi, irruptione facta, a multitudine cum sociis occisus est.

Quæ fides, Labiene, qui potuit sine senatusconsulto dari?[g] Adeone[2] hospes hujusce urbis, adeone ignarus es[3] disciplinæ consuetudinisque nostræ,[h] ut hæc nescias? ut peregrinari in aliena civitate, non in tua magistratum gerere[i] videare?[4] 29. Quid jam ista C. Mario, inquit, nocere possunt, quoniam[5] sensu et vita caret? Itane vero? tantis in laboribus C. Marius periculisque vixisset, si nihil longius, quam vitæ termini postulabant, spe[6] atque animo, de se et gloria sua cogitasset? At credo, cum innumerabiles[k] hostium copias in Italia fudisset, atque obsidione rempublicam liberasset, omnia sua secum una[7] moritura arbitrabatur. Non est ita, Quirites: neque quisquam[8] nostrum in reipublicæ periculis cum laude ac virtute versatur, quin spe posteritatis fructuque[9] ducatur.[h] Itaque cum multis aliis de causis virorum bonorum mentes divinæ mihi atque æternæ videntur esse, tum maxime,[10] quod optimi et sapientissimi cujusque animus ita præsentit[l] in posterum, ut nihil, nisi sempiternum[11] spectare videatur. 30. Quapropter equidem[12] et C. Marii, et ceterorum virorum sapientissimorum ac fortissimorum civium, mentes, quæ mihi videntur ex hominum vita ad Deorum religionem[13][m] et

[h] *Tangitur sensu posteritatis.*

ad arma: S *quod iit in arma.*—1 Ms. Franc. et ed. Junt. *necavit.*—2 H *Adeoquene.* Pro *hospes* in χ *spes.*—3 C H S T χ omittunt *es.* Post *consuetud. nostræ* Franc. addit *civitatis.*—4 C *videre.*—5 Pro *quoniam* Ern. conjecit Ciceronem dedisse *qui jam,* vel *quando jam,* improb. Beck. quia *jam* præcesserat.—6 χ *sæpe.*—7 In H deest *una.*—8 χ *ne quisquam.*—9 Idem Ms. *fructu* sine copula. —10 χ *cum maxime.*—11 Idem Ms. *ut nihil præter semp.*—12 *Equidem* in Franc. deest. H habet *Quapr. eq. ut C. Marii.*—13 Lambinus *regionem.*—

NOTÆ

[g] *Sine senatusconsulto dari*] Arguit Labienus Marium, quod fidem Saturnino datam non servaverit. Respondet Cicero publicam non fuisse, nec valuisse sine senatus auctoritate.

[h] *Consuetudinisque nostræ*] Consuetudo non patitur fidem publicam valere sine senatus auctoritate.

[i] *Magistratum gerere*] Tribunatum plebis magistratum appellat, quem Plutarchus non fuisse tradit, quia tribunis ejusmodi nulla erant insignia dignitatis.

[k] *Innumerabiles*] Refert Eutropius lib. v. trecenta quadraginta millia Cimbrorum, Theutonum, et Ambronum occidisse Marium.

[l] *Præsentit*] Posteritatis præsensione et spe ducitur animus.

[m] *Ad Deorum religionem*] Colebant

sanctimoniam demigrasse,[i] testor, me pro illorum fama, gloria, memoria, non secus, ac[14] pro patriis fanis atque delubris propugnandum putare: ac, si pro illorum laude mihi arma capienda essent, non minus strenue caperem, quam illi pro communi salute ceperunt. Etenim, Quirites, exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscripsit, immensum gloriæ.[15] XI. Quare, si eos, qui jam de vita decesserunt, ornabimus,[k] justiorem nobis mortis conditionem[1] relinquemus. [*p.* 97.] Sed, si illos, Labiene, quos jam videre non possumus, negligis; ne his[16] quidem, quos vides, consuli putas oportere? 31. Neminem esse dico ex iis[17] omnibus, qui illo die Romæ fuerint,[18] quem tu diem in judicium vocas, pubesque[m] tum fuerit, quin arma ceperit, quin consules secutus sit.[19] Omnes ii, quorum tu ex ætate conjecturam[20] facere potes, quid tum fecerint,[1] abs te rei capitis, C. Rabirii nomine, citantur. At occidit Saturninum Rabirius. Utinam fecisset![2] non supplicium deprecarer,[l] sed præmium postularem. Etenim, si Scævæ,[3] servo Q. Crotonis, qui occidit L. Saturninum, libertas data

[i] *Accessisse ad numerum Deorum.*
[k] *Laudabimus.*
[l] *Non precarer ut parceretur ei.*

14 Pro *ac* in C legitur *quam.* Pro *fanis* Ern. conjecit *sacris* legend. In H *fanis ac delubris.*—15 Post *gloriæ* Ern. supplendum censebat *patefecit*, vel *aperuit*, aut tale aliquid.

CAP. XI. 16 Pro *ne his* in sex Oxonn. Mss. legitur *mihi.*—17 *Ex his* C H T: *et his* χ.—18 C *fuerit.* Pro *diem* χ habet *idem.*—19 χ *sis.*—20 Idem Ms. *conjectum.*—1 *Fecerunt* H: *fuerint* ψ. Mox a sex Oxonn. Mss. abest *rei.*—2 χ *Ut fecisset.* Pricæus in not. ad Apul. deleri voluit *fecisset.*—3 Al. *Sce-*

NOTÆ

Romani non solum Deos qui cœlites dicebantur, verum etiam eos quos virtus ad cœlum extulerat. Unde ait Cicero omnium animos immortales esse, sed fortium bonorumque divinos.

[1] *Mortis conditionem*] Contendit, si a nobis vivis celebrentur ii, qui priores nobis mortui sunt, quod, et qui vivent post mortem nostram, nos etiam honoribus prosecuturi sint: secus autem, si eorum memoriæ injuriam facimus.

[m] *Pubes*] Quando hoc verbum pubes substantive sumitur, significat proprie lanuginem illam, quæ anno 14. genas vestit: quando adjective, eum designat, qui hanc ætatem attigit: ita pro Milone 'omnem Italiæ pubem commiserat.'

est; quod equiti Romano [4] præmium dari par fuisset? et, si C. Marius, quod fistulas,[n] quibus aqua suppeditabatur,[o] Jovis Optimi Maximi templis [5] ac sedibus, præcidi imperarat, quod in clivo Capitolino improborum civium * * * [6]

Desunt non pauca.

---

væ. In ψ *Scenæ servoque.*—4 C S χ *equitum R.* H *equitum Romanorum.*—5 H *suppeditabat.* In T *supp. idibus Martiis templis, &c.* in Franc. *supp. idibus Martiis Jovis Opt. Max. templis, &c.*—6 ' Notant codd. complures duo deesse folia. Niebuhrius ingeniose ex orat. Antequam iret in Exil. § 25. supplet *improborum civium cædem fecerat*, vel potius, nostra ex recensione *fecerat cædem.* Lamb. vero in ipso contextu hæc addidit, *improb. civium multitudo sese collocarat, rempublicam servasse ab universo senatu judicatus est; cur supplicium in eum constitueretur, et non potius præmium ei decerneretur, qui improborum ducem sustulisset.*' Orell. qui fecit sequens additamentum, quod Niebuhrius e palimpsesto Vaticano primus edidit: ' . . . aret. Itaque non senatus in ea causa cognoscenda, me agente, diligentior [Sic Niebuhr. conjecit. *Diligenter* palimps. Vat.] aut inclementior fuit quam vos universi, quum orbis terræ distributionem atque illum ipsum agrum Campanum animis, manibus, vocibus re*pudiavistis.* Idem ego, quod is, qui auctor hujus judicii *est*, clamo, prædico, denuntio: nullus est reliquus rex, nulla gens, nulla natio, quam pertimescatis: nullum adventicium, nullum extraneum malum est, q*uod ins*inuare in hanc *rem publicam poss*it: si immort*alem* hanc civita*tem esse* vultis, si æter*num* imperium, si g*loriam* sempiternam *manere*, nobis a nostris *cupi*ditatibus, a tur*bulen*tis hominibus at*que no*varum rerum *cupidis, ab intestinis malis*, a domesticis co*nsiliis* est cavendum. Hisce autem *malis mag*num præsid*ium v*obis majores ve*stri re*liquerunt vo*cem* illam consulis, qui *rem publicam* salvam esse *vult.* Huic voci fav*ete*, *Quirites*, *neque* vestro judicio *abstul*eritis mihi *rem publicam*, [Dubitat ipse Niebuhr. de veritate hujus supplementi.] neque eripuer*itis rei publicæ* spem liberta*tis*, *sp*em salutis, spem *digni*tatis. *Quid fac*erem, si T. Labi*enus c*ædem civium *fecis*set, ut L. Satu*rninus*, si carcerem *refreg*isset, si Capitol*ium cum armatis occupa*visset? Facerem *id*, *quod* C. Marius *fecit: a*d senatum re*ferr*em, vos ad rem publicam *defe*ndendam co*hort*arer, armatus *ipse* vobiscum ar*mato* obsisterem. *Nunc* quoniam armorum suspicio nulla est, tela non video, non vis, non cædes, non Capitolii atque arcis obsessio est, sed accusatio perniciosa, judicium acerbum, res tota a tribuno plebis suscepta contra rem publicam, non vos ad arma voca*ndos mihi esse*, *sed* ad suffragia cohortandos contra oppugnationem vestræ majestatis putavi. Itaque nunc vos omnes oro atque obtestor, hortorque: non ita mos est, consulem, cum es * * * *t*imet: qui hasce ore adverso pro re publica cicatrices ac notas virtutis accepit, is ne quod accipiat famæ vulnus pertimescit: [Sic Niebuhr. conjecit. *Perhorrescit* palimps. Vat.] quem nunquam incursiones hostium loco movere potuerunt, is nunc impetum civium, cui necessario cedendum est,

NOTÆ

[n] *Fistulas*] Per fistulas plumbeas aqua e fontibus in loca quælibet ducitur.

[o] *Aqua suppeditabatur*] Anio fons primo in Capitolium deductus est A. U. C. 627. a Cnæo Servilio Cæpione est L. Cassio Longino censoribus. Vide Frontinum de Aquæductibus.

perhorrescit. *N*eque a vobis jam bene *v*ivendi, sed hones*t*e moriendi facul*t*atem petit: neque tam [Palimps. Vat. *jam*] *u*t domo sua frua*t*ur, quam ne patrio *s*epulcro privetur, laborat. Nihil al*iud* jam vos orat atque *ob*secrat, nisi uti n*e se* legitimo funer*e et* domestica mor*te* privetis; ut eum, *qui* pro patria n*ullum* unquam mor*tis* *p*ericulum fugit, *in* patria mori pati*amini*. Dixi ad id tempus, q*uod* mihi a tribuno plebis pra*esti*tutum est: a vob*is* *peto* quæsoque, ut ha*nc* *me*am defensio*nem* pro amici pericu*lo* *fi*delem, pro rei publicæ salu*te* consularem pu*te*tis.'

M. TULLII CICERONIS

CATILINARIÆ

ORATIONES QUATUOR.

ARGUMENTUM.

L. Sergius Catilina, patricii generis, cum post præturam et Africam administratam repetundarum et inter sicarios, (quanquam frustra) accusatus esset, bis consulatum frustra petit. Idem etiam bis conjuravit contra rempublicam. Et prima quidem conjuratio, qua L. Torquatum et L. Cottam coss. voluit interficere, casu diremta est: altera autem occultis consiliis agitata, in consulatum Ciceronis erupit, cui ob hoc ipsum eo cupidius populus Romanus consulatum mandavit, quod de ea rumor in vulgus exierat. Hic cum esset tota res ad Ciceronem a Q. Curio conjurato per Fulviam delata, et Catilinam nihilominus in senatu a. d. VIII Id. Nov. vel ut aliis placet a. d. VI Id. Nov. vidisset, ita indignitate rei commotus est Cicero, ut gravissime in ipsum oratione inveheretur, qua totam rem sibi cognitam esse ostenderet, eique, ut urbe exiret, suaderet. Atque hæc est prima in senatu habita oratio. Huic orationi iratissimus cum respondisset Catilina, minatus se incendium suum patriæ ruina restincturum; e senatu se proripuit, ac nocte proxima cum quibusdam consciis ex urbe abiit. Quo mane cognito, Cicero in concionem populi profectus dum senatus conveniret, habuit secundam orationem, qua de abitu Catilinæ triumphat. Sed quoniam intelligebat, quantum invidiæ sibi conflasset partim ab his qui nimis crudeliter ejectum a Cicerone Catilinam innocentem jactabant, partim vero ab iis qui non dimittendum, sed puniendum fuisse putabant; hanc invidiam a se studet amoliri, cum conjurationem certo factam esse ostendendo, tum lenitatis suæ rationem afferendo. Demonstrat præterea, quantum periculi reipublicæ immineat, cum a Catilina, tum inprimis ab reliquis conjuratis qui in urbe remanserant, quorum sex genera facit, et de singulis quid sentiat, dicit. Paulo post legatorum Allobrogum a conjuratis solicitatorum indicio cum comprehensi essent Lentulus ejusque socii, et, cognita ab senatu re, in custodiam traditi, Cicero invidia levatus, iterum, forte pridie Non. Dec. prodiit in concionem, et quæ a se deprehendendæ conjurationis causa, quæ ad pontem Mulvium, quæ in senatu acta, dicta, decreta sint, comprehensis conjuratis, de-

monstravit, et se populo commendavit, simulque ad supplicationem sibi togato primum reip. conservatæ causa decretam celebrandam cohortatus est. Proximo die, Nonis Decembribus, in senatu de pœna conjuratorum agebatur. Hic cum duæ essent sententiæ; altera Silani, cos. designati, qui capitis pœnam decernebat; altera vero Jul. Cæsaris, qui mortis pœnam removebat, ceterorum suppliciorum acerbitates omnes, inprimis vincula sempiterna, decernebat; Cicero senatum quarta oratione ad severitatem cohortatus est, et Silani sententiam severiorem leniori Cæsaris præferendam esse docebat. Eum deinde consecutus Cato plane solvit Cæsaris sententiam. Est itaque in Silani et Catonis sententiam SCtum factum, atque in carcere supplicium de conjuratis sumtum. Quo facto, domum pergentem universus senatus et populus est prosecutus, eumque Conservatorem non modo et Liberatorem, sed primum etiam Patrem Patriæ appellavit, cum interea viæ, per quas ibat, lætis ubique ignibus collucerent. Hæc facta sunt Nonis Decembr. Atque hæ sunt illæ Nonæ, quarum commemoratione toties, neque immerito, Cicero gloriatur.

M. TULLII CICERONIS

IN L. CATILINAM

PRIMA,

HABITA IN SENATU.[1]

ORATIO XIX.

I. 1. QUOUSQUE[a] tandem abutere, Catilina, patientia[a] nostra? quamdiu etiam furor[b] iste tuus nos eludet?[2 c] quem

[a] *Tolerantia.*

1 In χ et ψ hæc Oratio inscribitur *Invectivarum in L. Catil. lib. I.*

CAP. I. 2 *Quamdiu nos etiam furor iste tuus eludet* Mss. pauci et edd. pleræque ante Grut. qui cum edd. seqq. e Mss. Gulielm. Fabricii, Colon. S. Vict. et edd. vett. paucis dedit *quamdiu etiam furor iste tuus nos eludet;* et sic C H S χ ψ. In Pal. 9. legitur *quam etiam diu, &c.* in Pal. 10. *quamdiu nos etiam, &c.* in Ms. Erlang. *quamdiu etiam atque etiam furor iste nos eludet*, prob. Gœrenz. In Pal. 2. 6. et Ms. Lamb. deest *etiam*, ut volebat Bubierius. Do-

NOTÆ

a *Quousque*] Incitatum et abruptum est hujus orationis principium, ut suum in rempub. amorem, et indignationem in Catilinam ostendat, quod tam nefarie de patria cogitans ausus sit præter spem venire in senatum.

b *Furor*] Furor est in patriam conspirare, quam vitæ periculo tueri debemus.

c *Eludet*] Id est, ludo finem imponet: quæ vox proprie gladiatorum

ad finem[b] sese effrænata[3 d] jactabit audacia? Nihilne te nocturnum præsidium Palatii,[e] nihil urbis vigiliæ,[4 f] nihil timor populi, nihil concursus[g] bonorum omnium, nihil hic[5] munitissimus[h] habendi senatus locus, nihil horum ora[6] vultusque moverunt?[i] Patere tua consilia non sentis? constrictam[k] jam omnium horum[7] conscientia[c] teneri conjurationem tuam non vides? Quid proxima,[l] quid superiore

[b] *Quo usque.* [c] *Scientia.*

natus ad Terent. Eun. I. 1. 10. omittit *nos;* quocirca Orell. uncis inclusit.—3 Matthiæ e Ms. Erlang. recepit *effrenata sese.* Pro *audacia* in Ms. Barb. *audentia.* Ern. conjecit legend. *sese effr. tua jact. audacia.* Tum Mss. Mureti *nihil te,* omisso *ne,* prob. Heumanno. Erlang. et Guelf. omittunt *te.*—4 C S χ *nihil ne urbis vig.* Dein Guelf. *timores,* prob. Gœrenz. Pro *concursus* in nonnullis edd. *consensus:* al. *conventus.* Vid. Not. Delph.—5 ψ *huc.* Tum *munitissimi* C: *invictissimus* Barb. *inimicissimus* duo Mss. ap. Quintil. IX. 3. Paulo post, Ern. conjecit *senatum* legend.—6 Ms. Barber. ap. Quintil. l. l. exhibet *nihil horum omnia ora:* Ms. Mureti *nihil horum omnium ora.* Dein Duisb. *vultusque movent,* non improb. Græv.—7 Græv. et Schutz. e Colon. Franc. et Ms. Grævii *horum omnium.* Pro *conscientia,* in Duisb. *scientia.*—

NOTÆ

est, cum vicerunt, ut notat Donatus in Eunuch. Terent. Dicuntur etiam eludere ii, qui per ridiculum alios contemnunt. Unde et perinde est ac si dicat, furiose nos contemnes, aut nobis quasi prostratis insultabis.

[d] *Effrænata*] Translatio ab equis, qui, cum sine fræno sunt, retineri non possunt.

[e] *Palatii*] Palatium a Palatino monte dictum est, ubi Evander et Romulus habitarunt. Palatium autem erat quasi arx civitatis, in qua, cum quis tumultus oriebatur, statim præsidium collocabatur, quia inde facile erat toti urbi dominari.

[f] *Urbis vigiliæ*] Sallustius refert, audita conjuratione, decrevisse senatum, ut tota civitate vigiliæ haberentur, quibus minores magistratus præessent.

[g] *Nihil concursus* [*consensus*] In multis codicibus legitur *conventus:* sed quoad sensum, eodem recidit utrumque verbum. Nam omnes boni et consentiunt et conveniunt ad rempubl. contra Catilinæ furorem defendendam.

[h] *Munitissimus*] Munitissimus nempe ad habendum senatum: quia in Capitolio, in æde Jovis Statoris, non in curia, habebatur.

[i] *Horum ora vultusque moverunt*] Vereri debuerat senatores, neque se tam temere in eorum conspectum senatorum, quos vereri debuerat, dare: tanta enim indignatione commoti sunt in Catilinam, ut venientem in senatum nemo salutaverit; immo omnia subsellia omnes deseruerint, ne hosti patriæ assiderent.

[k] *Constrictam*] Id est, tuam ab omnibus conjurationem ita cognosci, ut neminem prorsus fugiat. Metaphora a belluis deprehensis, et in vincula conjectis.

[l] *Quid proxima*] In domo M.Porcii Leccæ fuerat Catilina, cum aliis suæ conjurationis hominibus.

nocte[m] egeris,[8] ubi fueris, quos convocaveris,[n] quid consilii ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris?[9] 2. O tempora![o] o mores! Senatus hæc[10] intelligit, consul videt: hic tamen vivit.[p] Vivit? immo vero, etiam[11] in senatum venit: fit publici consilii particeps:[q] notat et designat oculis ad cædem[d] unumquemque nostrum.[12] Nos autem, viri fortes,[r] satisfacere reipublicæ videmur, si istius furorem ac tela[s] vitemus. Ad mortem[t] te, Catilina,[13] duci, jussu consulis, jampridem oportebat; in te conferri pestem istam, quam tu in nos omnes[14] jamdiu machinaris.[u] 3. An vero vir[x] amplissimus, P. Scipio,[15][y] pontifex maximus, Ti. Gracchum,[z] mediocriter labefactantem statum reipublicæ, privatus[a] in-

[d] *Ad interficiendum.*

8 Steph. *gesseris.* Mox H S χ *vocaveris*.—9 Unus Ms. *arbitrare.*—10 Pro *hæc* C H S χ et edd. ante Lamb. præter Ven. 1480. habent *hoc.* Mox Ms. Erlang. *videt, et hic tamen vivit*, ut volebat Gœrenz.—11 Pal. 9. et Ven. 1480. *immo vero et.* A Pal. 6. ψ, Duisb. Barber. abest *vero*, quod Græv. delevit. In Pal. 2. et Ms. Lamb. deest *etiam.*—12 H *vestrum.* Dein Erlang. *fortes viri*, prob. Gœrenz. qui mox volebat *tela ac furorem.*—13 Ms. ap. Græv. *o Catilina.* Paulo post, Weiske legi mavult *jussu consulum.* In H deest *jampridem.*—14 Steph. *pestem, quam tu in omnes.*—15 Ms. Ursini et Barb. *vir ampl. præfectus P. Scipio.* Pro *pontifex maximus* in Ms. Grævii *pontificem maximum*

NOTÆ

[m] *Superiore nocte*] Quæ proximam præcedebat.

[n] *Convocaveris*] Suæ seditionis participes et socios advocaverat, ut de interficiendo consule Cicerone et bello patriæ inferendo deliberarent.

[o] *O tempora*] Teste Prisciano lib. XVI. *O* particula ibi indignantis est.

[p] *Vivit*] Vivit Catilina, cum ab eo jam repetere pœnas respub. debuisset, ut hostis patriæ judicatus.

[q] *Fit publici consilii particeps*] Auget indignationem Cicero, quod non venerit in senatum Catilina, ut rogaret, et aliquid peteret, ut multi; sed ut ipse particeps esset consiliorum, quæ a senatu caperentur.

[r] *Nos autem, viri fortes*] Ironia; nam jam a nobis interfici Catilina debuerat.

[s] *Tela*] Omne genus armorum intelligit, quibus meditabatur civitatem evertere.

[t] *Ad mortem*] Propositio, qua proponit interficiendum esse Catilinam exemplo aliorum.

[u] *Machinaris*] Metaphora ab architectis desumta.

[x] *An vero vir*] Argumentum a minore ad majus, per comparationem.

[y] *P. Scipio*] Scipio Nasica, qui, Livio referente lib. XLIX. vir optimus a senatu judicatus est; filius Scipionis censoris, qui porticum in Capitolio exstruxit.

[z] *Ti. Gracchum*] Tiberius Gracchus largitione frumenti venit in regni affectati suspicionem, et a Scipione interfectus est.

[a] *Privatus*] Privatus is dicitur qui

terfecit; Catilinam vero,[16] orbem terræ cæde atque incendiis vastare cupientem, nos consules perferemus? nam illa nimis antiqua[17] prætereo, quod C.[18] Servilius Ahala[b] Sp. Melium, novis rebus studentem,[e] manu sua occidit.[19] [*p.* 98.] Fuit, fuit ista quondam in hac republica virtus, ut viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum, quam acerbissimum hostem coërcerent.[c] Habemus senatusconsultum[20][d] in te, Catilina, vehemens et grave:[f] non deest[1] reipublicæ consilium,[e] neque auctoritas hujus ordinis: nos, nos,[2][f] dico aperte, consules desumus. II. 4. Decrevit quon-

[e] *Affectantem regnum.* [f] *Urgens et severum.*

P. M.—16 Naug. Cam. Lamb. Schutz. Matthiæ cum Quintil. VIII. 4. 14. omittunt *vero*, quod Orell. uncis inclusit. Tum in Ms. Barb. et nonnullis edd. vett. *orbem terrarum.* Porro *cæde atque insidiis* Ms. Franc. *cæde ac incendiis* Ven. 1480.—17 ψ *nimis et antiqua.* Pro *prætereo* in H S χ legitur *repeto.* In C superscribitur 'vel *repeto*;' in ψ 'al. *repeto.*'—18 Q. Mss. et edd. ante Ern. qui e conjectura Mureti, Ursini, aliorumque dedit *C.* et sic Beck. Wetzel. Weiske, Schutz. et Orell. Tum *Athala* ψ: *Hala* Mss. pauci et edd. quædam. Pro *Sp. Melium* C et ψ habent *Sp. elium*; S χ *Spr. elium.*—19 In Duisb. et Ms. Mureti *interfecit.* In C S ψ *fuit* semel tantum legitur.—20 *Hab. enim sen.* C H S χ ψ, Pall. et edd. ante Græv. cum Oliv. et Lall. *Hab. vero sen.* Pal. 2. unde Morgenstern. conjecit legend. *Hab. enimvero sen.* Pith. omittit verba *in te,* prob. Græv. Mox in ed. Steph. non leguntur voces *et grave.*—1 Post *deest* ψ addit *enim.* Dein Franc. exhibet *non auctoritas*; et al. Ms. Grævii *non quidem auct.*—2 *Nos* in S semel tantum ponitur. Contra Priscian. l. XVII. p. 1076. ter ponit; *nos, nos, dico aperte, nos cons. des.* probb. Buhierio et Heumanno. Post *consules* ψ addit *non.*

NOTÆ

sine imperio est, quales erant sacerdotes, præcones, aliique minimi magistratus. Vide Arist. Polit. l. IV.

[b] *Servilius Ahala*] Cum pop. Rom. fame premeretur, et Sp. Melius frumentum daret, venit ille in suspicionem regni affectandi. Servilius, magister equitum, eum imperio dictatoris non obtemperantem interfecit A. U. C. 315. Vide Livium lib. IV.

[c] *Coërcerent*] Magistratuum est, et eorum qui sunt in imperio, coërcere eos qui reipub. perniciosi sunt.

[d] *Senatusconsultum*] De hoc ita Sallustius: 'Hæc cum Ciceroni nuntiarentur, constitutus in dubio, neque expedire potuit quid esset faciendum; Cicero tamen ad senatum retulit, qui decrevit ut consules viderent, ne quid respub. detrimenti caperet: (scilicet C. Antonius et Cicero consules) permittitur cohibere milites et socios, et summum jus tenere.' Hæc autem potestas a solo populo concedebatur. Plutarchus in vita Ciceronis ait hoc senatusconsultum datum esse postquam C. Cornelius et L. Vargunteius opprimere Ciceronem consulem domi conati sunt, ut ipse postea declarabit.

[e] *Reipub. consilium*] Quo consilio hæc auctoritas senatusconsulti faciendi senatui data est.

[f] *Nos, nos*] Distinguit auctorita-

dam senatus,[3] ut L. Opimius[g] consul videret, ne quid respublica detrimenti caperet. Nox nulla intercessit:[g] interfectus[4] est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus,[h] clarissimo patre, avo, majoribus:[5][i] occisus est cum liberis M. Fulvius,[k] consularis. Simili senatusconsulto,[6] C. Mario et L. Valerio[l] consulibus, permissa est[7] respublica: num unum diem postea L. Saturninum tribunum plebis, et C. Servilium prætorem, mors ac reipublicæ pœna remorata est?[h][8] At nos vicesimum jam diem[m] pa-

[g] *Eodem ipso die.* [h] *Numquid interfecti sunt eodem die?*

CAP. II. 3 Post *senatus* Duisb. addit *noxios cives interfici.*—4 Ante *interfectus* C H S χ ψ, Barb. Ms. Lamb. et Ven. 1480. 1483. addunt *mox.* Dein in Ms. Franc. *suspic. seditionum.* Porro C et duo Mss. Grævii *G. Gracchus.*—5 *Patre natus maj.* C H S, Barb. *patre natus a maj.* Duisb. *patre avitis maj.* χ: *patre natus avitis moribus* Ven. 1480. *patre natus avitis majoribus* Ven. 1483. Hinc Vict. Manut. Lamb. et al. *patre natus, avis, maj.* Gembl. Colon. Ms. Vict. Mss. Gulielmii et duo Mss. Grævii *patre, avo, maj.* et sic vulg. In Ms. Egmond. ap. Modium, *claris patre, avo, maj.* Heumannus conjecit *clarissimo patre natus, claris majoribus.*—6 C H S χ *senatusque consulto.* In χ deest *consulibus.*—7 ψ *commissa est.* Græv. e Ms. Franc. et duobus aliis Mss. dedit *est permissa.* Pro *respublica* C, Duisb. et Barb. habent *reip. potestas.*—8 *C. Servilium prætorem mors a reipubl. pœna rem. est* nonnullæ edd. vett. et sic H S χ, Hervag. Cam. Steph. nisi quod omittant *prætorem.* Vulg. ut Ern. Wolfius, Morgenstern. et Beck. dederunt *C. Servilium prætorem R. P. mors ac pœna*

NOTÆ

tem a persona; quia si officio suo esset functus, jussisset Catilinam ad mortem rapi; sed noluit, tum ut fuga Catilinæ pateret ejus conjuratio, tum ut urbs periculo liberaretur.

[g] *L. Opimius*] Consul fuit L. Opimius cum Q. Fabio Maximo A. U. C. 633.

[h] *C. Gracchus*] C. Gracchus filius fuit T. Sempronii Gracchi, qui bis consul fuit, et de Celtiberis triumphavit.

[i] *Avo, majoribus*] Gracchi multa rerum gestarum gloria in repub. claruerunt. Primus extitit ejus nominis ceterorum auctor Tiberius Gracchus, a quo prodiere Tiberii duo, consulatuum et victoriarum gloria illustres; quorum postremus ex Cornelia, AfricaniMajoris filia, Tiberium et Caium suscepit; in quibus summum fuit ingenium, et summa eloquentia: at cum uterque leges agrarias tribunus plebis promulgasset, interfectus est; Tiberius a Scipione Nasica in Capitolio, Caius ab Opimio in Aventino.

[k] *M. Fulvius*] M. Fulvius socius erat et particeps seditionis cum Caio Graccho, quare senatus sententia ab Opimianis cum duobus filiis cæsus est. Ejus domus eversa et publicata est, in qua porticum postea Catulus exstruxit.

[l] *C. Mario et L. Valerio*] C. Marius sextum consul Servilium Glauciam et Saturninum in curia Hostilia interfecit. Vide fusius in oratione pro Rab. Perd. reo.

[m] *Vicesimum jam diem*] Conqueri-

timur hebescere[n] aciem horum auctoritatis. Habemus enim hujusmodi[9] senatusconsultum, verumtamen inclusum in tabulis, tanquam gladium[10] in vagina reconditum: quo ex senatusconsulto[11] confestim interfectum te esse, Catilina, convenit. Vivis; et vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Cupio, patres conscripti,[12] me esse clementem: cupio in tantis reipublicæ periculis me[13] non dissolutum[i] videri: sed jam me ipse[14] inertiæ nequitiæque condemno. 5. Castra sunt[o] in Italia contra rempublicam[15] in Etruriæ faucibus[k] collocata: crescit in dies singulos hostium numerus:[16] eorum autem imperatorem[p]

[i] *Negligentem.* [k] *Aditu.*

rem. est: Schutz. e conjectura Mureti *C. Servilium prætorem P. R. pœna rem. est.* Orell. *reipublicæ* uncis inclusit. Ursinus ad orat. pro Rab. c. 7. omittit verba *mors ac reipublicæ.* In. Ms. Franc. *L. Saturnino tribuno pl. et C. Servilio prætoribus pœna r. p. rem. est:* Lamb. dedit *L. Saturnini tribuni plebis, et C. Servilii prætoris mortem ac pœnam dignitas eorum rem. est.* Heumannus correxit, *Num unum diem potentia L. Saturnini tribuni pl. et C. Servilii prætoris, mortem eorum ac pœnam rem. est.* Ern. conjecit *L. Saturnini, tribuni pl. et C. Servilii pr. &c.* prob. Weiske. Pro *Saturninum* in C *Saturnium;* et pro *remorata* in C ψ *remota.* Vid. Nott. Varr. Tum Lamb. e Ms. Mureti *At vero nos.*—9 *Ejusmodi* Mss. ap. Muret. *hujuscemodi* C, Franc. Barb. Ven. 1480. *ejusdemmodi* Lamb. Mox Mss. nonnulli cum Steph. et Lamb. *verum,* omisso *etiam.* Tum ψ *reclusum.*—10 A Mss. plerisque et nonnullis edd. vett. atque ab edd. Grut. Græv. Heumann. Oliv. Lall. Matthiæ abest *gladium,* quod Orell. uncis inclusit. Dein *in vaginam* ψ. Pro *reconditum* H S χ habent *repositum;* Grævii Ms. *recondita.*—11 Ms. Grævii *ex senatus consilio.* Pro *confestim,* Mss. Mureti habent *statim.* Tum *interf. esse te* Franc. *te interf. esse* Græv. e Franc. et alio Ms. In C H S χ deest *Catilina.* Pro *convenit* in Ms. Mureti *cum venit.* Vid. Nott. Varr.—12 Inter *patres* et *conscripti* comma interponi Heumann. vult, ut pateat esse duo genera senatorum.—13 *Me* omittunt C H S ψ et edd. Steph. Lamb. Grut. Græv. Oliv. 'Male omissum est, nisi vero lectio vera est *dissolutus.*' Ern.—14 *Me ipsum* Mss. plerique et edd. ante Græv. cum Oliv. Lall. *ne ipse* auctoritate Duisb. et al. ediderunt Græv. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell.—15 Græv. 2. *contra P. R.* Pro *faucibus* H S χ *partibus;* in ψ superscribitur 'al. *partibus.*'—16 Græv. *numerus hos-*

NOTÆ

tur Cicero, quod illi eodem ipso die interfecti sunt, quo senatusconsultum datum est; et jam a viginti diebus, simile contra Catilinam datum est, neque tamen contra Catilinam usi sunt.

[n] *Hebescere*] Metaphora a gladiis sumta, quorum ut acies hebescit, et rubiginem contrahit, si diutius recondantur, ita vim amittet illud senatusconsultum, nisi statim contra Catilinam exeratur.

[o] *Castra sunt*] Cn. Manlius habebat tum exercitum Fæsulis prope Florentiam, quem collegerat ex veteranis Sullæ militibus, in cujus castris ille militaverat.

[p] *Eorum imperatorem*] Catilina im-

castrorum, ducemque hostium, intra mœnia, atque adeo in senatu videmus,[17] intestinam aliquam quotidie perniciem reipublicæ molientem. Si te jam, Catilina, comprehendi,[18] si interfici jussero; credo, erit[q] verendum mihi, ne non hoc potius[19] omnes boni[r] serius a me, quam quisquam crudelius factum esse dicat.[20] Verum ego hoc, quod jampridem factum esse oportuit, certa[1] de causa, nondum adducor, ut faciam. Tum denique interficiam[2] te, cum jam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui similis inveniri poterit, qui id non jure factum esse fateatur.[3] 6. Quamdiu quisquam erit, qui te defendere audeat, vives: et vives ita,[4] ut nunc vivis, multis meis et firmis præsidiis obsessus,[s][5] ne commovere[t] te contra rempublicam possis: multorum te[6] etiam oculi et aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient.



tium. Mox Græv. 1. 2. Barb. Ven. 1480. Naug. Hervag. *castrorum imperatorem.*—17 *Videtis* Græv. 1. 2. Franc. Pith. Hittorp. Ms. Vict. Mss. Mureti, et edd. Rom. Ven. 1483.—18 Franc. *Si te, Cat., jam compreh.* Vocab. *jam* abest a Duisb. et Mss. quibusdam ap. Quintil. IX. 3. Tum Græv. cum Lall. e Ms. Franc. recepit *si te interfici.*—19 C H S, Franc. *ne potius hoc:* χ *ne hoc potius.* Mss. Mureti et Ven. 1483. *ne hoc.* Mss. quidam ap. Quintil. l. l. omittunt *hoc.*—20 Mss. pauci et edd. Ven. 1483. Crat. Grut. *dicant.* Dein Mss. Mureti *Verumtamen.*—1 Pro *certa* in Franc. *crede.* Pro *adducor* ψ habet *advocor.*—2 *Interficiere* Græv. 1. Colon. duo Pariss. et alii Mss. cum Græv. et Lall. Vid. Nott. Varr. Mox C H S χ omittunt *tam* ante *improbus.* Pro *perditus* C *proditus.* In Pith. deest *tam* ante *tui sim.*—3 Ven. 1480. *cui id non jure factum esse videatur.* Post *fateatur* Franc. addit *si te non interfici jussero.*—4 Weiske legi jussit *sed vives, ita.* Mox pro *vivis* ψ habet *vivus.* In Græv. 1. legitur *et vivis ita, ut vivis:* in Duisb. *et vives ita, ut vivas.*—5 *Oppressus* C H S χ ψ, Duisb. Franc. Græv. 1. duo Mss. Lambini et Ven. 1483. *oppressus et obsessus* Ven. 1480.—6 In C H S χ deest *te.* Tum *sentientes* C H S.

NOTÆ

perator erat illius exercitus, cujus Manlius prætor fuit in castris.

q *Credo, erit*] Ironia est, et sæpe per illud verbum usurpatur a Cicerone.

r *Omnes boni*] Per bonos designat, qui salutis reipub. studiosi sunt. Itaque totius illius sententiæ sensus est, Si te interfici jussero, nemo bonorum civium me id crudelius fecisse dicet; sed potius omnes dicent prius me id facere debuisse.

s *Præsidiis obsessus*] Id est, circumdatus: habebat enim Cicero multa tum ex Italiæ municipiis, tum ex urbe firmissima præsidia, quæ in ea erant contra Catilinæ impetus collocata.

t *Commovere*] Hyperbola; significat enim Catilinam ita observari in repub. ut nihil contra possit.

III. Etenim quid est, Catilina, quod jam amplius expectes, si neque nox tenebris obscurare[7] cœtus nefarios, nec privata domus parietibus continere vocem[8] conjurationis tuæ potest? si illustrantur,[9] si erumpunt omnia? Muta jam istam mentem: mihi crede:[10] obliviscere cædis, atque incendiorum. Teneris undique:[u] luce sunt clariora nobis tua consilia omnia:[11] quæ etiam mecum licet recognoscas.[x] 7. Meministine, me ante diem[12] XII Kalendas[y] Novembr. dicere in senatu, certo die fore in armis[13] (qui dies futurus esset[14] ante diem VI Kal. Novembris) C. Manlium,[15] audaciæ satellitem atque administrum tuæ? Num me fefellit,[z]



CAP. III. 7 C *obscura.* Dein *cœptus nefarios* ψ, Erf. Franc. Græv. 1. 2. et Pall. quatuor: *ceptus nefarios* C H S χ, Barb. Denique Lamb. *neque priv. domus.*—8 *Voces* C ψ, Franc. Pith. et Mss. Modii cum Græv. Beck. Weiske, Matthiæ, Schutz. et Orell. Mox in C deest *potest.*—9 Erlang. *elustrantur*, ut volebat Modius Epist. v. *lustrantur* Nonius in voc. 'Lustrare.' In ψ *sed illustrantur, sed er. omn.* Pro *omnia* H et S *omnino.*—10 Verba *mihi crede* Heumann. transponi jubet ante *teneris;* pro qua voce ψ habet *tenebris.*—11 In C H S χ deest *omnia.* Tum *quæ jam mecum* Mss. Mureti et ed. Lamb. *quæ etiam licet mecum recogn.* Beck.—12 C et Colon. *in ante diem*, prob. Grutero. Dein edd. nonnullæ *Novembris.*—13 *Fore in armis certo die* Mss. plerique et Ven. 1480. cum Græv. Oliv. Lall. Beck. Matthiæ et Orell.—14 H et S *esse.* Post *esset* C H S χ, Franc. Barb. Pall. Græv. 1. 2. Ven. 1483. Hervag. addunt præpositionem *in;* et eam inseruit Græv. Tum *VIII Kal.* C H S χ ψ, Franc. Græv. 1. 2. *VII Kal.* Franc. et Matthiæ: *III Kal.* Steph. *VI Kal.* ceteri. Porro *Novembris* Ven. 1480. *Novembrium* Duisb. Barb. et Priscian. p. 1210. ed. Putsch.—15 *Malium* Barb. *Manlium* χ, Franc. Pith. Duisb. Græv. 1. 2. Mss. Gulielmiani, atque Ascon. ad orat. pro Mil. c. 21. et Rufinian. de Fig. c. 27. Pro *audaciæ* in ψ *audacem.* Tum *satellitem, administrum* Ven. 1480. *satell. atque ministrum* H S χ ψ, Franc. Barb. Ven. 1483. Pro

NOTÆ

[u] *Teneris undique*] Declarat quod omnia consilia Catilinæ patefacta sint.

[x] *Licet recognoscas*] Ait quod si ipsi e memoria exciderunt, ea illi omnia revocabit.

[y] *Ante diem XII Kalendas*] Ex Prisciano lib. XVIII. dicitur, tertium et tertio Kal. vel Kalendarum: quod ad illum diem pertinet, primum scias in hunc edicta fuisse comitia consularia. Sed cum pridie ejus diei Cicero Catilinæ consilia ad senatum detulisset, factum est senatusconsultum ne postremo die comitia haberentur, ut de iis rebus in senatu agi posset. Nam aliter comitiali die senatus haberi non poterat. Postridie igitur, id est, ut ait Plutarchus, ipso comitiorum die, Cicero frequenti senatu Catilinam excitavit. Tum senatus decrevit, ut viderent consules ne quid detrimenti resp. caperet. Cum igitur Asconius dicat, diem quo hæc habita est oratio, a commissa consulibus repub. duodevigesimum fuisse, videbat profecto habitam fuisse VI Id. Novemb.

[z] *Num me fefellit*] Indicat Cicero

Catilina, non modo res tanta, tam atrox, tam incredibilis,[16] verum (id quod multo magis est admirandum) dies? Dixi ego idem[17] in senatu, cædem te optimatum contulisse[l] in ante diem[a] v Kalendas Novembris, tum cum multi principes civitatis Roma[18] non tam sui conservandi, quam tuorum consiliorum reprimendorum causa[b] profugerunt.[19] Num inficiari potes, te illo ipso die[c] meis præsidiis,[20] mea diligentia circumclusum, commovere te contra rempublicam non potuisse, cum tu, discessu ceterorum, nostra tamen, qui remansissemus,[d] cæde contentum te esse[1] dicebas? 8. Quid?[2] cum tute Præneste[e] Kalendis ipsis Novembris[3] occupaturum nocturno impetu esse confideres; sensistine, illam coloniam[f] meo jussu, præsidiis,[4] custodiis, vigiliis-

[l] *Destinasse.*

tuæ ψ habet *tum.* Denique ψ et Græv. 1. *Non me fefellit.*—16 ψ et Lamb. *tanta, et tam atrox, tamque incred.* Steph. *tanta, tamque incred.* Dein ψ *verum is quod . . . admirandus dies.* Ern. conjecit legend. *verum ipse dies*, mediis omissis.—17 ψ *quidem.* Tum *cædem te optimatium* Græv. 1. 2. *cædem optimatium contulisse te* Duisb. Porro Franc. *ante diem VI Kal.*—18 Græv. 2. et al. *Romæ:* H *Romanæ.* Mox C *servandi.*—19 Græv. 2. *profugerent.*—20 Græv. e Franc. 1. tacite edidit *illo ipso die te meis præs.* Pro *te* ψ habet *esse.* In C H S χ deest *illo.*—1 Græv. 2. et Barb. *cæde te contentum esse.* In H S χ *te* omittitur.—2 Pro *Quid* ψ habet *Qui.* Dein pro *tute* Mss. nonnulli et edd. pleræque ante Grut. cum Oliv. Lall. habent *te*, omisso *tu.*—3 Erl. Græv. et Orell. *Novembribus*, prob. Gœrenz.—4 Vulg. *meis præsidiis*, sed Ern. e suspicione delevit *meis*, et eum secuti sunt Wetzel. Beck. Weiske, Matthiæ, et Schutz.

NOTÆ

Catilinæ, se ejus omnia acta rescire. Rescivit autem, teste Sallustio, ex Fulvia, quam Curius, quidam flagitiosus senator, conjurationis particeps, adamabat, et cui ejusdem conjurationis omnia consilia patefecerat.

[a] *In ante diem*] Id est, in die qui esset ante diem in quem dilata fuerant comitia; tamen ait Sallustius, Gaium arma cepisse cum multitudine ante sextum diem.

[b] *Reprimendorum causa*] Roma multi principes civitatis discesserunt, ne a Catilina optimates, ut statuerat, cum consule occiderentur: ex his dicitur fuisse M. Crassus, quem per literas Catilina monuerat ut abiret, sed ille literas ad Ciceronem detulit.

[c] *Illo ipso die*] Id est, ante diem quintum Kalend. Novemb.

[d] *Remansissemus*] 'Nam alios,' ait Sallustius, 'in alia loca Catilina misit, qui initium facerent, seque ad exercitum profecturum, si Ciceronem oppressissent.'

[e] *Præneste*] Oppidum fuit in Italia, quod occupare Catilina conatus est, unde imminere urbi commodius posset.

[f] *Illam coloniam*] Gellius XVI. 13.

que[5] esse munitam? [*p.* 99.] Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego[6] non modo non audiam, sed etiam non videam, planeque sentiam. IV. Recognosce tandem mecum[7] noctem illam superiorem:[g] jam intelliges multo me vigilare[8] acrius ad salutem, quam te ad perniciem reipublicæ. Dico te priori nocte[h] venisse inter falcarios[i] (non agam obscure[9]) in M. Leccæ domum; convenisse eodem complures[k] ejusdem amentiæ[10] scelerisque socios. Num negare audes? Quid taces? convincam, si negas:[11] video enim esse hic in senatu[12] quosdam, qui tecum una fuere.[13] 9. O Dii immortales![14] ubinam gentium sumus? in qua urbe vivimus? quam rempublicam habemus?[15] Hic, hic sunt, in nostro numero, patres conscripti, in hoc orbis terræ sanctissimo gravissimoque consilio,[16][l] qui de meo,[17]

—5 S et Lamb. *vigiliis*, omissa copula.—6 In C deest *ego*. Tum *non modo audiam, sed etiam videam* Mss. plerique et edd. vett. cum Græv. et Lall. *non modo non audiam, sed etiam videam* Gœrenz.

CAP. IV. 7 Mss. nonnulli, Ven. 1483. et Græv. *mecum tandem*. Dein *illam sup. noctem* nonnullæ edd. vett. cum Grut. Oliv. Lall.—8 Franc. *vigilasse*, non improb. Grævio.—9 C H S χ *num agam obsc.* Tum *Læcæ* Græv. 1. Mss. Pariss. cum Græv. Lall. Beck. Schutz. Matthiæ et Orell. Vid. Nott. Varr. —10 ψ *inertiæ*.—11 Mss. Mureti *si negabis*.—12 Ms. Barb. *hoc esse in sen.* Ms. Lamb. et Ven. 1480. omittunt *esse*.—13 Al. *fuerunt*.—14 Donatus ad Ter. Adelph. IV. 5. 51. *Pro Dii imm.*—15 Nonnulli Mss. et edd. vett. cum Lamb. Grut. Matthiæ, Orell. *quam rempubl. hab.? in qua urbe viv.* et sic Donatus ad Ter. Adelph. IV. 5. 51. Mox in S *hic* semel tantum legitur. Tum Mss. quidam cum Græv. Schutz. et Orell. *nostro in num.*—16 C et Franc. *concilio*.—17 *Meo* abest ab omnibus Mss. et edd. ante Hervag. In Græv. 1. Barb. et Mss. Mureti legitur *qui de nostrum omnium interitu*: in Græv. 2.

NOTÆ

refert Prænestinos a Tiberio imperatore petiisse, ut ex colonia in municipii statum redigerentur. Est autem Præneste urbs Latii 24. mil. Roma distans.

[g] *Noctem superiorem*] Noctem dicit qua convenit in domum Porcii Leccæ senatoris cum ceteris conjuratis.

[h] *Priori nocte*] Nempe superiore, ea videlicet, quæ illum diem cum nocte proxima antecesserat, quo die hæc habita est oratio.

[i] *Inter falcarios*] Falcarii milites fuerunt qui falcibus erant armati. Vide Priscian. lib. VIII. Forte etiam hic translate loquitur appellando participes conjurationis 'falcarios,' qui ferro et flamma demetere civitatem volebant; nisi forte vicus sit Romæ ita appellatus, in quo M. Leccæ domus sita erat.

[k] *Complures*] Sallustius nominat undecim senatores.

[l] *Gravissimo consilio*] Per consilium senatum intelligit, cujus dignitatem extollit.

nostrumque omnium interitu, qui de hujus urbis, atque adeo orbis[m] terrarum exitio cogitent. Hosce ego[18] video consul, et de republica sententiam rogo: et, quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero.[n] Fuisti igitur apud Leccam illa nocte,[19] Catilina: distribuisti partes Italiæ:[o] statuisti quo quemque proficisci placeret: delegisti, quos Romæ relinqueres,[p] quos tecum educeres: descripsisti urbis partes[q] ad incendia: confirmasti,[m] te ipsum jam esse exiturum: dixisti[20] paululum tibi esse etiam tum[1] moræ, quod[n] ego viverem. Reperti sunt duo equites[r] Romani, qui te ista cura liberarent, et sese illa ipsa nocte paulo ante lucem me meo in lectulo[2] interfecturos pollicerentur. 10. Hæc ego omnia, vixdum etiam[3] cœtu vestro dimisso, comperi:[s] domum meam majoribus præsidiis munivi atque firmavi: exclusi[t] eos quos tu mane

[m] *Affirmasti.* [n] *Nihil te morari nisi.*

Pith. Erl. Guelf. *qui de nostro omnium int.* non improb. Græv. in Ven. 1483. *qui de nostro omniumque interitu.* In C H S χ *omniumque*, omisso *nostrum.* Dein post *urbis* ψ addit *incendio.* Mox in ψ *cogitant.*—18 C *Hos ego.* Mox Franc. *de republ. patres sent.* Pro *rogo* ψ *interrogo.*—19 Barb. *illam noctem:* a Naug. ad Lamb. cum Matthiæ *ea nocte.* Tum C et Græv. 2. *o Catilina.*—20 χ *dixi;* et Steph. *paulum.*—1 *Etiam nunc* H S ψ, Franc. Græv. 1. 2. Duisb. Barb. Ven. 1480. et 1483. atque Græv. Weiske, Schutz. et Matthiæ. In C tantum *etiam* legitur. Heumannus scribi voluit *etiam dum.*—2 *In medio lectulo* Erl. *in meo lecto* Steph. *meo in lectulo* e Franc. 1. dederunt Græv. Lall. Ern. Beck. Weiske et Schutz. *in meo lectulo* ceteri. Post *interfecturos* Franc. Erl. Guelf. addunt *esse*, prob. Gœrenz.—3 In C H S ψ *jam.* Tum Franc. *dimisso cœtu vestro.* Pro *vestro* ψ habet *nostro.* Mox Steph. omittit *meam.*—

NOTÆ

[m] *Urbis, atque adeo orbis*] Agnominatio, seu allusio, literæ unius mutatione.

[n] *Voce vulnero*] Translatio a telo.

[o] *Distribuisti partes Italiæ*] Sallustius narrat Cn. Manlium Fæsulas, Septimum in agrum Picenum, C. Julium in Apuliam dimisisse.

[p] *Romæ relinqueres*] Constituit Catilina, cum ab urbe discederet, ut Lentulus in urbe relinqueretur cum Cassio, qui incendiis, et Cethego, qui cædibus præesset.

[q] *Urbis partes*] In duodecim partes urbs dividebatur, quarum incendiis Statilius et Gabinius præfecti erant.

[r] *Duo equites*] Ex Sallustio C. Cornelius et L. Vargunteius fuere: at Vargunteium senatorem nominat: Dio quidem duos affirmat, sed, ut Cicero, nullum nominat.

[s] *Comperi*] Per Fulviam, vile scortum, omnium certior factus fuerat Cicero.

[t] *Exclusi*] Eos equites, qui salutationis causa Ciceronem convenire de-

ad me [4] salutatum miseras, cum illi ipsi venissent; quos ego jam [5] multis ac summis viris ad me id temporis venturos esse prædixeram.

v. Quæ cum ita sint, Catilina, perge quo cœpisti: [6] egredere aliquando ex urbe: patent portæ: proficiscere. Nimium diu te imperatorem illa tua [7] Manliana castra desiderant. Educ tecum etiam [8] omnes tuos; si minus, [9] quam plurimos: purga urbem. Magno me metu liberabis, [10] dummodo inter me atque te murus intersit.[u] Nobiscum versari jam diutius non potes: non feram, non patiar, non sinam. 11. Magna Diis immortalibus habenda est [11] gratia, atque huic ipsi Jovi Statori,[x] antiquissimo custodi hujus urbis, quod hanc tam tetram, tam horribilem, tamque infestam reipublicæ pestem [y] toties jam effugimus. Non est sæpius in uno homine [z] salus summa [12] periclitanda rei-

4 In H S χ deest *me*, et in C *ad me*. Pro *miseras* ψ *mittebas*.—5 C H S χ omittunt *jam*. Dein *ac summis* excidit in edd. Manut. et Lamb. 1566. *et summis* e duobus Mss. dedit Lamb. 1584. Denique *ad me id temp. vent. esse* e Græv. 2. et Franc. ediderunt Græv. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *ad me vent. id temp. esse* ceteri.

Cap. v. 6 Heumannus legi voluit *perge quod cœp.* Ante *egredere* Duisb. addit *Exi.*—7 Græv. 2. Erl. Guelf. cum Græv. et Orell. *tua illa*, prob. Gœrenz. Tum *Manlia* Franc. *Malliana* alii. In χ deest *castra*. Rufinian. de Fig. c. 27. h. l. ita exhibet, *Quid expectas? proficiscere: nimium jam diu te imp. tua illa Manliana castra desid.*—8 H S χ et nonnullæ edd. vett. omittunt *etiam*.—9 Barb. *sin minus*.—10 Mss. Lambini *liberaberis*, unde Lamb. legi jussit *liberaveris*, quod recepit Weiske. In Franc. *Magno metu liberabis nos, dummodo inter me et te.*—11 *Est habenda* Græv. qui cum Barb. χ, Ven. 1480. Beck. *gratia* transposuit post *urbis*. Mox Matthiæ *hanc tetram*.—12 *Salus summa* Ven. 1483. Crat. Grut. Oliv. Lall. *summa salus* ceteri. Muretus aut *salus* aut *summa* tolli; Zinzerlingius Promuls. c. 48. ac Heumannus deleri *salus*, prob. Grutero; Lambinus autem scribi aut *salus summæ reip. peric.* (ut

NOTÆ

bebant, in domum suam non recepit: illi autem exclusi ita clamaverunt, ut rem prope proderent, ut ait Plutarchus.

[u] *Murus intersit*] Muri et mœnia publica sunt, parietes privati.

[x] *Jovi Statori*] In Jovis Statoris templo senatus habebatur. Stator autem dictus est, quod precibus Romuli fœdam Romanorum a Sabinis profligatorum fugam stetisset. Vide Livium lib. I.

[y] *Tam infestam reipublicæ pestem*] Pestis vulgo a Cicerone appellatur, quodcumque damnum maximum infert.

[z] *In uno homine*] Id est, non est ferendus diutius ille homo, qui sæpius rempub. perdere voluit: aliam enim jam conjurationem Catilina molitus fuerat.

publicæ. Quamdiu mihi, consuli designato, Catilina, insidiatus es, non publico me præsidio,[13] sed privata diligentia[a] defendi. Cum proximis comitiis[b] consularibus me consulem in Campo,[c] et competitores tuos interficere[14] voluisti; compressi tuos nefarios conatus[15] amicorum præsidio[d] et copiis, nullo tumultu[e] publice concitato: denique, quotiescumque[16] me petisti,[f] per me tibi obstiti; quanquam videbam, perniciem[17] meam cum magna calamitate reipublicæ esse conjunctam. Nunc jam aperte rempublicam universam petis. 12. Templa Deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium civium, Italiam denique[18] totam, ad exitium et vastitatem vocas.

Quare, quoniam[19] id, quod primum, atque hujus imperii

edidit), aut *salus reip. pericl.* maluerunt. In C *si una salus*; H S *salus si una*; χ *summa laus.* Tum *Quamdiu et jam mihi* Franc. *Quamdiu, Catilina, mihi* Ven. 1480. In C H S deest *mihi.* Porro Græv. 2. *o Catilina.*—13 Pro *præsidio* Græv. 2. habet *consilio,* superscr. eadem manu *psetho.* Ante *defendi* unus Ms. ap. Græv. addit *me.*—14 In ψ et Ms. Mureti *occidere.*—15 Græv. Beck. et Schutz. e Franc. Græv. 1. 2. Barb. et Ven. 1480. *conatus tuos nef.* Ern. mavult *nef. tuos con.*—16 Omnes Mss. Grævii *quotiescunque,* et ita semper, ut *totiens.* In C H S deest *me* ante *petisti.*—17 ψ *pernicionem.* Mox Franc. *conjunctam esse.*—18 Steph. omittit *denique.* Mox *ad exitium ac vast.* Franc. Græv. 1. Erl. Guelf. *ad exitium vastitatemque* C.—19 *Quoniam* non est in χ. Tum *id quod est primum, et quod hujus imp.* Barb. Græv. Beck. Schutz. *id quod est primum et quod est huj. imp.* Franc. Duisb. Græv. 1. et Mss. Pariss. cum Lall. *id quod est primum punire impios, et quod est huj. imp.* Græv. 2. *id quod est primum, quod huj. imp.* Mss. Mureti: *id quod esse primum et quod huj. imp.* Ms. Ursini, qui monet legi posse *id quod primum et quod hujus imp.* In Ven. 1480. *id quod primum est, et quod huj. imp.* Ven. 1483. *id quod est primum atque hujus imp.* Pro *quod* C habet *quidem est*; H S *quidem*; χ ψ *quod est.* Pro *atque* in C *et quod*; in H S *quod.* Morgenstern. conjecit legend. *id quod*

NOTÆ

[a] *Privata diligentia*] Cum toties Ciceroni designato consuli Catilina pararet insidias, noluit unquam publico se præsidio Cicero defendere, ne tyrannidem affectare in repub. videretur.

[b] *Proximis comitiis*] Quibus, Cicerone consule, D. Sullanus et L. Muræna consules designati sunt. Anno superiore repulsam passus Catilina in hunc annum consulatum petebat cum L. Antonio: quærebat autem Catilina Ciceronem ad necem, quia consiliis suis obsistebat.

[c] *In Campo*] Martio in Campo, ubi comitia habebantur.

[d] *Amicorum præsidio*] Venit in Campum stipatus amicorum præsidio, et lorica tectus, ut boni videntes consulis periculum, ad ejus defensionem excitarentur.

[e] *Nullo tumultu*] Sine ullo bellico apparatu.

[f] *Me petisti*] Metaphora a gladiatoribus, quorum impetus, petitiones dicebantur.

disciplinæque majorum proprium est, facere nondum audeo;[20] faciam id, quod est ad severitatem lenius,[o] et[1] ad communem salutem utilius. Nam, si te interfici jussero, residebit in republica reliqua[2] conjuratorum manus; sin tu[3] (quod te jamdudum hortor) exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna et perniciosa sentina[4][g] [reipublicæ]. 13. Quid est, Catilina? num dubitas id, me imperante,[5] facere, quod jam tua sponte faciebas? [p. 100.] Exire ex urbe consul hostem jubet:[6] interrogas me, num[7] in exilium? Non jubeo:[h] sed si me consulis, suadeo. VI. Quid enim, Catilina, est,[8] quod te jam in hac urbe delectare[9] possit? in qua nemo est, extra istam conjurationem perditorum hominum,[p] qui te[10] non metuat; nemo, qui non oderit. Quæ nota domesticæ turpitudinis[i] non inusta[q][11] vitæ tuæ est? quod privatarum rerum dedecus

[o] *Minus severum.* [p] *Exceptis tuis conjuratis.* [q] *Infixa.*

est primum atque huj. imp. Tum H et S *disciplinæ* sine copula.—20 C H S et edd. Vict. Manut. Lamb. *non audeo.* χ omittit *id* post *faciam.*—1 Mss. pauci et edd. pleræque ante Lamb. cum Grut. Oliv. Matthiæ et Orell. *et* omittunt. —2 ψ *relicta.* Ern. conjecit *aliqua.*—3 Ms. Lamb. *Sin vero tu.* Post *exhaurietur* Mss. Mureti et Ven. 1480. addunt *tuo discessu.* Heumannus verba *tuorum comitum* pro gloss. habuit, et ejici voluit.—4 Pro *sentina* S habet *sententia.* Vocab. *reipublicæ* Ernesto suspectum fuit. Schutz. e conj. dedit *reipubl. sentina.* Dein Ven. 1480. *Quid est, o Catil.*—5 Barb. et Ms. Lamb. *imperitante.* In Franc. deest *facere.* Tum Græv. 2. *quod tu jam sponte.*—6 *Consul jubet hostem* Ven. 1480. Lamb. *jubet consul hostem* e Franc. Duisb. Græv. 1. 2. Barb. recepit Græv. quem Beck. Weiske, Schutz. et Orell. secuti sunt. Ceteri *consul hostem jubet.*—7 H et S *non.*

CAP. VI. 8 Græv. 1. 2. Erl. Guelf. Franc. cum Græv. Beck. Schutz. et Orell. *Quid est enim, Catil.*—9 Franc. *delectari.* Post *in qua* χ addit *urbe.*—10 In Franc. deest *te.* Mox *qui te non od.* C H S χ, Græv. 2. Barb. et edd. vett. cum Græv.—11 Pro *inusta* C *juncta;* χ ψ *in ista.* Pro *vitæ tuæ est* χ *vita*

NOTÆ

[g] *Sentina*] Metaphora a navi, ex qua quicquid aquæ et sordium est, in sentinam influit; ita quotquot improbi et scelerati fuerunt in civitate, ad Catilinam profecti sunt. Quint. lib. VIII. laudat hanc Ciceronis metaphoram ad fœditatem hominum significandam.

[h] *Non jubeo*] Non jubet ut abeat Catilina in exilium, sed suadet tantum: id autem dicit, ut removeat a se invidiam; nam regium imperium præ se ferret, si juberet ire in exilium.

[i] *Domesticæ turpitudinis*] Si Sallustio, Plutarcho, et Asconio credamus, Catilina fratrem occidit, aut filium, ut Aureliam Orestillam uxorem duceret; et filiam denique suam violavit.

non hæret[r] infamiæ? quæ libido ab oculis, quod facinus a manibus unquam tuis, quod flagitium a toto corpore[12] abfuit? cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretisses,[s] [13] non aut ad audaciam ferrum,[k] aut ad libidinem[l] facem prætulisti?[14] 14. Quid vero? nuper, cum morte superioris[t] uxoris novis nuptiis domum vacuefecisses,[15] [m] nonne etiam alio[16] incredibili scelere[n] hoc scelus cumulasti? quod ego prætermitto, et facile patior sileri,[17] ne in hac civitate tanti facinoris immanitas aut extitisse, aut non vindicata[18] esse videatur. Prætermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus[19] [o] senties: ad illa venio, quæ non ad privatam igno-

[r] *Manet.* [s] *Illexisses.* [t] *Prioris.*

tua non interest; ψ vita tua est. In Græv. 1. et Duisb. *non in ista vita tua est:* Græv. 2. *non injunctæ vitæ tuæ est:* Franc. *non est juncta vitæ tuæ:* Barb. *non in vita tua ista est:* Ven. 1480. *inusta vitæ tuæ non inest:* Mss. Mureti *Quæ nota dom. turp. in ista vita tua non inest.* Dein tres Mss. ap. Græv. *quod privatorum dedecus non inhæret infamiæ* (in Fabric. et Hittorp. est *inhæret infamiæ*, non autem *privatorum*): Pith. *quod privatorum dedecus non het infamiæ:* Pal. 1. *quod privatarum rerum dedecus non habet infamiæ?* sed superscriptum *hæret tuæ.* In Ms. Barb. *non adhæret infamiæ tuæ. Infamiæ tuæ* quoque χ et Ven. 1480. Lambinus e conjectura Ant. Augustini dedit *hæret in fama.* Gruterus et Græv. scribi maluerunt *non inhæret tuæ famæ;* Ern. autem, *famæ*, vel *famæ tuæ.* Wetzel. aut *in fama* aut *famæ tuæ* legi vult. Verba *quod . . . infamiæ* Schutzio suspecta sunt; itaque uncis inclusit. Vid. Nott. Varr.—12 Ms. Lamb. *a corp. tuo toto.*—13 C *irretitus es.* Tum in C H S deest *aut;* et a Græv. 1. abest *ad* ante *audaciam.*—14 C H S *protulisti.*—15 *Domum vacuam fecisses* Mss. nonnulli et edd. ante Græv. cum Oliv. et Lall. *domum tuam vacuefecisses* Franc. *locum vacuefecisti* Pith. et Græv. 2. *locum vacuefecisses* Steph.—16 A Barb. abest *etiam*, et a Ven. 1480. *alio.*—17 C H S et Græv. 1. omittunt *sileri.*—18 *Non judicata* H: *injudicata* χ. In C et S deest *esse.* Mox pro *ruinas* ψ habet *minas.*—19 Pro *idibus* in χ *diebus.* Heumann. legi jubet *senties: et ad*

NOTÆ

[k] *Ad audaciam ferrum*] Id est, quos corruperat nefarie Catilina, eos vel ad arma, vel ad vim faciendam excitabat.

[l] *Ad libidinem*] Scribit de eo Sallustius, quod juvenes sibi devinciebat, quos, secundum cujusque studium, accendebat ad vitia.

[m] *Vacuefecisses*] Domum vacuam fecit, necando filium quem ex superiore uxore habuerat.

[n] *Incredibili scelere*] Filiam, quam ex adulterio susceperat, uxorem duxit.

[o] *Proximis Idibus*] Idus Novembris notat, quo tempore usuram creditæ pecuniæ fœneratori solvere oportebat: unde Horatius, 'Fœnerator Alpheus Omnem relegit Idibus pecuniam; Quærit Kalendis ponere.' Cum autem eodem illo tempore multi ære alieno tenerentur, et in primis Catilina, et nemo debita solveret, eorum bona proscribenda cen-

miniam vitiorum tuorum,[20] non ad domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem, sed ad summam reipublicæ,[1] atque ad omnium nostrum vitam salutemque pertinent. 15. Potestne tibi hujus vitæ lux,[2] Catilina, aut hujus cœli spiritus[u] esse jucundus,[3] cum scias, horum esse neminem, qui nesciat,[4] te pridie Kalendas Jan. Lepido et Tullo consulibus,[p] stetisse in comitio cum telo?[q] manum,[x r] consulum et principum[5] civitatis interficiendorum causa, paravisse? sceleri ac furori tuo non mentem[s] aliquam, aut timorem tuum,[6] sed fortunam reipublicæ obstitisse? Ac jam illa omitto:[7] neque enim sunt aut obscura, aut non multo post[t] commissa.[8] Quoties tu me designatum,

[u] *Respiratio aëris.* [x] *Turbam hominum.*

illa.—20 Ab edd. nonnullis abest *tuorum.* Mox Steph. omittit *tuam.*—1 *Ad summam rempublicam* C, Erl. Guelf. Pith. Græv. 1. Mss. Pariss. cum Græv. Lall. et Orell. Vid. Nott. Varr.—2 *Hujus vitæ hæc lux* Mss. nonnulli et edd. pleræque ante Grut. cum Oliv. *hujus vitæ lux* χ, Barb. et Mss. quidam Mureti, atque Lamb. 1566. et Wetzel. *hæc lux* Græv. 1. 2. Pith. duo Pariss. Mss. Lambini et Mureti, cum Lamb. Græv. Lall. Beck. Weiske, Schutz. Matthiæ et Orell. Tum Græv. 2. *o Catilina.* Pro verbis *Catilina aut hujus* in ψ tantum legitur *aut.*—3 χ *jucundius.*—4 Græv. 2. *qui non sciat.* Mox C et ψ *Januarii.* Dein C χ ψ, Græv. 2. et Franc. *Tullio.*—5 Pro *principum* χ habet *civium.* Post *causa* ψ addit *se.*—6 *Tuum* non est in χ. Post *tuum* Græv. 2. addit *ullum.* Mox pro *reipublicæ* Græv. 2. Ven. 1480. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Beck. Weiske, Matthiæ, Schutz. et Orell. habent *populi Romani.*—7 Heumann. scribi vult *At jam illa omitto.* In ed. Steph. legitur *Omnia illa omitto.*—8 *Multa post comm.* C H S, Beck. Weiske, Matthiæ, Schutz. et Orell. atque sic volebat Ern. *multo post comm.* Franc. et nonnullæ edd. vett. *post multo comm.* Ven. 1483. Crat. *multa postea comm.* Mss. Mureti cum Lamb. Oliv. Lall. *multo comm. post* Barb. *multa comm. postea* e duobus Mss. edidit

NOTÆ

suit Cicero, ut creditoribus fieret satis: quare Catilina sibi fortunarum ruinam impendere sentiebat.

[p] *Lepido et Tullo coss.*] A. U. C. 687. Catilina repetundarum reus factus a Clodio, a consulatu petendo prohibitus est: quare odio incensus, de novis consulibus interficiendis cogitavit.

[q] *In comitio cum telo*] Neque in comitium, neque in forum, neque in curiam ferre telum fas fuit.

[r] *Manum*] Socios conspirationis sibi Sullam et Antonium cum Crasso et Julio Cæsare adjunxerat.

[s] *Non mentem*] Mens aliqua divina hoc consilium deterruit: neque enim Crassus affuit, neque ipse Catilina signum, quod convenerat, dedit: quare res effecta non est, sed in Nonas Februarias dilata.

[t] *Non multo post*] Cum Antonius et Cornelius Sulla, consules designati, ambitus pœnas dedissent, consules Torquatus et Cotta in eum locum suffecti sunt, quos interficere cona-

quoties consulem[9] interficere conatus es? quot ego tuas petitiones,[10] [u] ita conjectas ut vitari non posse viderentur,[11] parva quadam declinatione, et, ut aiunt,[12] [x] corpore effugi? Nihil agis, nihil assequeris,[13] nihil moliris, quod mihi latere[y] valeat in tempore:[y] neque tamen conari ac velle desistis. 16. Quoties jam[14] tibi extorta est sica ista[z] de manibus? quoties vero[15] excidit casu aliquo et elapsa est? tamen ea carere diutius non potes:[16] quæ quidem quibus abs te initiata[z] sacris[a] ac devota[17] sit, nescio, quod eam

[y] *Incognitum possit esse.* [z] *Dicata.*

Græv.—9 Ven. 1480. *quotiens vero me cons.* Vulg. *quoties me cons.* Græv. delevit *me*, et eum secuti sunt Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. Pro *interf. con. es,* C H S, Græv. 1. Ven. 1483. Crat. Lamb. habent *interf. voluisti.* In ψ *interf. voluisti et con. es:* in Ms. Ursini *interf. voluisti vel con. es.*—10 χ *perditiones.*—11 *Nullo modo possent* Pith. *non posse vid.* e Franc. edidit Græv. quem Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. secuti sunt. Ceteri *posse non vid.* Mox *quadam* in Græv. 2. deest.—12 Græv. 2. *ut quod aiunt.* Tum *evasi* Ms. Lamb. qui scribi jussit *exii.* Alii conjecerunt *excessi.* In Græv. 1. desunt verba *Nihil agis.*—13 Pro *assequeris* Muretus scribi jubet *sequeris.* Dein *quod me latere possit in temp.* Græv. 2. Franc. Duisb. Pith. et Colon. In ed. vet. *quod me latere valeat,* sine verbis *in tempore.* Lambinus, qui se in quodam Ms. reperisse testatur *quod me latere valeat,* in alio *quod me latere queat,* conjicit legendum, *quod mihi patere non soleat:* Garatonus, *quod mihi non pateat.* Verba *quod mihi latere valeat in temp.* a Pall. 6. 9. Græv. 1. et Ms. Vict. absunt: unde ea deleverunt Schutz. Matthiæ, Orell. *Nihil moliris quod . . . in temp.* Beck. uncis inclusit. Porro Græv. e Ms. edidit *velle ac conari.* In Ven. 1480. *neque tamen con. neque velle des.*—14 In edd. nonnullis ante Grut. verba *Quoties jam* bis leguntur. Mox Græv. e Ms. recepit *ista sica.* In C deest *ista.* Mss. Mureti habent *Quoties tibi jam, quoties jam extorta est sica de man.*—15 Duisb. et Steph. *vero* omittunt. In Duisb. quoque deest *aliquo.*—16 Schutz. et Matthiæ e conjectura Heumanni deleverunt verba *tamen ea carere diutius non potes,* prob. Weiske. Orell. uncis inclusit.—17 Lamb. *aut dev.* Mox pro *necesse* C habet *nocere;* H et S *nescire.* Tum *putas esse* Mss. Lambini, Græv.

NOTÆ

tus est Catilina. Post hos facti sunt L. Cæsar et C. Figulus: his vero coss. designati sunt Antonius et Cicero.

[u] *Ego tuas petitiones*] Metaphora a gladiatoribus, qui gladio corpus hominis petunt, ut illud vulnerent.

[x] *Ut aiunt*] Proverbium tunc temporis usitatum. Tota hac metaphora significat se petitum fuisse sæpius a Catilina, et vitasse semper ejus insidias.

[y] *In tempore*] Quo illud scire mihi utile fuit.

[z] *Sica ista*] Sica a secando: genus est gladii parvi, quod facile occultari potest.

[a] *Initiata sacris*] Id est, dicata: nam cultri quibus utebantur ad victimas jugulandas, sacri habebantur, neque iis uti in re profana fas erat. Vide Servium in Æneid. VI. Objicit Catilinæ ita se gerere, ut videatur Divis vovisse se sica consules interfecturum.

necesse putas consulis in corpore defigere. VII. Nunc vero, quæ tua est ista vita?[18] sic enim jam tecum loquar, non ut odio permotus esse videar, quo debeo,[19] sed ut misericordia, quæ tibi nulla debetur. Venisti paulo ante in senatum. Quis te ex hac tanta frequentia, ex tot tuis[20] amicis ac necessariis salutavit? Si hoc post hominum memoriam[1] contigit nemini, vocis[2] expectas contumeliam, cum sis gravissimo judicio taciturnitatis[b] oppressus? Quid, quod adventu[3] tuo ista subsellia vacuefacta[4] sunt? quod omnes consulares,[c] qui tibi[a] persæpe ad cædem constituti fuerunt,[5] simul atque assedisti,[6] partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt?[7] 17. Quo tandem animo hoc tibi ferendum putas? Servi, mehercle,[8] mei si me isto pacto metuerent,[9] ut te metuunt omnes cives tui, domum meam[10] relinquendam putarem: tu tibi urbem[d] non arbitraris? Et, si me[11] meis civibus injuria suspectum tam

[a] *A te.*

1. cum Steph. Lamb. Græv. Schutz. Maluit Morgenstern. *necesse esse putas.* Porro Barb. Ven. 1480. Naug. *in consulis corpore:* χ *cons. in corpus.*

CAP. VII. 18 Græv. e Franc. edidit *quæ est ista tua vita.* In ed. Steph. *ista* omittitur.—19 C H S, Pith. *quod debeo.* Mox Franc. *quæ nulla tibi.* Dein *debeatur* H: *videatur* S.—20 Erl. Guelf. Græv. et Orell. *tot ex tuis,* prob. Gœrenz.—1 Franc. *post omnium hom. mem.*—2 ψ *vocem.*—3 Ante *adventu* C H S et Ven. 1483. addunt *ab.* In Ms. Barb. *Quid dicam, quod de adventu tuo.*—4 Pal. 9. Mss. Fabric. Hittorp. Vict. Græv. 1. Ven. 1480. Lamb. Græv. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *vacuefacta;* et sic Torren. ad Val. Max. II. 7. 1. Staveren. ad Corn. Nep. Cim. 2. et Garaton. ad h. l. *vacua facta* ceteri. Mox H S χ ψ, Franc. et nonnullæ edd. vett. *quid? quod omn. cons.*—5 Ms. ap. Græv. *const. fuerant.*—6 Græv. 2. Colon. et quinque alii Mss. *subsedisti.*—7 C *relinquerunt.* Tum χ *Qui tandem.* Ed. Steph. *hoc* omittit.—8 *Me hercules* Ven. 1480. *me hercule* Ven. 1483. Crat. *mehercule* alii.—9 Post *metuerent* Franc. Barb. et Mss. Mureti addunt *atque odissent.* In χ et ψ legitur *metuerent atque vidissent.*—10 In Franc. deest *meam.* Ms. Lamb. habet *domum meam esse relinq.* Post *urbem* χ ψ, Franc. et Mss. Mureti repetunt *relinquendam.* In Barb. et Ms. Lamb. *urbem non relinquendam.*—11 *Me* non est in χ.

NOTÆ

[b] *Judicio taciturnitatis*] Silentium omnium, cum nemo Catilinam venientem in senatum salutavit, tacitum quoddam fuit indicium, quantum ab illo abhorrerent universi.

[c] *Consulares*] Consulares, ut ceteris honoratiores ætate et dignitate, subsellia sua vacua reliquerunt, ne huic scelerato et conjurato assiderent.

[d] *Urbem*] Ait quod, si servi sui tanto se odio prosequerentur, quanto cives Catilinam, domum suam statim relinqueret: quare infert ab eo sibi relinquendam esse patriam.

graviter atque offensum[12] viderem; carere me aspectu civium,[13] quam infestis oculis omnium conspici mallem: tu,[14] cum conscientia scelerum tuorum agnoscas odium omnium justum, et jam tibi diu[15] debitum, dubitas, quorum mentes sensusque vulneras, eorum aspectum[16] præsentiamque vitare? [*p.* 101.] Si te parentes timerent atque odissent tui, neque eos ulla ratione[17] placare posses; ut opinor, ab eorum oculis aliquo concederes:[18] nunc te patria, quæ communis est omnium nostrum parens, odit ac metuit,[19] et jamdiu de[20] te nihil judicat, nisi de parricidio[b] suo cogitare. Hujus tu neque auctoritatem verebere,[1][e] neque judicium sequere,[f] neque vim pertimesces?[g] 18. Quæ tecum, Catilina, sic agit,[c][2] et quodammodo tacita loquitur: Nullum aliquot jam annis[3][h] facinus extitit, nisi per te; nullum flagitium sine te:[i] tibi uni multorum civium neces, tibi vexatio direptioque[k] sociorum[4] impunita fuit ac libera:

[b] *Interitu.* [c] *Loquitur.*

—12 C H, Ms. Lambini, Mss. Mureti, Ven. 1483. Naug. Cam. *infensum.* In ψ *grav. aut infensum.* Pro *viderem* Græv. 1. *videre.*—13 In C H S deest *civium.* Mox *inf. omnium oculis* Græv. 2. Lamb. et Græv.—14 *Tum* C: *te* Græv. 1. Tum χ *conscientiam.* Porro *cognoscas* C : *agnoscis* Græv. 1.—15 Barb. et Ven. 1480. *et jam diu tibi.* Pro *et jam tibi* C habet *etiam;* χ ψ *etiam tibi.* In Ms. Lamb. *et diu tibi.*—16 χ *aspectus.*—17 C *ratione nulla.*—18 χ *ab eorum conspectu aliquo contenderes.*—19 Ms. Lamb. *od. et met.* Ven. 1480. *od. atque met.*—20 Præpositionem ante *te* e conj. delevit Lamb. quem Morgenstern. Beck. Weiske, Schutz. Matthiæ et Orell. secuti sunt. In Græv. 2. *etiam nihil de te jud.* In Barb. *etiam de te diu jam nihil jud. nisi de parric. suo te cog.* Pro *suo* C H S habent *tuo.*—1 *Ne auct. verebare* Franc. *neque auct. verebare* Græv. 2. Tum C *nec jud. seq. nec.*—2 χ, Franc. et Græv. 1. 2. *ait.*—3 *Nullum jam aliquot annos* χ ψ: *Nullum jam tot annis* Ven. 1483. *Nullum jam tot annos* aliæ edd. vett ante Grut. cum Oliv. et Lall.—4 Pro *sociorum* Franc.

NOTÆ

[e] *Auctoritatem verebere*] Penes magistratum est auctoritas videlicet, qui leges ferre potest, et cujus sanctitatem vereri quisque debet.

[f] *Judicium sequere*] Magistratui obedire par est: jubet ut abeat e patria Catilina.

[g] *Neque vim pertimesces*] Magistratum, qui gladium potest adhibere in rebelles et sceleratos cives, pertimescere debet Catilina, si in urbe remaneat.

[h] *Nullum aliquot jam annis*] Illustris prosopopœia patriæ alloquentis et objurgantis Catilinam.

[i] *Nullum flagitium sine te*] Sullam in crudeli illa proscriptione secutus est, in qua multos cives interfecit, ut Dio lib. XXXVII. testatur.

[k] *Direptio*] Catilina prætor Africam obtinuerat, a qua cum Romam rediisset, coss. Cotta et Torquato, a

tu non solum ad negligendas leges ac quæstiones,[d] verum etiam ad evertendas[5] perfringendasque valuisti. Superiora illa, quanquam ferenda non fuerunt,[6] tamen, ut potui, tuli: nunc vero me totam[7] esse in metu propter te unum;[8] quicquid increpuerit, Catilinam[9] timeri; nullum videri contra me consilium iniri posse, quod a tuo scelere abhorreat; non est ferendum. Quamobrem discede, atque hunc mihi timorem eripe; si est verus,[10] ne opprimar; sin falsus, ut tandem aliquando timere desinam. VIII. 19. Hæc si tecum,[11] ut dixi, patria loquatur, nonne impetrare debeat, etiamsi vim adhibere non possit? Quid? quod tu te[12] ipse in custodiam dedisti? quid?[13] quod, vitandæ suspicionis causa, apud M. Lepidum[14] te habitare velle dixisti? a quo non receptus, etiam ad me venire ausus es; atque, ut[15] domi meæ te asservarem, rogasti. Cum a me quoque id responsum[16] tulisses,[e] me nullo modo posse iisdem[17] parietibus tuto[18] esse tecum, qui magno in periculo essem,

[d] *Judicia.* [e] *Accepisses.*



habet *proximorum.* Mox H *tibi non solum.* Pro *ad negligendas* Franc. et nonnulli alii *vertendas:* Barb. Fabricii et Hittorpii Mss. *ad vertendas;* unde Gulielm. legi voluit *ad evertendas.* Dein *leg. et quæst.* edd. ante Lamb. cum Orell. —5 Pro *evertendas* ψ, Pall. et Mss. Mureti *evincendas*, prob. Gulielm. C H S χ, Græv. 2. Barb. et nonnullæ edd. vett. *devincendas;* Pith. *vincendas.* Gœrenz. putat legend. esse *verum etiam ad perfringendas val.* sicque Matthiæ.—6 ψ *fuerint.* Dein Ven. 1480. *tuli tamen, ut potui:* Franc. *pertuli, ut potui,* non improb. Græv.—7 C et H *totum.*—8 Guelf. et Lamb. *propter unum te.* Gœrenz. *te* deleri jussit.—9 C H ψ *Catilina.* Mox C *videris.*—10 Ven. 1480. Lamb. *si verus est.* Mss. nonnulli et edd. pleræque ante Grut. cum Oliv. *est* omittunt. Post *sin* C H S addunt *autem.* Ern. conjecit *si verum . . . sin falsum.* Præterea in χ deest *tandem ;* et pro *aliquando* ψ habet *alioquin.*

CAP. VIII. 11 Post *tecum* ψ addit *ita.* Mox in C et S *adhiberi.*—12 χ et Franc. *te* omittunt. Ab ed. Steph. abest *ipse.* Dein C *in custodia.*—13 *Quid* omittunt Franc. Barb. quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. Cam. et Schutz.—14 *Apud M' Lepidum* e conjectura Manutii dederunt Morgenstern. Beck. Schutz. et Orell.—15 In C S, Ven. 1483. Naug. Cam. deest *ut* ante *domi.* Pro *asservarem* C H S, Ven. 1483. Naug. Cam. habent *asservari;* Græv. 2. *servarem;* Franc. et Barb. *observarem.*—16 *Id responsi* Mss. Mureti, prob. Heumann. *idem responsi* Barb. *id quoque responsi* Ven. 1480.—17 Pro *iisdem* C H S habent *his.*—18 C H S *tutum.* Post *qui* χ addit *quia.* Tum C H S *magno peric.* omissa præpositione. Præterea pro *quod* ψ habet *qui ;* et pro

NOTÆ

P. Clodio repetundarum accusatus est, et absolutus a judicibus, quos pecunia corruperat.

quod iisdem mœnibus contineremur; ad Q. Metellum prætorem[19] venisti: a quo repudiatus, ad sodalem tuum,[l] virum optimum, M. Marcellum demigrasti; quem tu videlicet et ad custodiendum te[20] diligentissimum, et ad suspicandum sagacissimum,[1] et ad vindicandum[2] fortissimum fore putasti. Sed quam longe[3] videtur a carcere atque a vinculis abesse debere, qui se ipse[4] jam dignum custodia judicaverit?[5] 20. Quæ cum ita sint, Catilina, dubitas,[6] si hic morari æquo[f] animo non potes, abire in aliquas terras, et vitam istam, multis suppliciis justis debitisque ereptam, fugæ solitudinique mandare?[m]

'Refer,'[7] inquis, 'ad senatum:'[n] id enim postulas; et, si hic ordo placere sibi[8] decreverit, te ire in exilium, obtemperaturum te[9] esse dicis. Non referam (id quod abhorret a meis moribus[o]); et tamen[10] faciam, ut intelligas,

[f] *Quieto.*

iisdem H S *his.* Denique χ *continemur.*—19 Pro *prætorem* in C *postea;* in χ *prætorem p. r.* Ven. 1480. *prætorem populi Romani:* Barb. *prætorem venisti P. R. A quo repud., inde ad sod.* Mox in H S deest *optimum;* et in C prænomen ante *Marcellum.*—20 χ et ψ *te* omittunt.—1 *Ad supplicandum sag.* H χ et Græv. 2. *ad suscipiendum sacratissimum* Franc.—2 H et Franc. *judicandum.*—3 Græv. 2. *Sed quia longe.* Mox pro *abesse* χ habet *esse.*—4 χ *se ipse;* et ita e conjectura Heumanni ediderunt Ern. Morgenstern. Wetzel. Otto, Beck. Weiske, Schutz. et Orell. Ceteri *se ipsum.*—5 Barb. *judicaret.*—6 Græv. 2. *o Catil., dub.* ψ *Catil., quid dub.* Pro *si hic morari* Græv. 2. *si in his morari;* Græv. 1. Franc. Duisb. Erl. Guelf. cum Græv. Schutz. et Orell. *si emori;* C H S et Mss. Pariss. atque Hervag. Cam. Steph. Lamb. Beck. et Matthiæ *si hic emori.*—7 Post *Refer* Franc. addit *enim.* Pro *inquis* ψ et Erl. *inquit.* In Franc. desunt verba *id enim postulas:* in Græv. 1. iis interr. nota apponitur. C H S *enim* omittunt. In χ *postulat.*—8 Mss. Mureti et ed. Crat. *sibi* omittunt. In Græv. 1. *tibi placere.*—9 Grut. et Græv. non habent *te.* Mox, Weiske conjecit legend. *Non referam, ideo quod.*—10 *Sed tamen* C

NOTÆ

[l] *Sodalem tuum*] Sodalitates Romæ fuerunt, quæ legibus concedebantur. Hinc autem sodales dicti sunt, teste Festo, 'quod una sederent, essentque:' Marcus autem Marcellus unus ex sociis Catilinæ fuit, pro quo Cicero postea apud Cæsarem dixit.

[m] *Fugæ solitudinique mandare*] Mandare se fugæ, id est, profugere: et mandare se solitudini, est se occultare, et fugere hominum societatem.

[n] *Refer, inquis, ad senatum*] Nullum unquam fiebat senatusconsultum, quin prius a consule referretur.

[o] *Abhorret a meis moribus*] Cum ab omni severitate et duritia Cicero alienus esset, videbatur contra suam naturam agere, si de Catilina referret ad senatum, a quo procul dubio damnandus erat: quare nihil de eo retulit: igitur falsum est quod ait

quid hi de te sentiant. Egredere ex urbe, Catilina: libera rempublicam metu: in exilium, si hanc vocem expectas, proficiscere. Quid est, Catilina? ecquid attendis,[11] ecquid animadvertis horum silentium? Patiuntur;[12 p] tacent.[q] Quid expectas auctoritatem[g] loquentium, quorum voluntatem tacitorum[r] perspicis?[13] 21. At si hoc idem huic adolescenti optimo, P. Sextio,[s] si fortissimo viro, M. Marcello,[t] dixissem; jam mihi consuli, hoc ipso in templo, jure optimo senatus[14] vim et manus intulisset. De te autem, Catilina, cum quiescunt,[15 u] probant: cum patiuntur, decernunt: cum tacent, clamant: neque hi solum, quorum tibi[16] auctoritas est videlicet cara,[x] vita vilissima; sed etiam illi equites Romani, honestissimi atque optimi viri, ceterique fortissimi cives, qui circumstant senatum, quorum tu et frequentiam videre, et studia perspicere, et voces[y] paulo ante exaudire potuisti: quorum ego vix abs te jamdiu manus ac tela contineo; eosdem facile adducam, ut te hæc, quæ jampridem vastare[17] studes,[z] relinquentem, usque ad portas prosequantur.

[g] *Sententiam.*

H S ψ, Barb. Ven. 1483. Naug. *sed tantum* Ven. 1480.—11 Græv. 2. *o Catil.* et Græv. 1. Franc. atque quinque Oxonn. Mss. *quid att.* Dein *quid animadv.* H: *et quid animadv.* C S χ ψ.—12 ‘*Quiescunt* ante *patiuntur* excidisse ratus est censor Jenensis.’ *Orell.*—13 Franc. *prospicis.* Dein C et χ *Ac si hoc.* Paulo post, χ habet *P. Sestio.*—14 Græv. e Franc. et alio Ms. recepit *senatus jure opt.* Tum C *manum tulisset.* Post *intulisset* ψ addit *Num me de illis talia facere permisisset.*—15 *Conquiescunt* χ: *quiescunt cum quiescunt* ψ.—16 In C et H deest *tibi.* H quoque omittit *videlicet.* Pro *vilissima* H et S *utilissima.*—17 Græv. 2. *vastare jampr.*

NOTÆ

Dio, senatusconsulto ex urbe abiisse Catilinam, quia nullum ferri potuit, nisi referente Cicerone consule.

[p] *Patiuntur*] Catilinam ire in exilium patientur facile senatores.

[q] *Tacent*] Tacendo approbant ejus profectionem.

[r] *Tacitorum*] Id est, etsi taceant, tamen hoc suo silentio voluntatem illi suam satis aperiunt.

[s] *P. Sextio*] Sextius hoc anno quæstor Antonii consulis erat, pro quo Cicero orationem habuit.

[t] *M. Marcello*] Is M. Marcellus fuit, quem Cicero defendit.

[u] *Cum quiescunt*] Distributio elegans, ubi tribuitur unicuique quod proprium est.

[x] *Videlicet cara*] Ironia: nam de morte eorum cogitaverat.

[y] *Voces*] Quibus favebant Ciceroni contra Catilinam.

[z] *Quæ jampridem vastare studes*] Rempublicam et totam Italiam vas-

IX. 22. Quanquam quid loquor? [18] te ut ulla res frangat? tu ut unquam [19] te corrigas? tu ut ullam fugam meditere? [h] tu ut ullum exilium cogites? [*p.* 102.] Utinam tibi istam mentem [a] Dii immortales duint! [20] tametsi video, si mea voce perterritus [1] ire in exilium animum induxeris, quanta tempestas invidiæ [b] nobis, si minus in præsens tempus,[c] recenti memoria scelerum [d] tuorum, at in posteritatem [i] impendeat.[2] Sed est mihi tanti,[k] [e] dummodo ista privata sit calamitas, et a [3] reipublicæ periculis sejungatur. Sed tu [4] ut vitiis tuis commoveare, ut legum pœnas pertimescas, ut temporibus [5] reipublicæ concedas,[l] non est postulan-

[h] *Cogites.* [i] *In futurum.* [k] *Sed non tanti facio eam.*
[l] *Accommodes te.*

CAP. IX. 18 Græv. 1. Franc. Barb. et Ven. 1480. *Quanquam quid loquar:* H S, edd. Rom. Jenson. Ven. 1483. Crat. Cam. *Quanquam quid est, quod loquar;* et sic C et ψ, nisi quod *loquor* habeant. Dein χ *ut illa res:* C H S *ut res,* sine *ulla.* Denique C *frangatur.*—19 Pro *unquam* C H S exhibent *inquam.* In H et Græv. 1. deest *te.* Mox *illam fugam* ψ et Græv. 1. Verba *tu ut ullam fugam med.* absunt a Pith. Tum Ven. 1. *ut tu ullum exil.* Ven. Crat. Hervag. Cam. et Heumann. *tu ullum ut exil.* Mss. plerique cum edd. Lamb. Grut. Oliv. Lall. *ut ullum tu exil.* Pro *cogites* C habet *agites.*—20 *Dent* Græv. 2. *donarent* C H S ψ, Græv. 1. Franc. et edd. pr. cum Oliv. *donaret* χ: *donent* Steph. *darent* Barb. Naug. Lamb. *duint* ceteri. Pro *tametsi* H S ψ, Barb. Ven. 1483. Hervag. habent *etsi.* Pro *video* Græv. 1. *jubeo.* Ante *si* χ addit *quod.*—1 C H S, Barb. Ven. 1483. Crat. omittunt *perterritus*, prob. Camerario. Tum Ern. scribi mavult *in exil. ire an. ind.*—2 C H S *impendet.* Dein *sed est tanti* Erl. Guelf. Græv. 1. 2. Duisb. et Mss. Pariss. cum Græv. Lall. Matthiæ: *Sed non est mihi tanti* C H S et edd. vett. Ceteri ut Ern. Post *tanti* χ addit *Catilina.* Præterea *dummodo ista tua* χ, Græv. 1. 2. Franc. et edd. Vict. Manut. et Heumann. *dummodo tua ista* C H S.—3 C S omittunt copulam, et H præpositionem. Tum in χ *sejungantur.*—4 Edd. nonnullæ *tu* omittunt.—5 Franc. *et ut temp.* Mox *cedas* χ, Græv. 1. 2. Franc. Duisb. Pith. Barb. Mss. Lambini, quatuor Mss. Pariss. Græv. Lall. Beck.

NOTÆ

tare cupiebat Catilina.

[a] *Istam mentem*] Ut eundi in exilium mentem immittant Dii, Cicero apprecatur: arbitrabantur enimvero illi veteres omnium consiliorum auctores Deos existere.

[b] *Tempestas invidiæ*] Translatio; nam invidia sæpius homines, non secus ac tempestate ac vi ventorum ingruente, obruuntur.

[c] *In præsens tempus*] Id est, in præsenti tempore: nam, ut notavit Priscianus lib. XVIII. Latini præpositionem 'in' accusativo sæpe adjungunt, loco ablativi.

[d] *Recenti memoria scelerum*] Id est, cum adhuc erit recens scelerum memoria, quæ a Catilina patrata sunt.

[e] *Est mihi tanti*] Id est, tanti reipub. interesse duco, te ex urbe exire, ut dum id fiat, non recusem omnem invidiam.

dum: neque enim is es, Catilina, ut[6] te aut pudor[f] a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio a furore revocarit.[7] 23. Quamobrem, ut sæpe jam dixi, proficiscere:[8] ac, si mihi inimico, ut prædicas, tuo, conflare vis invidiam; recta[9] perge in exilium: vix feram sermones[m] hominum, si id feceris:[10] vix molem[n] istius invidiæ, si in exilium ieris jussu consulis, sustinebo. Sin autem servire meæ laudi et gloriæ mavis; egredere cum importuna[o] sceleratorum manu; confer te ad Manlium; concita[11] perditos cives; secerne te a bonis; infer patriæ bellum; exulta impio latrocinio,[g] ut a me non ejectus ad alienos, sed invitatus ad tuos isse[12] videaris. 24. Quanquam quid[13] ego te invitem, a quo jam sciam esse præmissos, qui tibi[14] ad forum Aurelium[h] præstolarentur armati? sciam[15] pactam et constitutam esse cum Manlio diem? a quo etiam aquilam illam argenteam[i] (quam tibi ac tuis omnibus[16] perniciosam esse

[m] *Famam.* [n] *Onus.* [o] *Crudeli.*

Schutz. Matthiæ: *concedas* ceteri.—6 *Neque enim his es moribus, Catil. ut &c.* Barb. *Neque enim, Catil., tu is es, ut &c.* Pith. *Neque tu es Catil. ut &c.* Franc. et alii: *Neque enim Catilina sis, si te aut, &c.* Ms. Cujac. probantibus Ern. et Morgenstern. *Neque enim Catilina is es, ut &c.* nonnullæ edd. vett. In ψ deest *Catilina;* et in χ *aut* ante *pudor.* Post *pudor* e Quintiliano Schutzius et Matthiæ inseruerunt *unquam,* ut volebat Garaton.—7 Heumann. monet, videri posse Ciceronem scripsisse *revocet.*—8 Pro *proficiscere* Priscian. p. 982. laudat *discede.*—9 *Recta via* C H S χ ψ, Barb. Græv. 2. Franc. Duisb. Pith. Ven. 1480. 1483. Crat. Hervag. *rectam* Græv. 1.—10 In duobus Mss. Lambini et ed. Steph. desunt verba *si id feceris.* Mox Græv. 1. *consulis ieris jussu.*—11 Pro *concita* ψ habet *contra.* Pro *cives* Græv. 2. addit *tuos.*—12 ψ *ipse:* Heumann. *esse.*—13 Pro *quid* ψ habet *quo.* In χ deest *te.* In Ms. Mureti legitur, *Quanquam quid eo te invitem:* unde Muretus legi maluit *Quanquam quid eo te invitem, quo jam, &c.* quod recepit Lamb.—14 Pro *qui tibi* C H S, Ven. 1480. 1483. habent *qui te.* Mox ψ *præstolentur.*—15 Ante *sciam* Mss. plerique et nonnullæ edd. vett. addunt *cum;* Beck. e conjectura Gulielmii, cum Weiske, Schutz. Matthiæ et Orell. *cui.* Alii particulam omittunt. Ante *pactam* Barb. Pith. Guisb. Ven. 1480. et Græv. inserunt *jam.* Pro *pactam* ψ habet *peractam.*—16 Pro *omnibus* C et H *hominibus.* In χ deest *esse* ante

NOTÆ

[f] *Ut te aut pudor, &c.*] Figura quæ adjunctio dicitur.

[g] *Latrocinio*] Bellum contra patriam susceptum, latrocinium vocat.

[h] *Ad forum Aurelium*] Tribunal fuit Romæ, ubi milites conscribebantur. Fuit etiam oppidum haud procul ab urbe, unde Aurelia Via dicta est, qua profectus est Catilina in castra Manlii.

[i] *Aquilam argenteam*] Aquila argentea signum fuit legionis, quod Ma-

confido et funestam futuram, cui domi tuæ sacrarium[k] scelerum tuorum constitutum fuit) sciam esse præmissam? Tu ut[p] illa[17] diutius carere possis,[l] quam venerari, ad cædem proficiscens, solebas? a cujus altaribus sæpe istam impiam dexteram[18] ad necem civium transtulisti? x. 25. Ibis[19] tandem aliquando, quo te jampridem tua ista cupiditas effrænata[m] ac furiosa rapiebat. Neque enim tibi hæc res affert dolorem, sed quandam incredibilem voluptatem: ad hanc te amentiam natura peperit,[20] [n] voluntas exercuit, fortuna servavit. Nunquam tu non modo otium, sed ne bellum quidem, nisi nefarium concupisti. Nactus es ex perditis,[1] atque ab omni non modo fortuna, verum etiam spe derelictis, conflatam improborum[2] manum.[q] 26. Hic tu qua lætitia[3] perfruere! quibus gaudiis exultabis! quanta in voluptate[4] bacchabere,[o] cum in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quenquam, neque videbis! Ad[5] hujus vitæ studium meditati[r] illi sunt, qui fe-

[p] *Quomodo.* [q] *Multitudinem.* [r] *Exercitati.*

confido. In Ven. 1480. legitur, *omn. conf. pernic. ac fun. fut.* unde Lamb. dedit *omn. conf. pernic. et fun. fut.* Mox pro *sacrarium* H et S exhibent *sacrum.* Heumann. censuit verba *scelerum tuorum* e var. lect. extitisse, ideoque delenda esse.—17 Pro *Tu ut illa* Franc. *Modo tu illa.* Tum *carere diutius* Erl. Guelf. Steph.—18 Mss. nonnulli et ed. Ven. 1483. Lamb. Grut. Oliv. Lall. *istam dext. impiam.* Dein in Mss. Mureti et Grævii *ad cædem civium.*

Cap. x. 19 Franc. *Ibas.*—20 Græv. 1. *ad hanc te amentiam non nat. pep.*—1 χ *Nactus ex perd.*—2 Mss. Mureti et Lambinus *impiorum.*—3 ψ *His tu quanta læt.* Pro *perfruere* Cortius ad Plin. Epp. iv. 15. scribi jubet *perflues.*—4 Lamb. omisit præpositionem ante verbum *voluptate,* pro quo χ habet

NOTÆ

rius bello Cimbrico in exercitu habuit. Vegetius autem refert aquilam proprium signum fuisse Romanorum; cum autem legio quælibet in decem divideretur cohortes, primam cujusque legionis cohortem pro signo sumsisse aquilam.

[k] *Sacrarium*] Sacrarium seu sacellum idem est: erat autem aquila illa parvum quoddam sacellum, seu sacrarium, in quo inerat aquilæ effigies aurea vel argentea, quod hastæ erat impositum; quod qui portabat, aquilifer dicebatur.

[l] *Tu ut illa diutius carere possis*] Facile accidit, ut qui spes suas in aliqua re collocarunt, ab ea difficile dimoveantur.

[m] *Cupiditas effrænata*] Metaphora ab equis indomitis.

[n] *Natura peperit*] Compar seu dissolutum affert, cum membra paria sunt, nec juncta conjunctionibus.

[o] *Bacchabere*] Bacchari verbum est voluptatis longe gravissimum, et est furere.

runtur,[s] labores tui; jacere[6] humi, non modo ad obsidendum[7] stuprum,[p] verum etiam ad facinus obeundum; vigilare non solum insidiantem[8] somno maritorum, verum etiam bonis occisorum.[9] Habes, ubi ostentes illam præclaram tuam[10] patientiam famis, frigoris, inopiæ rerum omnium; quibus te brevi tempore confectum esse senties. 27. Tantum profeci tum,[11] cum te a consulatu repuli,[12][q] ut exul potius tentare,[t] quam consul vexare rempublicam posses; atque ut id, quod esset[13] a te scelerate susceptum, latrocinium potius, quam bellum[r] nominaretur.

XI. Nunc, ut[14] a me, patres conscripti, quandam prope justam patriæ[15] querimoniam detester ac deprecer;[u] percipite, quæso, diligenter, quæ dicam, et ea penitus animis vestris mentibusque mandate.[16] Etenim, si mecum patria,[s] quæ mihi vita mea multo est carior; si cuncta Italia; si

[s] *Dicuntur vulgo.* [t] *Lacessere.* [u] *Depellam.*

voluntate.—5 In χ deest *Ad.*—6 Post *jacere* idem Ms. addit *videbis.*—7 In ψ *obsidendi.* Mox, pro *etiam* H S ψ habent *et.* Tum χ *ad fac. obeundi.*—8 *Insidiando* χ, Græv. 1. *ad insidiandum* Mss. plerique et edd. ante Grut. qui e Mss. nonnullis recepit cum edd. seqq. *insidiantem.*—9 *Otiosorum* C χ, quatuor Mss. Gruteri, quatuor Mss. Grævii, tres Pariss. et exc. Pith. cum edd. Ald. Græv. et Lall. Vid. Nott. Varr.—10 Græv. 1. omittit *tuam.* Pro *patientiam* C H S *abstinentiam.* Ante *famis* χ addit *scilicet,* et ante *frigoris* H S habent *et.*—11 In C ψ et Græv. 1. deest *tum.* 'Apud Diomedem I. 4. p. 386. ed. Putsch. vitiose legitur *profectum.*' Beck.—12 Muret. et Lamb. *depuli.*—13 Steph. *quod est.* Dein Græv. 1. *scelerato.*

CAP. XI. 14 Pro *ut* H habet *autem;* ψ *aut.*—15 Verba *prope justam patriæ* in ψ desunt.—16 In Ms. Mureti legitur *percipite, quæ dicam, et ea penitus animis vestris rationibusque mandate.* Pro *penitus* Pricæus ad Apul. scribi jussit

NOTÆ

[p] *Obsidendum stuprum*] Obsidere stuprum, est expectare ut mariti dormiant, ut uxoribus eorum quis potiatur: quod tam familiare fuit Catilinæ, quam insidiari divitum vitæ, ut eos occisos spoliaret.

[q] *A consulatu repuli*] Cicero Catilinam ambitus accusavit, et effecit ne consul esset: ejus quidem accusationis oratio desideratur; at in eam tamen aliqui Asconii commentarii sunt.

[r] *Latrocinium potius, quam bellum*] Pertinet bellum ad magistratus denuntiare, non ad privatum: quare nominari debet, cum a privato declaratur, latrocinium; quia invadit in potestatem magistratuum populi Rom.

[s] *Etenim, si mecum patria*] Elegans patriæ prosopopœia cum frequentatione et agnominatione.

omnis respublica loquatur: [17] M. Tulli, quid agis? tune eum, quem esse [18] hostem comperisti, quem ducem belli futurum [19] vides, quem expectari imperatorem in castris [20] hostium sentis, auctorem sceleris, principem conjurationis,[1] evocatorem [t] servorum et civium perditorum,[2] exire patieris, ut abs te non emissus [3] ex urbe, sed immissus [u] in urbem esse videatur? Nonne hunc [4] in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari [x] imperabis? 28. Quid tandem [5] impedit te? mosne majorum? [y] [*p.* 103.] at persæpe etiam privati [z] in hac republica perniciosos cives morte mulctarunt: an leges,[a] quæ de civium Romanorum [6] supplicio rogatæ sunt? at nunquam in hac urbe ii,[7] qui a republica defecerunt, civium jura tenuerunt: an invidiam [8] posteritatis times? præclaram vero populo Romano [9] refers gratiam, qui te, hominem per te [10] cognitum,[b]

penitis. Tum Barb. *mentibus vestris animisque.*—17 ψ *loquerentur.* Omnes Mss. Quintiliani, (Inst. Or. IX. 2.) etiam Barb. excepto uno Voss. quem Burm. ibi laudat, *si omnis resp. sic loquatur.*—18 Pro *esse* ψ habet *communem.* —19 χ et Franc. *futuri.*—20 Heumannus in Mss. nonnullis esse dicit *in castra;* unde ipse legi jussit *quem expectare imp. castra host. sentis.*—1 Franc. *curationis.*—2 ψ *perditorem.* Mox *patiere* Græv. 2. Franc. Barb. Ven. 1480. —3 Græv. 1. *amissus,* prob. Grævio.—4 Lamb. Schutz. Matthiæ et Orell. *Non hunc,* prob. Garaton. Mox χ et Barb. *nonne ad mortem.*—5 In Græv. 1. deest *tandem.* Dein Græv. 2. et Franc. *te impedit:* Beier jubet *te* deleri.—6 Pro *Romanorum,* quod Lamb. omittit, H S, Græv. 2. Barb. Pith. Franc. et tres Pariss. atque Ven. 1483. Rom. Brix. Crat. Græv. Lall. habent *reorum.* Mox *irrogatæ* Franc. et Græv. 2.—7 In H et ed. Steph. non legitur *ii.*—8 χ *At invid.*—9 C *populi Rom.* Tum *referes* C H S χ, Barb. Ven. 1483.

NOTÆ

[t] *Evocatorem*] Is dicitur evocator, qui ad militiam per conquisitores servos advocat, apertis ergastulis, ut iis contra patriam utatur, quos idcirco pilo seu libertate donat: quod seditiosis civibus usitatum legitur.

[u] *Non emissus, sed immissus*] Agnominatio, quæ fit vel literæ diminutione, vel transpositione.

[x] *Mactari*] Mactare verbum est sacrificiorum, cum sacrificatur pro avertendis malis: significat ergo sacrum hominem Catilinam, id est execrabilem, in quem totius urbis maledicta conjici debent.

[y] *Mosne majorum*] Majores nolebant civem interfici sine jussu populi Romani.

[z] *Etiam privati*] Sæpe privati de malis civibus vindictam sumsere. Sic P. Scipio Nasica Gracchum, novis rebus studentem, interfecit.

[a] *An leges, &c.*] Lex Sempronia tulit ne de civis capite injussu popul judicaretur: qui, indicta causa, civium Rom. animadvertisset, de eo populi quæstio constitueretur.

nulla commendatione majorum, tam mature [c] ad summum imperium per omnes honorum gradus [d] extulit, si propter invidiam,[11] aut alicujus periculi metum, salutem civium tuorum negligis.[12] 29. Sed, si quis est invidiæ metus; [e] num est vehementius [13] severitatis ac fortitudinis [14] invidia, quam inertiæ ac nequitiæ pertimescenda? An, cum bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt, tum [15] te non existimas invidiæ incendio conflagraturum? XII. His ego [16] sanctissimis reipublicæ vocibus, et eorum hominum, qui idem sentiunt, mentibus, pauca respondebo. Ego, si hoc optimum factu [17] judicarem, patres conscripti, Catilinam morte mulctari; unius usuram [x] horæ gladiatori [f] isti ad vivendum non dedissem. Etenim, si summi viri, et clarissimi cives,[18] Saturnini, et Gracchorum,[g] et Flacci, et [19]

[x] *Tempus.*

Crat. Hervag. Cam.—10 Heumann. legi mavult *per se.*—11 Pro *propter invidiam* Matthiæ e conj. Heumanni dedit *invidiæ.*—12 C et ψ *negliges.*—13 In C H S ψ *Sed si quis invidiæ metus non est vehem. &c.* χ *Sed si quid metus non est vehem. &c.* In Græv. 1. 2. Ms. Franc. Barb. atque edd. Ven. 1480. 1483. Naug. Cam. Manut. *non est vehem.*—14 ψ et Ven. 1480. *sev. aut fort.* Mox ψ et Barb. *inert. aut neq.* In χ *nequitia.* Paulo post, Diomedes I. 4. p. 386. ed. Putsch. *At cum bello.*—15 In C H S deest *tum*, pro quo ψ habet *tu.* Dein *extimas* χ: *æstimas* Franc. Paulo post, C *conflaturum:* χ *confligaturum.*

CAP. XII. 16 Guelf. et nonnullæ edd. vett. *His ergo.* Mox *qui hic idem sent.* Barb. *qui hoc sent. idem* Græv. 1. *qui hoc idem sent.* Franc. Erl. Guelf. Mss. Mureti, et Ven. 1480. prob. Gœrenz.—17 *Facto* Græv. 1. Duisb. *factum* Pal. 6. Franc. Mss. Cujac. Ven. 1480. et Orell. *factu* ceteri.—18 Ven. 1480. *si summi et clar. viri.* 'In Græv. ed. legebatur *si summi et clar. viri cives:* quam tanquam Grævii correctionem repudiarunt Ern. et Morgenstern. At bene Garaton. vidit errorem esse typographicum, atque correxit.' *Beck.*—19 C et ψ omittunt copulam ante *superiorum.* Pro *complurium* in χ

NOTÆ

[b] *Hominem per te cognitum*] Id est, novum hominem, qui majores tuos illustrasti: in quo majus eluxit populi Romani beneficium in Ciceronem, pro quo jam invidiam improborum civium timere non debet.

[c] *Tam mature*] Eodem anno quo per ætatem licitum erat consulatum gerere, hunc obtinuit: quod novo homini nunquam ante contigerat.

[d] *Per omnes honorum gradus*] Per quæsturam, ædilitatem, præturam, quos omnes magistratus Cicero gesserat cum laude, ad consulatum pervenit.

[e] *Invidiæ metus*] In Tusc. Quæst. l. IV. sic describit invidiam: 'Eam esse dicunt ægritudinem susceptam propter alterius res secundas, quæ nihil nocent invidenti.'

[f] *Gladiatori*] Gladiator seu sicarius hic dicitur, qui audax est, et assuefactus ad cædem hominum.

[g] *Saturnini, et Gracchorum, &c.*] Vide orat. pro Rabirio.

superiorum complurium sanguine non modo se non contaminarunt, sed etiam honestarunt; certe mihi verendum non erat, ne quid, hoc parricida [h] civium interfecto, invidiæ mihi in posteritatem redundaret.[i] Quodsi ea mihi maxime impenderet;[1] tamen hoc animo semper fui, ut invidiam virtute[y] partam, gloriam, non invidiam putarem. 30. Quanquam nonnulli sunt in hoc ordine,[k] qui aut ea, quæ imminent,[2] non videant; aut ea, quæ vident, dissimulent; qui spem Catilinæ[l] mollibus[3] sententiis[m] aluerunt, conjurationemque nascentem non credendo corroboraverunt. Quorum auctoritatem secuti multi,[4] non solum improbi, verum etiam imperiti, si in hunc animadvertissem,[5] crudeliter et regie factum esse dicerent. Nunc intelligo, si iste, quo intendit, in Manliana castra pervenerit, neminem tam stultum fore, qui non videat[6] conjurationem esse factam, neminem tam improbum, qui non fateatur.[7] Hoc autem uno interfecto, intelligo hanc[8] reipublicæ pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi[n] posse. Quodsi se ejecerit,[o] se-

[y] *Fortitudine.*

quam plurium. Tum C et S *sanguinem.* In Franc. *non solum non contam.*—20 Mss. et edd. ante Græv. cum Oliv. et Lall. *certe ver. mihi.* Ernesto verbum *mihi* suspectum est. Tum *erit* H S ψ. Porro, in Franc. *ne quid mihi parr. civ.* (omisso *mihi* post *invidiæ*), et *hoc* etiam deest in C H S. Vocab. *civium* quoque Ernesto suspectum fuit.—1 *Quod si ea inv. mihi max.* Franc. et *impendit* χ.—2 ψ *imminere.* Mox χ *dissimulant.*—3 Ante *mollibus* H et S addiderunt *cum.*—4 In ed. Steph. *quorum auctoritate multi.*—5 C H S ψ *animadvertissent.* Dein *crud. nihil egregie* ψ: *crud. non egregie* C H S χ, Græv. 2. Barb. Franc. Pith. Ven. 1480. 1483. Naug.—6 Steph. *quin videat.* Tum *conj. esse patefactam* Franc. *conj. patefactam esse* quinque Oxonn. Mss. *conj. factam*

NOTÆ

[h] *Hoc parricida*] Cum patria sit communis omnium parens, fratres cives habendi sunt; quare qui unum interficit, parricida dicendus est. Inde Festus Pompeius ait, quod prisci Latini interfectorem quemlibet, parricidam vocabant.

[i] *Redundaret*] Translatio a fluminibus, quæ aquis et imbribus redundant.

[k] *In hoc ordine*] De senatorio ordine loquitur.

[l] *Qui spem Catilinæ*] De occupando consulatu semper cogitaverat Catilina.

[m] *Mollibus sententiis*] Blandiebantur Catilinæ quidam senatores; dicebant enim fortasse veram non esse conjurationem istam, expectanda esse certiora illius signa.

[n] *Reprimi, non comprimi*] Quintilianus lib. IX. hoc inter utrumque

cumque suos[9] eduxerit, et eodem ceteros undique collectos naufragos[10] [p] aggregaverit; exstinguetur[11] atque delebitur[q] non modo hæc tam adulta[z] reipublicæ pestis, verum etiam stirps ac semen malorum omnium.[12] XIII. 31. Etenim jamdiu, patres conscripti, in his periculis conjurationis insidiisque[13] versamur: sed, nescio quo pacto, omnium scelerum ac veteris furoris[r] et audaciæ[14] maturitas in nostri consulatus tempus erupit. Quodsi[15] ex tanto latrocinio[s] iste unus tolletur; videbimur fortasse ad breve quoddam tempus cura et metu esse relevati:[16] periculum autem residebit, et erit inclusum penitus[17] in venis atque in visceribus reipublicæ. Ut sæpe homines ægri morbo gravi[18] cum æstu febrique[a] jactantur, si aquam gelidam biberint, primo relevari[b] videntur;[19] deinde multo gravius vehementiusque afflictantur;[c] sic hic morbus, qui est in republica, relĕvatus[20] istius pœna, vehementius, civibus[d] reliquis,[1] ingravescet. 32. Quare, patres conscripti,[2] sece-

[z] *Matura.* [a] *Æstuante febri.* [b] *Convalescere.* [c] *Ægrotant.* [d] *Conjuratis.*

esse alii.—7 Ante *fateatur* χ addit *hoc.*—8 In ψ deest *hanc.*—9 Pro *suos* idem Ms. habet *servos.* Tum C *seduxerit.*—10 *Naufragos* Ernesto suspectum est. —11 χ *extinguebitur.*—12 Pro *omnium* χ, Græv. 1. 2. et Mss. Mureti habent *hominum.*

Cap. XIII. 13 H S *et insidiis.*—14 Barb. *audentiæ.*—15 Græv. 1. *Hic si.* Mox pro *latrocinio* unus Ms. Mureti habet *naufragio.* Verba *iste unus* in χ omittuntur.—16 Græv. 2. *levati.*—17 Græv. 1. *penitus inclusum.* In C deest præpositio ante *visceribus.*—18 χ non agnoscit *gravi.*—19 H S et ed. Vict. *prius rel. vid.* ψ *primo relevati vid.; denique multo gr. veh. torquentur: et si hic morb. &c.*—20 *Levabitur* Franc. *levatus* Lamb.—1 Lamb. *reliquis viris;* et sic edidit Græv. e duobus Mss. *civibus reliquis* C H S, edd. Rom. Ven. 1483. Med. *vivis reliquis* ceteri. Dein *ingravescit* χ, Græv. 1. 2.—2 Verba *patres*

NOTÆ

verbum discrimen ponit, quod 'reprimi' dicitur ad tempus; 'comprimi' vero, omnino et in perpetuum.

[o] *Quodsi se ejecerit*] Id est, sua sponte abierit ad castra Manliana: verbum translatum a naufragiis.

[p] *Collectos naufragos*] Per naufragos, eos notat, qui per scelera et flagitia quasi in altum navigantes, sua omnia decoxerunt, et quasi, patria amissa, ejecti sunt ad littus. Egregia translatio.

[q] *Exstinguetur atque delebitur*] Crebras hic metaphoras affert, qualia sunt ista, pestis, stirps, semen malorum omnium, &c.

[r] *Veteris furoris*] Jam a duobus annis conceptam hanc conjurationem in suo consulatu dicit irrupisse.

[s] *Ex tanto latrocinio*] Per latrocinium, conjuratorum et sceleratorum civium turbam intelligit.

dant improbi; secernant se a bonis; unum in locum congregentur; muro denique (id[3] quod sæpe jam dixi) secernantur a nobis; desinant insidiari domi suæ consuli,[4] circumstare tribunal prætoris urbani,[t] obsidere[5] cum gladiis curiam, malleolos[u] et faces ad inflammandam urbem comparare:[6] sit denique inscriptum[7] in fronte[x] uniuscujusque, quid de republica sentiat. Polliceor hoc vobis,[8] patres conscripti, tantam in nobis consulibus[9] fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Romanis[10] virtutem, [*p.* 104.] tantam in omnibus bonis consensionem,[11] ut Catilinæ profectione omnia patefacta, illustrata, oppressa, vindicata[12] esse videatis.

33. Hisce[13] ominibus, Catilina, cum summa reipublicæ salute et cum tua peste ac pernicie, cumque eorum exitio, qui se[14] tecum omni scelere parricidioque junxerunt, proficiscere ad impium bellum ac nefarium. Tum tu, Jupiter,[15] qui iisdem, quibus hæc urbs, auspiciis a Romulo es constitutus;[16] quem Statorem hujus urbis[y] atque imperii vere[17]

conscripti in C H S χ, Duisb. Græv. 1. 2. desunt. Post *bonis* ea collocat Erl. —3 *Id* non est in χ. Mox ψ *discernantur.* Pro *a nobis* ψ et Græv. 2. *a bonis.* —4 χ *consulis.*—5 Pro *obsidere* mendose in nonnullis legi *obsistere* Lamb. monet.—6 *Malleolos ad incendendam urbem facesque comp.* Mss. pauci et edd. ante Grut. Post *comparare* χ addit *desinant.*—7 Franc. et Ven. 1480. *scriptum.* Tum *in frontem* nonnullæ edd. vett. Pro *uniuscujusque* in Duisb. *cujusque.* Post *uniuscuj.* Mss. pauci, Naug. Cam. Lamb. Grut. Oliv. Lall. addunt *civis,* quod Grævius cum edd. seqq. delevit: abest etiam a χ ψ, exc. Pith. quatuor Mss. Grævii, Mss. Modii (Novant. Epistt. CXIII.), et edd. vett. plerisque.—8 Græv. 1. et Franc. *Poll. vobis hoc.*—9 In Mss. Lambini deest *consulibus.*—10 χ *Romanis* omittit.—11 C *conscisionem.*—12 Græv. 2. *indicata.* χ non habet *esse.*—13 Pro *Hisce* Græv. 1. et edd. nonn. *His;* et pro *ominibus* C H S et Græv. 1. *omnibus.* Mox *summa* in quibusdam libb. vett. deest, teste Mureto. Lamb. habet *summæ.* Tum C *rep.* omissis *salute et.* In H verba *reip. salute et* desunt. S habet *reipublicæ et,* omisso *salute.*—14 χ non habet *se.* Pro *omni* in ψ *omnium,* et pro *junxerunt* idem Ms. *vixerunt.*—15 χ *Tu vero Jup.* H et S omittunt *qui.* Pro *iisdem* C H χ habent *hisdem.* In Erl. desunt verba *qui iisdem quibus.* Post *urbs* χ addit *est.*—16 Pro *es const.* Erl. habet *est*

NOTÆ

[t] *Prætoris urbani*] L. Valerius Flaccus tunc erat prætor urbanus, pro quo Cicero peroravit.

[u] *Malleolos*] Malleoli sunt jaculares ignes ad incendendas hostium munitiones comparati, sparto et pice conflati.

[x] *Inscriptum in fronte*] Videatur in frontibus cujusque, quid sentiat: frons enim sic dicta est, quod præ se ferat animi affectiones.

[y] *Quem Statorem hujus urbis*] Jupi-

nominamus; hunc et hujus socios a tuis aris [18] [z] ceterisque templis, a tectis urbis ac mœnibus, a vita fortunisque civium omnium arcebis: [e] et omnes [19] inimicos bonorum, hostes patriæ, latrones Italiæ, scelerum fœdere inter se ac nefaria societate conjunctos, æternis suppliciis vivos mortuosque mactabis.[20]

[e] *Repelles.*

condita; C H *est constitutus;* S *est constituta.*—17 In χ deest *vere.*—18 Pro *aris*, quod abest ab ed. Steph. *sacris* habet Franc. Pro *a* ante *tectis* C H S habent *ac;* Matthiæ *et.* Pro *ac* ante *mœnibus* χ habet *a.*—19 Pro *omnes* sex Mss. et edd. Naug. Hervag. Cam. exhibent *homines.*—20 Post *mactabis* in S ascribitur *Finis.*

NOTÆ

ter Stator, per quem stat hæc urbs et imperium. Vide superius.

[z] *Aris*] Aras, pro templis, sive partem pro toto, posuit.

M. TULLII CICERONIS

IN L. CATILINAM

SECUNDA,

AD QUIRITES.[1]

ORATIO XX.

I. 1. TANDEM[a] aliquando, Quirites,[2] L. Catilinam, furentem audacia, scelus anhelantem,[b] pestem patriæ nefarie[3] molientem, vobis atque huic urbi ferrum flammamque[a][4] minitantem, ex urbe vel ejecimus,[c] vel emisimus,[d] vel ipsum egredientem verbis[5] prosecuti sumus.[e] Abiit, exces-

[a] *Cædem et incendium.*

1 In Ms. Pith. hæc Oratio inscribitur, *M. Tullii Invectio II. incipit feliciter.*

CAP. I. 2 Franc. *Tandem o Quir.* Prænomen ante *Catil.* in C H S et χ 1 omittitur.—3 χ 1 et ψ *nefariam.*—4 Gembl. Ms. Vict. et ed. Naug. *ferro flammaque.* Tum *minantem* χ 1, ψ et Duisb.—5 Pro *verbis* Mss. nonnulli et edd. Ven. 1483. Crat. Med. Ald. Vict. Manut. Lamb. habent *urbe.* Heu-

NOTÆ

[a] *Tandem*] Particula est tarditatem significans, cum aliquid tardius dicitur, quod jam factum esse oportuit.

[b] *Scelus anhelantem*] Scelus anhelat Catilina, quia cupit conjurationem suam per scelera perficere, et omnes perdere.

[c] *Ejecimus*] Ejicitur Catilina imperio consulis, et minis resistere non potuit, quem opprimere volebat.

[d] *Vel emisimus*] Emittitur, quia jam fugam suam meditans exire permittitur.

[e] *Egredientem verbis prosecuti sumus*] Nulla vi adhibita volens exivit, cum nihil haberet optatius, quam ut esset in Manlii castris.

sit, evasit, erupit.[6][f] Nulla jam pernicies a monstro illo[g] atque prodigio mœnibus[7] ipsis intra mœnia comparabitur. Atque hunc quidem unum hujus belli domestici ducem[8] sine controversia[b] vicimus. Non enim[9] jam inter latera nostra sica illa[h] versabitur: non in Campo,[10][i] non in foro,[k] non in curia,[l] non denique[11] intra domesticos parietes[m] pertimescemus. Loco ille motus[12][n] est, cum est ex urbe depulsus: palam jam cum hoste, nullo impediente, bellum justum[o] geremus. Sine dubio perdidimus hominem, magnificeque[13] vicimus, cum illum ex occultis insidiis[p] in

[b] *Dubio.*

mann. scribi jubet *ultro.*—6 Græv. 1. 2. *erupit, evasit.*—7 Pro *mœnibus* C habet *hominibus.* Mox *comparabatur* χ 1: *comparatur* Græv. 2. et Pith.—8 Schütz. e Ms. Erl. dedit *hujus belli ducem domest.* Vocab. *hujus* abest a nonn. libris vett., teste Mureto. In Franc. legitur, *hujus quidem belli domest. unum ducem.*—9 Muretus *enim* suorum librorum auctoritate deleri jussit, eique Manut. et Matthiæ obsecuti sunt. Mox Pith. *intra latera.*—10 Lamb. *non eam in campo.*—11 Pro *denique* ψ habet *enim.* Tum H S et χ 1, *inter dom. par.* Pro *pertimescemus* Ms. Lagomars. habet *perhorrescemus,* prob. Niebuhr. Fragmm. Cic. p. 80.—12 Ms. Grævii *demotus.* Mox *expulsus* χ 1. et Græv. 1. *cum ex urbe est dep.* e Ms. Franc. recepit Græv. *Jam* post *Palam* non est in ψ. Tum *in hostem, nullo imped., bell. just. gerimus* χ 1. *nullo imped. cum hoste*

NOTÆ

[f] *Abiit, excessit, evasit, erupit*] Verborum congregatione crescit velut per gradus oratio. Abiit et excessit ejectus; evasit emissus, quasi ex loco ubi non erat in tuto; erupit ita coactus, ut, cum impetu quodam et alacritate animi gestientis ad Manlium abiret.

[g] *A monstro illo*] Monstrum seu montrosum civem appellat, qui cum natura esset homo, et ortu civis Romanus, bellua erat animo, et revera hostis patriæ, et parricida, ut dixit superiori oratione. Talis figura vocatur hypallage.

[h] *Sica illa*] De hac superiori oratione, § 16. not.

[i] *In Campo*] In Campum Martium in consularibus comitiis venit lorica tectus Cicero, quia sibi a Catilina timebat.

[k] *In foro*] Catilina præsente, non tuto exerceri judicia et quæstiones potuerunt.

[l] *In curia*] Cum ipso veniente vacua subsellia facta sunt, nemoque ei assidere voluit.

[m] *Intra domesticos parietes*] Intra domesticos parietes voluit consulem Ciceronem interficere in lectulo, præmissis ad cædem duobus sicariis.

[n] *Loco motus*] Metaphora a bello, ubi hostis, loco motus, facilius superatur.

[o] *Bellum justum*] Bellum justum cum hoste et patriæ proditore Catilina geretur.

[p] *Ex occultis insidiis*] Nocturno tempore de sua proditione agebat cum conjuratis, quorum consilia Cicero in lucem protulit.

apertum latrocinium conjecimus. 2. Quod vero [14] non cruentum mucronem,[q] ut voluit, extulit, quod vivis nobis[r] egressus est, quod ei [15] ferrum de manibus extorsimus, quod incolumes cives,[16] quod stantem urbem[s] reliquit; [17] quanto tandem illum mœrore afflictum esse et profligatum putatis? Jacet ille nunc [18] prostratus, Quirites, et se perculsum[t] atque abjectum esse sentit, et retorquet oculos profecto sæpe [19] ad hanc urbem; quam ex suis faucibus [20] [u] ereptam esse luget; quæ quidem lætari mihi videtur,[1] quod tantam pestem evomuerit,[x] forasque projecerit.

II. 3. At si quis[2] est talis, quales esse omnes oportebat,[y] qui in hoc ipso, in[3] quo exultat et triumphat oratio[z] mea, me vehementer accuset, quod tam capitalem hostem non comprehenderim[4] potius quam emiserim; [*p.* 105.] non est ista[5] mea culpa, Quirites, sed temporum. Interemtum[6] esse L. Catilinam, et gravissimo supplicio affectum

bell. istud gerimus.—13 H S et χ 1. *magnifice,* sine copula.—14 χ 1. *Qui vero.*—15 Ven. 1480. *quodque ei.* Dein Græv. e duobus Mss. recepit *extors. e manibus.* In C, Duisb. Barb. duobus Mss. Lambini, Ven. 1480. *e manibus extors.* et sic edidit Lall.—16 Pro *cives* in χ 1. legitur *duces.* Nonnulli omittunt *quod* ante *stantem,* prob. Heumanno.—17 χ 1. *relinquit.* Paulo post, in C H S deest *tandem.* Tum Græv. e Franc. dedit *mœrore illum.* In Græv. et Franc. deest *esse,* prob. Garaton.—18 Pro *nunc* ψ habet *prorsus.* Dein *prostratusque est* Græv. 1. Franc. Duisb. Barb. Ms. Ursini, Mss. Pariss. ed. Ven. 1480. Græv. et Lall. qui vocem *Quirites* delevit. Pro *perculsum* in ψ *percussum.*—19 Franc. *sæpe profecto.*—20 ψ et Ven. 1480. *a suis fauc.* alii *e suis fauc.*—1 Franc. *mihi læt. vid.* Ms. Mureti *læt. eminus vid.*

CAP. II. 2 χ 1. et Græv. 1. *Ac si quis.*—3 C H S et Græv. 1. omittunt præpositionem ante *quo.* Post *triumphat* ψ addit *ut ne.* In Franc. legitur *triumphat oratio mea lætatur.* Tum *me veh. accusat* χ 1. *veh. me accusabit* Franc.—4 χ 1. *deprehenderim.*—5 In Græv. 2. deest *ista.* In C H S et Græv. 1. non legitur *Quirites.* Franc. habet *o Quirites.*—6 Mss. plerique, Ven.

NOTÆ

[q] *Non cruentum mucronem*] Indicat se non interfectum fuisse a Catilina, ut habebat in animo.

[r] *Vivis nobis*] Dixerat in Leccæ domo se non prius ad exercitum profecturum, quam Ciceronem interfecisset.

[s] *Quod stantem urbem*] Urbem ferro et flamma perdere statuerat.

[t] *Perculsum*] Percellere est ad humum dejicere.

[u] *Suis faucibus*] Metaphora a belluis immanibus.

[x] *Evomuerit*] Metaphora ab ægrotis, qui sæpe vomitu recreantur.

[y] *Quales esse omnes oportebat*] Omnes interficiendum esse Catilinam debebant judicare.

[z] *Triumphat oratio*] Metaphora a triumphis, in quibus omnes lætantur, hoste devicto.

jampridem oportebat; idque[7] a me et mos majorum, et hujus imperii severitas,[8] [a] et respublica postulabat. Sed quam multos[b] fuisse putatis, qui, quæ ego[9] deferrem, non crederent? quam multos, qui propter stultitiam[c] non putarent? quam multos, qui etiam defenderent?[10] quam multos, qui propter improbitatem faverent? Ac si, sublato illo,[11] depelli a vobis omne periculum judicarem; jam pridem ego L. Catilinam[12] non modo invidiæ meæ, verum etiam vitæ periculo sustulissem. 4. Sed cum viderem, ne vobis[13] quidem omnibus[c] re etiam tum probata, si illum, ut erat meritus, morte mulctassem, fore, ut ejus socios[14] invidia oppressus persequi non possem; rem huc[15] deduxi, ut tum palam pugnare possetis, cum hostem aperte videretis. Quem quidem ego hostem, Quirites, quam vehementer[16] foris esse timendum putem, licet hinc intelligatis, quod[17]

[c] *Simplicitatem.*

1480. 1483. Græv. *Interfectum.*—7 C H S χ 3. et ed. Vict. *id* sine copula.—8 Pithœus conj. *securitas.* Pro *respublica* H et Franc. *reip.*—9 In Franc. deest *ego.* Mox, ψ *credent.* ‘Omittunt verba *quam multos . . . putarent* χ 1. Steph. eaque sine causa suspecta erant censori Jenensi.’ *Orell.*—10 χ 3. *etiam qui non def.*—11 C et ψ *At si;* et Græv. 1. 2. cum ed. Lamb. *illo sublato.* Tum χ 3. *dep. a nobis.* In Franc. *a vobis omne peric. depelli.*—12 Post *Catil.* χ 1. addit *furentem.* Dein Lamb. *invidia mea.*—13 χ 3. *neque vobis. Quidem* in χ 1. et *tum* in C H S deest. Græv. 2. habet *re quidem ne vobis omn. etiam tum prob.* Franc. *ne vobis quidem omn. re nondum prob.* Barb. *ne vobis quidem omn. etiam re nondum prob.* Lamb. *re ne vobis quidem omn. etiam tum prob.*—14 χ 1. *ut eos socios.*—15 Pro *huc* χ 3. habet *postquam.* Tum *adduxi* Barb. Pro *tum* in C *cum.*—16 Græv. 1. *Quir., qui veh.*—17 C H S χ 1. ψ,

NOTÆ

[a] *Hujus imperii severitas*] Tanta autem fuit severitas consularis imperii, ut eo ipso die quo decretum fuerat a senatu, ut viderent consules ne quid detrimenti caperet respub. interemti sint C. Gracchus, M. Fulvius, L. Saturninus, seditiosi cives.

[b] *Sed quam multos*] Multi non credebant Ciceroni, cum de illa conjuratione referret: 1. Quia putabant eum inimicum Catilinæ, quia competitorem eum habuerat in petendo consulatu. 2. Quia alii pericula non prospiciebant imminentia. 3. Quia multi Catilinæ favebant, quare illa pericula dissimulabant. Unde multi Ciceronem crudelitatis accusassent, si eum interfecisset.

[c] *Ne vobis quidem omnibus*] Id est, sed cum viderem ex vobis omnibus non paucos qui non crederent, tota conjuratione patefacta; si illum interficerem, ut meritus erat, fore ut non possem persequi alios ejusdem conjurationis participes, propter invidiam quæ mihi subeunda erat, et cui mihi fuisset cedendum.

illud etiam moleste fero, quod ex urbe parum comitatus [d] exierit. Utinam ille omnes secum suas copias eduxisset! Tongilium [18] mihi eduxit, [e] quem amare [19] in prætexta [f] calumnia cœperat; Publicium et Munatium, quorum æs alienum [g] contractum in popina [20] nullum reipublicæ motum [1] afferre poterat: reliquit, quos viros! [h] quanto alieno ære! [2] quam valentes! quam nobiles! III. 5. Itaque ego illum exercitum, [i] et Gallicanis legionibus, [3] [k] et hoc delectu,

Græv. 1. *qui*. In χ 3. et Græv. 1. deest *illud*. Græv. 2. habet *qui etiam illud:* Pith. *qui et illud:* Duisb. *quia illud etiam.*—18 χ 3. *duxisset;* et Pith. *Longilium;* Bard. *Tongilum:* χ 1. ψ, Mss. Mureti, Lambini, et Grævii, atque Ven. 1480. Græv. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *Tongilium.* Ceteri *Tongillum.* Ursinus conjecit *Longinum,* qui inter conjuratos ap. Sallust. Paulo post, *reduxit* C H S.—19 Pro *amare* Buhierius mavult legi *infamare.* Pro *calumnia* Pal. 6. habet *salumpnia.* In marg. Barb. est, 'al. *Calvinia.*' Withofius et Beierus conjecerunt *catamitum.* Vocem *calumnia,* ut spuriam, deleverunt Manut. Lamb. Schutz. Matthiæ. Orell. ut corruptam notavit. Vid. Nott. Varr. Tum χ 3. *Pubicium.* Porro *Minatium* C H ψ, Græv. 2. *Minacium* Ven. 1483. *Minutium* χ 1. *Minucium* Franc. *Minutim* Pith. *Municium* Duisb. *Minicium* Barb. *Munacium* S et Ven. 1480.—20 *In pompinam* ψ: *in popinam* H S, χ 3. Barb. et edd. ante Lamb. cum Schutz. et Orell.—1 ψ, Franc. Ven. 1480. Hervag. Lamb. *metum.* Tum χ 3. *afferre potuit: relinquit.* —2 Lamb. *alieno ære obstrictos.* Post *valentes* χ 3. addit *sint.* In Ms. Barb. *quam val. et quam nob.* Post *nobiles* χ 3. ψ, et edd. pleræque ante Græv. inserunt verba *vos videtis.*

CAP. III. 3 *Pro Gall. leg.* Ms. Lamb. unde *præ Gall. leg.* dederunt Lamb.

NOTÆ

[d] *Parum comitatus*] Trecenti duntaxat satellites eum ad Manlii castra secuti sunt.

[e] *Tongilium mihi eduxit*] Ista vox 'mihi' ad sensum nihil, sed plurimum ad orationis venustatem facit: quæ dicendi ratio satis Ciceroni familiaris est. Tongilius, Publicius, et Munatius, abjecti homines, secuti sunt Catilinam; nobiles cum illo conjurati in urbe remanserunt.

[f] *In prætexta*] Pueri prætexta utebantur ad annum ætatis 17.

[g] *Æs alienum*] Mutuam acceperat a Publicio et Munatio pecuniam, sed eam Catilina in popina et ganeis consumsit. Nota autem, quod subauditur iterum eduxit Publicium et Munatium. Quare ex ea pecunia nihil mali reipub. impendere potest.

[h] *Reliquit, quos viros*] Ostendit longe magis esse ab eis pertimescendum, quos in civitate reliquit: quia nobiles sunt, quia ære alieno gravantur, et promti manu sunt et audaces. Putat hic aliquid omissum esse Muretus: crediderim vero enumerationem bonorum civium desiderari, qui opponere se Catilinariis possunt: quod ex sequenti oratione facile cognoscitur, ubi comparat utrumque exercitum.

[i] *Itaque ego illum exercitum*] Ostendit contemnendum esse exercitum Catilinæ: 1. Quia resp. habet in suo legiones Gallicas, quas quotidie comparat. 2. Delectum quem Metellus habuit in Piceno agro et Gallico. 3. Copias quæ quotidie colliguntur per Italiam.

quem in agro Piceno[l] et Gallico[m] Q. Metellus habuit, et his copiis[4] quæ a nobis[n] quotidie comparantur, magnopere contemno,[d] collectum ex senibus desperatis,[o] ex[5] agresti luxuria,[e] ex rusticis decoctoribus,[p] ex iis qui vadimonia deserere,[q] quam illum exercitum, maluerunt;[6] quibus ego non modo si aciem[f] exercitus nostri, verum etiam si edictum[7] prætoris[r] ostendero, concident.[s] Hos, quos video volitare in foro,[t] quos stare ad curiam,[8][u] quos etiam in senatum venire,[x] qui nitent unguentis,[y] qui fulgent pur-

[d] *Nihil metuo.* [e] *Agrestibus luxuriosis.* [f] *Arma.*

Oliv. Lall. *ex Gall. leg.* Mss. plerique et edd. aliæ ante Grut. qui e conj. Mureti dedit *et Gall. leg.* sicque edd. seqq. Mox *et cum hoc del.* C H S, Ven. 1483. Crat. Cam.—4 *Ex his cop.* H S, χ 1. χ 3. Mss. Mureti, edd. Ven. 1483. Crat. Cam. *et ex his cop.* C, Duisb. In Pal. 6. desunt verba *et his cop. . . . comparantur.* Pro *his* χ 1. *suis,* et pro *comparantur* χ 3. *separantur.*—5 C H S omittunt præpositionem ante *agresti.* Mox *ex rusticis mendiculis, ex decoct.* H S χ 1. Ven. 1483. Crat. Hervag. Cam. *et rust. mediculis, ex decoct.* C: *ex rust. mendiculis et decoct.* Lamb. In Mss. plerisque desunt verba *mendiculis et.* Pro *mendiculis* Camerarius scribi maluit *mediastinis;* et pro *decoctoribus* in ψ et Franc. *doctoribus.* Heumannus verba *ex rust. decoct.* spuria censet. Vulg. ut Ern.—6 χ 3. *maluerint.*—7 χ 1. *adjectum.* Tum pro *concident* ψ *occident.*—8 *In curia* H: *in curiam* Græv. 1. In χ 1. deest *etiam.* Pro *in senatu* C habet

NOTÆ

[k] *Et Gallicanis legionibus*] Legunt aliqui *præ.* Illæ vero sunt legiones, quæ in Gallia Transalpina comparatæ sunt, ubi tum erant Boii.

[l] *Agro Piceno*] Picenum agrum vulgo nominant Marchiam Anconitanam, ab urbe Ancona.

[m] *Et Gallico*] Ager Gallicus is est, quam Lombardiam vulgo dicimus.

[n] *Et his copiis quæ a nobis*] Decretum fuerat a senatu, ut delectum haberent consules.

[o] *Senibus desperatis*] Desperati senes sunt, a quibus nihil sperari potest propter debilem ætatem quam luxus et voluptas corrupit.

[p] *Decoctoribus*] Decoctores ii dicuntur, qui in libidinibus et ganeis patrimonia consumunt.

[q] *Vadimonia deserere*] Vadimonium sponsio est sistendi se, comparendique in judicio: qui porro vadimonium deserebat, infamis habebatur, et in ejus bona creditores a prætore mittebantur.

[r] *Edictum prætoris*] Ex edicto prætoris cognoscent se periclitari de fortunis omnibus amittendis ob deserta a se vadimonia.

[s] *Concident*] Id est, metu perterriti animum amittent.

[t] *Volitare in foro*] Hic volitare in foro intelliguntur, qui nihil aliud cogitant, quam ut acquirant pecuniam, quam in popinis consumant.

[u] *Stare ad curiam*] Stant videlicet, ut cognoscant quid agatur novi.

[x] *In senatum venire*] Senatores undecim inter conjuratos reperti sunt.

[y] *Nitent unguentis*] Parabant sibi certa medicamenta ad leniendam cutem, et faciem cohonestandam, quæ ab eis unguenta nominabantur.

pura,[z] mallem secum[9] suos milites eduxisset: qui si hic permanent, mementote, non tam exercitum illum esse nobis,[10] quam hos, qui exercitum deseruerunt, pertimescendos. Atque hoc etiam[11] sunt timendi magis, quod, quid cogitent, me scire sentiunt, neque tamen permoventur. 6. Video, cui Apulia[a] sit attributa,[g][12] qui[13] habeat Etruriam, qui agrum Picenum, qui Gallicum,[14] qui sibi has urbanas insidias cædis atque incendiorum depoposcerit: omnia superioris noctis[b] consilia ad me delata esse sentiunt:[15] patefeci in senatu hesterno die. Catilina ipse pertimuit; profugit: hi[c] quid expectant? Næ[16] illi vehementer errant, si[17] illam meam pristinam lenitatem perpetuam[d] sperant futuram.

IV. Quod expectavi,[e] jam sum assecutus, ut vos[18] omnes

[g] *Assignata.*

stare; S *stare* cum spatio; χ 3. *senatu.*—9 Pro *secum* χ 3. habet *esse.* Ante *milites* H S et χ 3. addunt *viros.* Dein C *eduxissent.* Pro *qui* C H S habent *quod.*—10 χ 1. *vobis.* Mox C *qui exerc. illum des.*—11 Pro *hoc etiam* C habet *etiam hi;* χ 3. *etiam propter hoc;* ψ *hæc etiam.* Pro *timendi magis* in C *mihi timendi;* in ψ *timenda magis.* Dein *quod qui cog.* C H S et χ 3.—12 Barb. Ven. 1480. et Lamb. *cui sit Apulia attr.*—13 C, χ 1. ψ, Græv. 1. 2. Franc. Duisb. Pith. Barb. Ven. 1480. hoc loco, et duobus sequentibus, *quis.* Tum Ven. 1480. et Ven. 1483. *habet.*—14 C *Galliam.* In χ 3. deest *sibi.*—15 *Ad me sentiunt esse delata* Græv. 1. *ad me sentio esse delata* Franc. *ad me sentiunt esse perlata* Græv. *ad me delata esse sentiunt* χ 1. ψ, Ven. 1480. Ern. et edd. seqq. præter Matth. qui cum ceteris dedit *ad me perlata esse sentiunt.* In H S et χ 3. deest *esse.* Ante *patefeci* Ern. conjicit excidisse *quæ.* Mox, post *senatu* Græv. 1. plene interpungit, et verba *Hesterno die* adjungit sequentibus. In H, Ven. 1480. 1483. Naug. *hesterna die:* C et χ 1. *externa die.*—16 *Ne* Mss. nonnulli: *nonne* C H S ψ, Ven. 1480. 1483.—17 Pro *si* χ 1. habet *qui.* In eodem Ms. deest *etiam.* Pro *lenitatem* χ 3. habet *sanitatem;* et pro *sperant* Franc. et Barb. *expectant.*

NOTÆ

[z] *Fulgent purpura*] Solis senatoribus purpurea tunica uti fas fuit.

[a] *Cui Apulia*] Catilina distribuerat urbis partes et provincias, Apuliam C. Julio, Etruriam Manlio, agrum Picenum Septimio.

[b] *Superioris noctis*] Non ait ultimam superiorem, sed illam noctem quæ superiorem illam antecessit: quod probant verba quæ proxime sequuntur, 'patefeci hesterno die.'

[c] *Hi*] Conjuratos indicat, qui in urbe remanserunt.

[d] *Lenitatem perpetuam*] Cum vehemens et grave senatusconsultum contra conjuratos habuisset, tamen usus est erga Catilinam lenitate, ei fugam suadendo, non ipsum interficiendo.

[e] *Quod expectavi*] Expectabat ut fugeret, et sic omnibus pateret conjuratio.

factam esse aperte conjurationem contra rempublicam videretis; nisi vero si quis est,[h] qui Catilinæ similes cum Catilina[19] sentire non putet.[20] Non est jam lenitati locus: severitatem res ipsa flagitat. Unum etiam nunc concedam: exeant, proficiscantur, ne patiantur desiderio sui Catilinam miserum tabescere.[1][f] Demonstrabo iter: Aurelia Via[2][g] profectus est: si accelerare volent, ad vesperam[3] consequentur. 7. O fortunatam rempublicam, si quidem hanc sentinam[4] hujus urbis ejecerit! Uno, mehercule, Catilina exhausto, relevata[5] mihi et recreata[h] respublica videtur. Quid enim[6] mali aut sceleris fingi aut excogitari potest, quod non ille conceperit?[i] [*p.* 106.] quis tota Italia veneficus,[j][7] quis gladiator,[k] quis latro, quis sicarius, quis parricida,[l] quis testamentorum subjector,[8][m] quis circumscriptor,[k][n] quis ganeo,[o] quis nepos,[p] quis adulter, quæ mulier infamis, quis

[h] *Nisi quis est.* [i] *Commiserit.* [k] *Deceptor.*

Cap. iv. 18 χ 1. *nos.* Tum Franc. omittit *aperte.*—19 Pro *cum Catilina* χ 3. habet *contra.* In ψ deest præpositio.—20 ψ *pudet.* Dein C H S *Non jam*, omisso *est.* Paulo post, *levitatis* ψ: *lenitatis* C S χ 3. et Franc.—1 Franc. *Catilinam desiderio sui tabesc.* unde Græv. edidit, *Catilinam desiderio sui miserum tab.* Pro *tabescere* in Græv. 2. et Colon. *tepescere.*—2 In χ 1. et ed. Vict. deest *Via.* Græv. 2. habet *Aureliam viam.*—3 Manut. et Lamb. *ad vesperum.* —4 χ 3. *hanc sententiam.* In χ 1. deest *hujus.*—5 χ 1. *ex haustro;* et Græv. 2. *levata.*—6 χ 1. *Quod enim.* Mox *cogitari* C H S χ 1. et *poterit* ψ.—7 χ 3. *in-*

NOTÆ

[f] *Tabescere*] Metaphora a tabidis, qui dum phthisi consumuntur, proprie dicuntur tabescere.

[g] *Aurelia Via*] Vide primam orat. § 24. not.

[h] *Relevata mihi et recreata*] Hæret in sentinæ metaphora, qua navis premitur; quæ cum exhauritur, recreatur.

[j] *Veneficus*] Qui veneno homines tollit, veneficus dicitur.

[k] *Gladiator*] Gladiator exhibet pugnæ simulacrum, et alios gladiatoriam docet.

[l] *Parricida*] Non hic sumitur parricida pro eo qui patrem interfecit, sed qui adolescentes inducit ad interficiendos parentes.

[m] *Testamentorum subjector*] Subjector testamentorum est sive testamentarius, qui pro veris falsa testamenta subjicit.

[n] *Circumscriptor*] Circumscriptor dicitur, qui inducendi aut circumveniendi homines artem docet.

[o] *Quis ganeo*] Ganeo, a ganeis dictus. Ganeæ vero loca sunt rei vinariæ et libidinibus apta.

[p] *Quis nepos*] Nepos luxuriosus et prodigus est, qui abligurriendo patrimonium dissipat. Vide Sallustium, a quo enumerantur omnes flagitiosi quos socios habebat.

corruptor juventutis, quis perditus inveniri potest,[9] qui se cum Catilina non familiarissime vixisse fateatur?[10] Quæ cædes per hosce annos sine illo facta est? quod nefarium stuprum non per illum?[11] 8. Jam vero quæ[q] tanta in ullo unquam homine juventutis illecebra fuit, quanta in illo?[12] qui alios ipse amabat turpissime, aliorum amori flagitiosissime serviebat, aliis fructum libidinum, aliis[13] mortem parentum, non modo impellendo, verum etiam adjuvando, pollicebatur. Nunc vero quam subito, non solum ex urbe, verum etiam ex agris, ingentem numerum perditorum hominum collegerat! Nemo, non modo Romæ, sed nec ullo in angulo[14] totius Italiæ, oppressus ære alieno fuit, quem non[15] ad hoc incredibile sceleris fœdus asciverit. v. 9. Atque ut ejus diversa[16] studia in dissimili ratione perspicere possitis; nemo est in ludo gladiatorio[17][r] paulo ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinæ esse[18] fateatur; nemo in scena[19] levior[s] et nequior, qui se non ejusdem prope sodalem[t] fuisse commemoret. Atque idem tamen, stuprorum et scelerum exercitatione assuefactus,[20] frigore, et fame, et siti, ac vigiliis perferendis, fortis ab istis[u] prædicabatur,[1] cum industriæ subsidia,[x] atque in-

ceperit: Franc. *ceperit.*—8 χ 1. *subversor.*—9 Verba *quis corruptus, quis perd. inv. potest* in χ 1. desunt.—10 Barb. *quam fam. vix. non fateatur.*—11 Idem Ms. *nisi per illum.*—12 ψ *in illos.*—13 Heumannus mavult *aliis* ante *mortem* deleri. —14 *Sed ne ullo in ang.* C H S χ 1. χ 3. Barb. Hittorp. Fabric. Pall. Ven. 1483. Crat. Steph. *sed ne in ullo ang.* Græv. 1. *sed nec vel in ullo ang.* Franc. *sed ullo in ang.* Hervag. Cam.—15 Pro *non* χ 3. habet *vero.* Tum *incredibile scelus asciv.* Barb. *incredibile fœdus sceleris asciv.* edidit Græv. *incredibilis sceleris fœdus asciv.* Heumann. In ψ legitur *acciverit.*

Cap. v. 16 χ 3. *adversa.*—17 ψ *gladiatorum.*—18 Ms. Lamb. et Ven. 1480. omittunt *esse.* In Barb. *intimum esse Catil.*—19 Lambinus in optimis et antiquiss. codd. et lapidibus scribi *scæna* docet. Ante *nequior* χ 1. addit *nemo.*— 20 Græv. 2. *assuetus.* Dein Muret. et Lamb. *frigori et fami.* Pro *ac* ante *vigiliis* Græv. 2. et Lamb. habent *et.*—1 *Ab istis his suis sociis præd.* C H : *ab*

NOTÆ

[q] *Jam vero quæ*] Enumerat omnia vitia, quæ singularia fuerunt in Catilina.

[r] *In ludo gladiatorio*] Ludus gladiatorius, ubi se exercent gladiatores.

[s] *Levior*] Gellius dicit hoc verbum non differre a 'nepote,' et 'nequam.'

[t] *Sodalem*] Sodalis hic dici videtur pro socio in rebus levioribus et voluptuariis.

[u] *Fortis ab istis*] Interdum abusione nomina commutantur, ita ut fortis, audax; crudelis, severus vocetur.

strumenta[2] virtutis,[l] in libidine audaciaque[y] consumerentur. 10. Hunc vero si sui fuerint comites secuti;[3] si ex urbe exierint desperatorum hominum flagitiosi greges; o nos beatos, o rempublicam fortunatam, o præclaram laudem consulatus mei! Non enim jam sunt mediocres hominum libidines, non humanæ ac tolerandæ audaciæ:[4] nihil cogitant, nisi cædes,[5] nisi incendia, nisi rapinas. Patrimonia sua profuderunt: fortunas suas abligurrierunt:[6][z] res eos jampridem, fides deficere[a] nuper[7] cœpit: eadem tamen illa, quæ erat in abundantia, libido permanet.[b] Quodsi in vino[8] et alea comissationes[9][c] solum et scorta quærerent; essent illi quidem desperandi, sed tamen essent

[l] *Fortitudinis.*

his ipsis suis sociis præd. χ 3: *ab istis suis sociis præd.* ψ: *ab istis ipsis præd.* Barb. *ab ipsis præd.* Pith. *ab iis istis suis sociis præd.* Ven. Crat. Vict. Manut. *a suis præd.* Lamb. Ceteri ut Ern. In χ 1. *prædicabitur.*—2 Pro *instrumenta* χ 1. habet *argumenta.* Mox *consumerent* omnes Mss. et edd. præter χ 1. ed. Rom. Jenson. Ven. 1483. Crat. Grut. Heumann. qui habent *consumerentur.*—3 *Si comites erunt sui secuti* Duisb. *fuerint si sui com. secuti* Ven. 1483. *si secuti fuerint sui com.* Barb. et Weiske, prob. Garaton. *si secuti erunt sui com.* e tribus Mss. et Ven. 1480. receperunt Græv. et Orell. Ceteri ut Ern. —4 *Non humanæ audaciæ, ac tolerandæ* Mss. plerique et edd. omnes præter Græv. Ern. Beck. Weiske, qui auctoritate Ms. Grævii dederunt *non humanæ ac tolerandæ audaciæ.* C S ψ *inhumanæ ac intolerandæ audaciæ:* H *humanæ audaciæ ac intolerandæ. Intolerandæ* etiam est in edd. Rom. Ven. 1483. Med. Crat. In χ 3. legitur *humanæ audaciæ perferendæ.*—5 Græv. 2. Mss. Mureti, Ven. 1480. Lamb. Græv. *cædem.*—6 *Obligaverunt* C H S χ 1. χ 3. Barb. Græv. 2. Franc. Duisb. et Mss. Lambini: *abligurierunt* Ms. Mureti et edd. Manut. Lamb. cum Ern. et edd. seqq. *obligurierunt* ceteri. Dein, pro *eos* χ 3. exhibet *omnes.*—7 In χ 1. deest *nuper.*—8 C et χ 1. *Quod si non in vino.*—9 Unus Ms. Mureti et Mss. nonnulli Lambini *comessatores* seu *comissatores,*

NOTÆ

[x] *Industriæ subsidia*] Habebat multa virtutis instrumenta, nobilitatem videlicet, vim corporis et animi: sed his omnibus ad libidines et audaciam abusus est.

[y] *Audacia*] Ad facinus obeundum, et insidiandum occisorum bonis, et ad obsidenda stupra audax fuit.

[z] *Abligurrierunt* [*obligurierunt*] Legunt aliqui *abligurrierunt,* quæ vox frequentius reperitur. Id est, bona sua suavibus mensis et cupediis consumserunt.

[a] *Fides deficere*] Id est, fefellerunt creditores, quare nemo eis amplius pecuniam credit.

[b] *Libido permanet*] Hæc libido omnium pessima est, quæ eadem post dilapidata bona permanet.

[c] *Comissationes*] Ante prandium jentacula, post cœnam comissationes dicebantur.

ferendi. Hoc vero [10] quis ferre possit, inertes homines [d] fortissimis viris insidiari, stultissimos prudentissimis, ebriosos [11] [e] sobriis, dormientes vigilantibus? qui, mihi, accubantes [f] in conviviis, complexi mulieres impudicas, vino languidi,[g] confecti [m] [12] cibo, sertis redimiti,[h] unguentis obliti, debilitati stupris, eructant [13] sermonibus [i] suis cædem bonorum, atque urbis incendia. 11. Quibus ego confido impendere fatum [14] aliquod; [k] et pœnas jamdiu improbitati, nequitiæ, sceleri, libidini debitas, aut instare [l] jam plane, aut certe jam appropinquare.[m] Quos [15] si meus consulatus, quoniam sanare non potest, sustulerit; non breve nescio quod tempus,[16] sed multa sæcula propagarit reipublicæ. Nulla est enim natio, quam pertimescamus; nullus rex, qui bellum populo Romano facere [17] possit.

[m] *Conferti.*

prob. Mureto. Al. *comessationes.*—10 Pro *hoc*, in χ 3. ψ *hos;* et pro *vero*, in C *autem.* Paulo post, ψ *posset.*—11 *Ebrius* Græv. 2. Franc. Barb. Pariss. Mss. Mureti, Ven. 1480. Steph. Lamb. Græv. Beck. Weiske, et Matthiæ. Vid. Nott. Varr.—12 χ 1. χ 3. ψ, Græv. 2. Franc. Duisb. tres Barb. unus Ms. Mureti, et plerique Mss. Gruteri, cum Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. *conferti.* Tum Græv. e Franc. dedit *redimiti sertis.*—13 C et H *eruptant.* Pro *suis* χ 3. habet *supra.*—14 C *factum.* Mox *pœnam . . . debitam* Græv. 2. Franc. Duisb. Barb. Mss. Lambini, Ven. 1480. 1483. Crat. prob. Garaton. Ante *libidini* Franc. addit copulam *et.* Dein χ 1. χ 3. Græv. 2. Franc. Duisb. Barb. cum Schutz. et Matthiæ omittunt *jam* ante *appropinquare.*—15 ψ *Quod.*—16 χ 3. *tempora.* Mox H *remp.* Tum ψ *Nullam esse enim nationem.* In Franc. deest *enim.*—17 Barb. Mss. Mureti, Ven. 1480. 1483. Hervag. Cam. Matthiæ *inferre.* Pro *populo Rom.* in H et S *reip.* Dein tres Mss. Grævii

NOTÆ

[d] *Inertes homines*] Contentio elegantissima. Per inertes exprimit molles et languidos.

[e] *Ebriosos*] Ebriosi sunt qui ad ebrietatem proclives sunt, ebrii vero qui vino madent.

[f] *Qui, mihi, accubantes*] Subjectionis exemplum nobilissimum.

[g] *Vino languidi*] Metaphora ab herbis, quas languere dicimus cum flavescere incipiunt.

[h] *Sertis redimiti*] In conviviis maxime luxuriosis coronas et unguenta adhibere soliti erant veteres: ut videre sæpius est apud Horatium.

[i] *Eructant sermonibus*] Translatum verbum ab hominibus vino languidis, et cibo confectis.

[k] *Fatum aliquod*] Fatum prosperum et adversum generaliter dicitur.

[l] *Instare*] Instat, quod quasi præsens est.

[m] *Appropinquare*] Appropinquat id, quod si non præsens est, at paulo post aderit. Vide igitur discrimen inter utrumque verbum 'instare' et 'appropinquare.'

Omnia sunt externa[n] unius virtute terra marique[o] pacata: domesticum bellum manet: intus insidiæ sunt: intus inclusum periculum est: intus est hostis. Cum luxuria nobis, cum amentia, cum scelere certandum est. Huic ego me bello, Quirites, profiteor ducem;[18] suscipio inimicitias hominum perditorum. Quæ sanari poterunt,[19][p] quacumque ratione sanabo; quæ resecanda erunt, non patiar ad perniciem civitatis[20] manere. Proinde aut exeant, aut quiescant; aut, si et[1] in urbe, et in eadem mente[q] permanent,[2] ea, quæ merentur, expectent.[r]

VI. 12. At etiam sunt, Quirites, qui dicant,[3] a me in exilium ejectum esse Catilinam. Quod ego[4] si verbo assequi possem,[s] istos ipsos ejicerem, qui hæc loquuntur. [*p.* 107.] Homo videlicet[5] timidus[t] et permodestus vocem consulis ferre non potuit: simul atque ire[6] in exilium jus-

Omnia ext. sunt. In H et S deest *virtute.*—18 Mss. et edd. ante Ern. præter Ven. 1480. cum Orell. *Huic ego me bello ducem prof., Quir.* Weiske et Matthiæ *Huic ego me bello, Quirites, ducem prof.* Ceteri ut Ern. Ante *Quirites* Barb. edd. Rom. Ven. 1483. Med. addunt *o.* In C H et S deest *ego.* Post *ducem* χ 3. inserit *esse.* Dein Ern. conjecit *suscipiam* legend.—19 C *potuerunt.* —20 Pro *civitatis* tres Mss. Grævii habent *reip.* Tum *manare* Mss. plerique, Ven. 1483. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. et Orell. *permanere* χ 3. Ms. Lamb. et Ven. 1480.—1 C H S χ 3. et Matthiæ omittunt copulam *et.*—2 χ 3. *permaneant.* Tum H S χ 3. Ven. 1483. Crat. omittunt *ea.*

CAP. VI. 3 *Aut etiam sunt, Quir., qui dicant* Græv. 2. *At sunt etiam, qui dicunt, Quir.* Franc. *At etiam sunt, qui dicant, Quir.* Barb. *At sunt etiam, qui dicunt*, omisso vocab. *Quirites*, Ven. 1480.—4 Græv. 2. *Quos ego.*—5 *Homo enim videl.* Mss. et edd. ante Ern. præter Ven. 1480. cum Oliv. Lall. Ceteri particulam *enim* omittunt. Pro *et* ante *permod.* C H S et χ 3. habent *etiam*; Franc. *et jam*; Duisb. *vel jam*; χ 1. Græv. 2. *aut etiam.* In χ 3. *permolestus.* Mox pro *ferre* in χ 3. et Pith. *perferre.*—6 A Græv. 2. abest *ire*, pro quo in

NOTÆ

[n] *Omnia sunt externa*] Nulla in Europa tunc temporis bella gerebat populus Rom.

[o] *Terra marique*] Ubique vicit Pompeius: nam ejus virtute terra Mithridates victus est; et mari bellum piraticum confectum. Vide pro Lege Man.

[p] *Quæ sanari poterunt, &c.*] Sumta translatio a medicis et chirurgis, qui quæ membra sanari non possunt, resecant, ne reliqua inficiantur.

[q] *In eadem mente*] Id est, in eodem animo conjurationis.

[r] *Expectent*] Debitas suis sceleribus pœnas expectent.

[s] *Quod ego si verbo assequi possem*] Quod si verbo tantum valerem, ut eo possem civem ejicere, eos ipsos ejicerem qui hæc de me loquuntur.

[t] *Homo videlicet timidus*] Ironice Catilinam timidum vocat, quem jam toties ad omne scelus patrandum audacissimum appellavit.

sus est, paruit, ivit.7 Hesterno [u] die cum domi meæ pæne interfectus essem, senatum in ædem Jovis 8 Statoris vocavi: [x] rem omnem ad patres conscriptos detuli. Quo cum Catilina venisset; [y] quis eum senator appellavit? 9 quis salutavit? quis denique ita aspexit, ut perditum civem, ac non potius, ut 10 importunissimum [n] hostem? Quin etiam principes ejus ordinis [z] partem illam subselliorum, ad quam ille accesserat, nudam 11 atque inanem reliquerunt. 13. Hic ego vehemens ille consul, [a] qui verbo cives in exilium ejicio, quæsivi a Catilina, an nocturno 12 con-

[n] *Perniciosissimum.*

Pith. legitur *isse.*—7 Pro *ivit* Mss. plerique et edd. ante Græv. habent *quievit.* Græv. cum edd. seqq. e Ms. Duisb. dedit *ivit.* 'Edd. pr. quidem habent vel *paruit: qui hest. die* ut Ven. 1480. &c. vel *paruit. Quod, &c.* Videatur etiam aliquid excidisse; nam sequentia sunt abruptiora, ut Grævius bene sensit. *Sed res sic habet*, aut simile quid, desiderari videtur.' *Ern.* Heumannus legi maluit *paruit atque ivit.* In C S *par. quod externa:* H *p. quod hesterno:* χ 1. *paruit. Quid ut hesterna:* χ 3. *paruit. Qui externo:* ψ *paruit. Qui ut hesterno.* Ante Muretum in nonn. edd. legebatur, *paruit. Quid quod hesterno die:* edd. antiquæ, auctore Grutero, *paruit. Qui hesterna die;* quod et in Pal. 2. nam reliqui Pall. *qui ut hest.* Colon. *quid ut.* Fabr. *Hesterna quidem die.* Ex istis duobus libris Gulielmius legit *paruit, quievit. Hesterna die, Quir. &c.* Franc. et Barb. *paruit. Qui hesterno die:* Pith. *Quid hesterno die, qua cum domi meæ:* Græv. 2. *paruit. Quid ut dicam hesterno die: Quir. cum domi meæ:* sed *dicam* erat alia manu, æque tamen antiqua: supra *ut* positum. Faciliorem fore transitum censet Grævius, si inde scribatur, *Quid dicam ut hest.* Muretus locum e suo cod. optimo ita laudat, *paruit; quievit. Hesterno die.* Lallemandus nec *quievit*, nec *ivit*, in suis codd. legi ostendit: quomodo autem in iis scribatur, non docet.' *Beck.*—8 Pro *Jovis* χ 3. habet *hujus.* Tum *convocavi* Græv. 2. Franc. Barb. quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. Tum pro *patres conscriptos* in Ven. 1480. *publicum consilium.* Pro *detuli* C *contuli;* H S χ, Ven. 1483. Naug. *retuli.*—9 *Senatorem appell.* Pith. *senatorum appell.* Ven. 1480. *senior appellasset* χ 3. *senator compellavit* conjecit Pithœus.—10 C H S χ 1. omittunt *ut* ante *importuniss.* pro quo χ 3. habet *improbissimum;* Græv. 2. *perditissimum.* Paulo post, *Quis etiam princ.* χ 3. *Quin etiam jam princ.* edd. nonnullæ ante Græv.—11 Ed. Vict. *nudatum.*—12 Ven. 1480. *quæs. de*

NOTÆ

[u] *Hesterno*] Id est, tertio abhinc die.

[x] *Vocavi*] Pertinebat tantum ad consules senatum convocare.

[y] *Catilina venisset*] Senator erat Catilina, ideoque venit in senatum, licet contra patriam conjuraret. Vide superiorem orationem.

[z] *Principes ejus ordinis*] Per principes viros consulares intelligit, qui primi omnium sententiam rogabantur.

[a] *Vehemens ille consul*] Se vehementem consulem appellat, quemadmodum a conjuratis appellabatur.

ventu apud M. Leccam[b] fuisset, necne. Cum ille, homo audacissimus, conscientia convictus,[13] primo reticuisset; patefeci cetera; quid ea nocte egisset, [ubi fuisset,][14] quid in proximam[c] constituisset, quemadmodum esset ei[15] ratio totius belli descripta,[d] edocui. Cum hæsitaret, cum teneretur;[16][e] quæsivi, quid dubitaret eo proficisci, quo jampridem pararat;[17] cum arma, cum secures, cum fasces,[f] cum tubas, cum signa militaria, cum aquilam illam argenteam,[g] cui ille[18] etiam sacrarium scelerum domi suæ fecerat, scirem esse præmissam.[19] 14. In exilium ejiciebam,[h] quem jam ingressum esse in bellum[20] videbam? Etenim, credo,[i] Manlius iste, centurio, qui in agro Fesulano castra posuit, bellum populo Romano suo nomine indixit: et illa



Catil. an noct. In Barb. et Ven. 1483. *an in noct.* C H S, Franc. Duisb. et Orell. *in noct.* Ceteri *an noct.* Mox, Græv. 2. *apud Leccam*, omisso prænomine.—13 Pro *convictus* in χ 3. *conjunctus.* Mox idem Ms. *patefeceram.* Ante *patefeci* Diomedes p. 386. ed. Putsch. addit *postremo.*—14 Lamb. Schutz. Matthiæ, et Orell. auctoritate Ms. Mureti deleverunt verba *ubi fuisset;* quæ Ern. et Beck. uncis includunt. Tum *in proxima* χ 1. ψ, Barb. Ven. 1483. Crat. Grut. In χ 3. desunt verba *quid in prox. const.*—15 A Franc. abest *ei.* Mox *docui* C H S ψ et edd. vett. ante Muretum.—16 Pro *cum teneretur* χ 3. *contemneretur;* Hervag. Cam. Lamb. 1566. *cunctaretur.* Tum, Charisius l. II. p. 202. consentiente Diomede p. 387. *interrogavi, num dubitaret, &c.* Porro *proficisci eo* edd. ante Lamb. cum Orell.—17 χ 1. χ 3. Heumann. Matthiæ, et Orell. *pararet.* Post *secures* C H S χ 1. Franc. Duisb. Barb. Ven. 1483. addunt *cum dignitates.*—18 Pro *cui ille* ψ *cum ille;* C H S χ 1. *cui cum.* Pro *sacrarium* in χ 3. *sarcinam.* In ψ, Pall. 6. 9. deest *scelerum*, prob. Grutero.—19 Græv. 2. et Ms. Basilicanus ap. Grut. *præmissa.*—20 Mss. nonnulli et edd. pleræque ante Lamb. *in bellum esse.* Dein Steph. *vide-*

NOTÆ

[b] *Apud M. Leccam*] De Lecca superiori oratione dixit § 8.

[c] *Quid in proximam* [*proxima*] Legit *proximam* Muretus; eam nempe, qua exire constituerat Catilina.

[d] *Descripta*] Sic descripserat totam belli rationem, ut alios cædibus, alios incendiis, alios variis urbis partibus præfecerit.

[e] *Cum teneretur*] Sic convictus est manifestis signis, quæ a Cicerone prolata sunt, ut nihil contra proferre ausus sit Catilina.

[f] *Secures, cum fasces*] Secures et fasces insignia sunt consulum, quæ sibi sumsit Catilina ad castra Manlii proficiscens.

[g] *Aquilam illam argenteam*] Vide superiorem orationem, § 24. not.

[h] *In exilium ejiciebam*] Purgat se Cicero, quod ejecerit in exilium Catilinam, ut vulgo a fautoribus conjuratorum dicebatur, cum in patriam bellum suscepturus, ad castra profectus esset.

[i] *Etenim, credo*] Ironia.

castra nunc non[1] Catilinam ducem expectant: et ille,[2] ejectus in exilium, se Massiliam, ut aiunt,[3] [k] non in hæc castra conferet. VII. O conditionem miseram, non modo administrandæ, verum etiam conservandæ reipublicæ! Nunc,[4] si L. Catilina, consiliis, laboribus, periculis meis circumclusus ac debilitatus, subito pertimuerit, sententiam mutaverit,[5] deseruerit suos, consilium belli faciundi abjecerit, ex hoc[6] cursu sceleris et belli iter ad fugam atque in exilium[7] converterit; non ille a me spoliatus armis audaciæ, non obstupefactus[8] ac perterritus mea diligentia, non de spe conatuque depulsus, sed indemnatus, innocens, in exilium ejectus a consule,[9] vi et minis esse dicetur: et erunt, qui illum, si hoc fecerit, non improbum, sed miserum;[10] me non diligentissimum consulem, sed crudelissimum tyrannum existimari[11] velint. 15. Est mihi tanti,[o] Quirites,[12] hujus invidiæ falsæ atque iniquæ[13] tempestatem subire, dummodo a vobis hujus horribilis belli ac nefarii[14] periculum depellatur. Dicatur sane[15] ejectus esse

[o] *Non recuso.*

rem. Mox *Manlius* e conjectura Mureti delevit Lamb. 1566.—1 A χ 1. abest *nunc*, et a χ 3. *non*. In H S deest *ducem*.—2 Heumann. conjecit *sed ille*. Tum χ 3. *rejectus*. Paulo post, C *in Maxiliam*; H S χ 1. *in Massiliam*.—3 Verba *ut aiunt*, Heumanno et Ernesto suspecta, delevit Schutz. Dein C χ 1. *confert*; χ 3. *conferre*.

CAP. VII. 4 Heumann. mavult *Nam* legi. Ante *si* ψ addit *etiam*. In C deest prænomen ante *Catil.* Paulo post, a χ 3. abest *periculis*.—5 *Permutaverit* C H S χ 3. Franc. Barb. Ven. 1483. Crat. In Ven. 1480. pro *sententiam* legitur *sin autem*, unde Garaton. conjecit *si mentem mutav.* Dein *suos deser.* Græv.—6 *Ab hoc* ψ: *et ex hoc* χ 1. Barb. et Ven. 1483. Pro *hoc cursu* C H S habent *occursu*. In χ 3. deest *cursu*. Tum *scel. ac belli* Ven. 1480. *sui scel. ac belli* Barb.—7 Græv. 2. et Ven. 1480. *atque exil.* sine præpositione, ut volebat Lamb. prob. Garaton. Verba *atque in exil.* non sunt in χ 3. qui legit *convertit*.—8 Ms. Lamb. *obstipefactus*.—9 C H S χ 3. *consulis*. Pro *minis* in χ 3. *armis*.—10 Pro *miserum* Mss. nonnulli *mirum*; C H S χ 3. Græv. 2. Ven. 1483. Crat. Cam. *timidum*.—11 C H S χ 3. *existimare*.—12 Ante *Quirites* C H S et χ 3. addunt *eo*.—13 C *iniquo*.—14 Græv. 2. *belli nefariique*: C S *periculi*: H *pericula*.—15 Steph. omittit *sane*. Pro *ejectus esse* χ 1. *ejectum*

NOTÆ

[k] *Massiliam, ut aiunt*] Sallustius refert optimo cuique literas dedisse Catilinam, se falsis criminibus circumventum, quoniam eorum factionibus resistere non potuerat, Massiliam in exilium proficisci, non quod se tanti sceleris conscium reputaret, sed ne qua ex sua contentione seditio oriretur. De Massilia vide orat. pro Fonteio, § 3. not.

a me, dummodo eat in exilium: sed mihi credite, non est iturus. Nunquam ego a Diis immortalibus optabo, Quirites, invidiæ meæ levandæ[16] causa, ut L. Catilinam ducere exercitum[17] hostium, atque in armis volitare[p] audiatis: sed triduo[q] tamen audietis:[18] multoque magis illud timeo, ne mihi sit invidiosum aliquando, quod illum emiserim potius, quam quod[19] ejecerim. Sed cum sint homines, qui illum, cum profectus sit, ejectum esse dicant, iidem, si interfectus esset, quid dicerent? 16. Quanquam isti, qui Catilinam Massiliam[20] ire dictitant, non tam hoc queruntur,[1] quam verentur. Nemo est istorum[2] tam misericors, qui illum non ad Manlium, quam ad Massilienses[3] ire malit. Ille autem, si,[4] mehercule, hoc, quod agit,[l] nunquam ante cogitasset, tamen latrocinantem[m] se interfici mallet, quam exulem vivere.[5] Nunc vero, cum ei nihil adhuc præter[r] ipsius voluntatem[6] cogitationemque acciderit, nisi quod vivis nobis Roma profectus est; optemus potius, ut eat[7] in exilium, quam queramur.

VIII. 17. Sed cur tamdiu de uno hoste loquimur; [p. 108.] et de eo hoste, qui jam[8] fatetur se esse hostem; et quem, quia (quod semper volui) murus interest, non timeo; de his,[9] qui dissimulant, qui Romæ remanent, qui nobiscum sunt, nihil dicimus?[10] quos quidem ego, si ullo modo

[p] *Exultare.* [q] *Intra tres dies.* [r] *Contra.*

omne.—16 Al. *relevandæ.*—17 χ 1. ψ *ducem exercitum:* Græv. 2. *ducem exercitus.* Pro *hostium* χ 1. habet *suum.*—18 χ 3. *audiatis.*—19 C H S ψ omittunt *quod*, ut conjecerat Heumann.—20 C *in Maxiliam:* H S χ 3. Franc. *in Massiliam.*—1 C et S *querunt.*—2 Matth. *illorum.*—3 C *Maxilienses.*—4 Pro *si* ψ habet *sine.* Dein *mehercules* C H S χ 3. et edd. pleræque ante Grut. cum Orell. Paulo post, ψ *unquam,* et C χ 3. Steph. Vict. Lamb. *antea.*—5 Pro *vivere* χ 3. *fieri.* Tum ψ *Num vero.*—6 ψ *voluptatem.*—7 χ 3. *exeat.*

Cap. VIII. 8 Duisb. et Franc. omittunt *jam* ante *fatetur.* Schutz. ex Erl. et Guelf. edidit *qui se fatetur esse hostem.* Tum, *quem* non est in C H S, nec *semper* in ψ.—9 Post *his* χ 3. addit *dixi.* Dein *qui simulant* C H S χ 3. Ven. 1483. Crat.—10 Ante *nihil dic.* χ 1. habet *de his.* Pro *quos quidem* in C H S *quod quidem.* Mox, Mss. Lambini, et Ven. 1480. cum Ern. Beck. Weiske, Beck. Schutz. Matthiæ et Orell. *fieri possit.* Ceteri *fieri posset.*—

NOTÆ

[l] *Hoc, quod agit*] Nempe patriæ bellum inferre.

[m] *Latrocinantem*] Id est, patriæ bellum inferentem.

fieri possit, non tam ulcisci[s] studeo,[11] quam sanare, et ipsos placare reipublicæ; neque, id quare fieri non possit, si me audire volent,[12] intelligo. Exponam enim vobis, Quirites, ex quibus generibus hominum istæ copiæ comparentur: deinde singulis medicinam consilii atque orationis[13] meæ, si quam potero, afferam. 18. Unum genus est[14] eorum, qui, magno in[15] ære alieno,[t] majores etiam[16] possessiones habent, quarum amore adducti[17] dissolvi[n] nullo modo possunt. Horum hominum species est[18] honestissima (sunt enim locupletes), voluntas vero et causa impudentissima. Tu agris, tu ædificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omnibus ornatus et copiosus sis; et dubites[19] de possessione detrahere,[o] acquirere ad fidem?[p] Quid enim expectas?[20] bellum? quid? ergo in vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas[q] futuras pu-

[s] *Punire.* [t] *Debentes multa.*

11 Pro *studeo* χ 3. *sitio.* Tum pro *sanare* χ 3. *satiare*; ψ *sanari:* pro *et* C H S *non*; ψ *sibi.* In Græv. 2. Franc. Barb. Colon. Fabric. Vict. et tribus Pall. *sanare sibi ipsos, placare reip.* unde Modius Epist. CIV. legi maluit *sanare ipsos sibi, placare reip.* Orell. conjecit, *sanare, et sibi ipsos placare, et reip.* Post *reipubl.* χ 3. addit *studeo.*—12 *Si a me audire volent* Franc. *si audire a me volent* Ven. 1480. Edd. aliæ ante Grut. *si me audire voluerint* quod etiam est in C H S χ 3. In ψ *volunt.*—13 *Rationis* Ms. Grævii, ipso probante. In Basilicano *oratione*, quod Gulielm. probat.—14 *Primum genus est* C H S, Ven. 1483. Crat. Manut. Lamb. *Unum est*, omisso *genus*, Grut. Oliv. Lall. —15 C H S, Ven. 1480. 1483. omittunt præpositionem ante *ære.*—16 In χ 1. deest *etiam.* Dein ψ *habeant.*—17 Pro *adducti* Ern. conjecit *astricti*, ut in Parad. I. 2. et Weiske *addicti.* Schutz. legi maluit *amore adduci ad dissolvendum* —18 χ 1. et edd. nonnullæ *est* omittunt.—19 Græv. 2. *Tu cum agris, tu cum æd., tu cum arg., tu cum fam., tu cum reb. omn. orn. et cop. sis et dubites.* In Duisb. *orn. et cop. sis dubitas:* Franc. *orn. et cop. dubitas.* Ante *de possess.* C H S χ 3. Ven. 1483. Crat. Hervag. Cam. Lamb. Matthiæ addunt *aliquid.* Paulo post, nonnullæ edd. vett. *ac fidem acquirere:* Ms. Mureti, ipso probante, *ad fidem acquirere*; et sic Lamb. 1566. In C *ac acquirere ad fidem:* H S χ 3. *ac acquirere fidem:* Duisb. Barb. Ven. 1480. *acquirere fidem.* Ceteri ut Ern.—20 Pro *expectas* Franc. habet *dubitas:* C *expecta:* χ 3. *expectamus.* Pro *Quid? ergo* ψ habet *Quid enim.* Tum Græv. 2. *in vastationem.* Pro om-

NOTÆ

[n] *Dissolvi*] Dissolvitur æs alienum, cum creditoribus fit satis.

[o] *Detrahere*] Detrahitur aliquid de possessionibus, cum quis vendit aliquid ex eis, ut ære alieno liberetur.

[p] *Acquirere ad fidem* [*fidem acquirere*] Fidem amittit debitor, qui æs alienum non dissolvit.

[q] *Sacrosanctas*] Sacrosanctum est quod nemo violare audet. Sic sacrosancti tribuni plebis dicebantur. Vide Livium lib. II.

tas?[1] An tabulas novas?[r] errant, qui istas[2] a Catilina expectant. Meo beneficio tabulæ novæ[3] proferentur, verum auctionariæ:[s] neque enim isti, qui possessiones habent, alia ratione ulla salvi[4][t] esse possunt. Quod si maturius[u] facere voluissent, neque (id quod stultissimum est) certare[5] cum usuris fructibus[u] prædiorum; et locupletioribus his et melioribus civibus uteremur. Sed hosce homines minime puto pertimescendos,[6] quod aut deduci de sententia possunt;[7] aut, si permanebunt, magis mihi videntur vota[8] facturi contra rempublicam, quam arma laturi. IX. 19. Alterum genus est eorum, qui quanquam premuntur[9] ære alieno, dominationem tamen expectant; rerum potiri volunt;[x] honores, quos quieta republica desperant, perturbata[10] consequi se posse arbitrantur. Quibus hoc præ-

[u] *Citius.*

nium ψ *omni.* Denique χ 3. *possessionum tuas.*—1 χ 1 *putes.* Pro *An*, quod Mss. Lambini omittunt, in Ven. 1480. legitur *Aut.*—2 Barb. et Ven. 1480. *ista.*—3 Vox *novæ* Ernesto et Wetzel. suspecta fuit. In C H S χ 1. χ 3. et edd. pr. *proferuntur.* Porro χ 3. *verum actionariæ.*—4 χ 1. *saluti.*—5 Barb. *certarent.* Dein *cum us. et fructibus* Pal. 2. Franc. Duisb. et Mss. Cujacii: *cum us. prædiorum fruct.* Barb. *cum us. fructus præd.* scribi maluit Heumann. Copulam ante *locupletioribus* omittunt Ven. 1483. Crat. Hervag. Cam. Matthiæ. Pro *his* χ 1. habet *hujus.* Præterea ψ *uterentur.*—6 χ 1. *puto pertimescere Deos:* Barb. *puto esse pertimescendos.* Pro *quod* C habet *quid;* Græv. 2. et Ven. 1480. *qui*, sicque edidit Græv.—7 ψ *sententia levit'* (sic) *possunt.* Mss. nonnulli, teste Lamb., *sent. facile poss.*—8 χ 1. *nota.*

CAP. IX. 9 Heumann. scribi jussit *non premuntur.* In ψ deest *ære.* Pro *tamen* in eodem Ms. *inde.* Tum *expetunt* Naug. Cam.—10 H et S *turbata.* In

NOTÆ

[r] *Tabulas novas*] Cum quis ære alieno oppressus erat, aut senatusconsulto, aut imperatoris decreto, tabulæ novæ in foro proponebantur, quibus credita debitoribus pecunia condonabatur. Pollicebatur autem Catilina se publice incensurum omnes argentariorum tabulas, ita ut nemo, quod æris alieni antea contraxisset, persolvere cogeretur. Sallust.

[s] *Auctionariæ*] Tabulæ auctionariæ sunt, quæ in auctione proferuntur, cum nempe publica bonorum venditio fit, et res ei addicitur qui majus pretium obtulerit.

[t] *Salvi*] Non possunt aliter ære alieno liberari.

[u] *Certare cum usuris fructibus*] Id est, putare fructus prædiorum usuris majores esse.

[x] *Rerum potiri volunt*] Discrimen est inter illa verba 'potiri rebus' et 'rerum potiri.' 'Potiri rerum' de iis dicitur, qui dominantur, et principatum tenent: 'potiri rebus,' de iis qui fruuntur voluptate, pecunia, &c.

cipiendum videtur,[11] unum scilicet et idem, quod ceteris omnibus,[12] ut desperent, se id, quod conantur,[13] consequi posse: primum omnium me[14] ipsum vigilare, adesse, providere reipublicæ: deinde magnos animos esse in bonis viris, magnam concordiam, maximam multitudinem,[15] magnas præterea copias militum; Deos denique immortales huic invicto populo, clarissimo imperio, pulcherrimæ urbi, contra[16] tantam vim sceleris, præsentes auxilium esse laturos. Quodsi jam sint[17] id, quod cum summo furore cupiunt, adepti; num illi in cinere[18] urbis, et sanguine[19] civium, quæ mente conscelerata[20] ac nefaria concupierunt, se consules ac dictatores,[1] aut etiam reges sperant futuros? Non vident id se cupere,[2] quod si adepti fuerint, fugitivo alicui aut gladiatori concedi sit necesse? 20. Tertium genus est[3] ætate jam affectum,[y] sed tamen exercitatione robustum; quo ex genere[4] est ipse Manlius,[z] cui nunc

ed. Steph. *se* ante *posse* omittitur.—11 χ 3. *hæc præcip. videntur.*—12 Pro *ceteris omnibus* Ven. 1483. exhibet *ceteris hominibus;* C *reliquis hominibus;* ψ, Pith. Duisb. Barb. Mss. Lambini et Ven. 1480. *reliquis omnibus.* In H et S deest *ceteris,* ut volebat Gœrenz. Fin. IV. 18.—13 Ern. conjecit *conentur.* Ante *consequi* Græv. 2. et Ven. 1480. addunt *se;* et post *posse* ψ inserit *arbitrantur.*—14 Ante *me* χ 1. addit *sciant.* In Græv. 2. *me ipsum posse vig.*—15 Ern. Weiske, Schutz. Matthiæ aliquid excidisse censent. In Duisb. *magnam multitudinem:* Schutz. conjecit *maximam equitum mult.* Tum Grævius e uno Ms. recepit *magn. præt. militum copias.* Paulo post, pro *denique* in χ 3. *deinde.*—16 χ 1. non habet *contra.*—17 In χ 1. *Qui si;* et H S χ 3. *jam sunt.* In χ 1. deest *furore.*—18 χ 1. *cineres.*—19 *Atque in sang.* Muret. *et in sang.* Mss. Lambini, Ven. 1480. Steph. Lamb. et Orell.—20 *Scelerata* C H S, Ven. 1480. 1483. Crat. *cum scelerata* χ 1.—1 Barb. et Mss. Lambini, cum Ven. 1480. Hervag. Naug. et Beck. *cons. se aut dict.* et sic Lamb. et Orell. nisi quod *ac dict.* habeant. *Se* h. l. omisso, mox pro *sperant* χ 3. habet *se spectant;* H S, Ven. 1483. Crat. *se expectant.*—2 Franc. *num illi vident id sese cupere.* Mox, *adepti sint* Græv. 2. Duisb. Franc. Barb. Ven. 1480. *adepti sunt* C H S χ 1. χ 3.—3 χ 1. *erat.* Mox pro *affectum,* Mss. Mureti habent *effœtum;* Mss. ap. Grut. *effectum;* C H S χ 1. χ 3. Pal. 10. Ven. 1483. Vict. Lamb. *confectum.* Heumannus conjecit *ære alieno confectum.* Verba *sed tamen* omittunt C H S χ 3. Pal. 10. et edd. ante Grut. Orellius ea uncis inclusit.—4 Pro *quo ex genere,* ψ *qua ex gente;* Græv. 2. *de quo genere.* Tum *iste est Mallius* Mss. Mureti, Naug. Cam. Lamb. Beck. et Orell. *est iste Malius* Barb. Paulo post, in Franc. deest *nunc;* et pro *succedit* C H S χ 3. Franc. Ven. 1483. Lamb. habent *successit.*—

NOTÆ

[y] *Ætate* [*affectum*] In conjuratione Catilinæ multi erant Sullani milites fugitivi per Italiam, et bellicosi, quos spe prædæ et rapinarum ad se Catilina adduxerat.

[z] *Ipse Manlius*] Manlius in castris Sullæ militaverat.

Catilina succedit. Hi sunt homines ex iis[5] coloniis,[a] quas [Fesulis[b]] Sulla constituit; quas ego universas[6] civium esse optimorum, et fortissimorum virorum sentio: sed tamen hi sunt coloni, qui se in[7] insperatis repentinisque pecuniis sumtuosius insolentiusque jactarunt.[c] Hi dum ædificant, tanquam beati;[8] dum prædiis, lecticis,[d] familiis magnis, conviviis[9] apparatis delectantur, in tantum æs alienum inciderunt,[x] ut, si salvi esse velint, Sulla sit iis ab inferis excitandus.[y] Qui etiam nonnullos agrestes, homines tenues atque egentes,[z] in eandem illam[10] spem rapinarum veterum[e] impulerunt. Quos ego utrosque, Quirites,[11] in eodem genere prædatorum direptorumque pono. Sed eos[12] hoc moneo: desinant furere, ac proscriptiones[f] et dictaturas cogitare.[13] Tantus enim illo-

[x] *Contraxerunt tantum æs alienum.*
[y] *Revocandus ad vitam.* [z] *Mendiculos.*

5 *Iis* non est in χ. Dein *Fesulas* χ 1. ψ, Franc. Duisb. Græv. 2. Basil. Vict. tres Pall. et Mss. Pariss. *Fesulis* ex auctoritate Mss. delevit Lamb. quem Heumann. Lall. Weiske, Schutz. Matthiæ et Orell. secuti sunt. Ern. et Beck. uncis includunt. Vid. Nott. Varr.—6 χ 3. *quos ego universos,* ut Lamb. conjecit. Mox a Franc. abest *virorum.*—7 Præpositionem ante *insperatis* non agnoscunt Mss. et edd. ante Ern. qui e conj. eam inseruit, et quem Beck. Wetzel. Schutz. Matth. et Orell. secuti sunt. Pro *repentinisque* in C *ac repentinis.* Postea, χ 3. *jactant.*—8 Pro *beati* C *beatitudinum præsules;* χ 1. χ 3. *beatitudinem præsules.* H S et Græv. omittunt *dum* ante *prædiis.* Dein *prædiis lectis* Ms. Mureti, Ven. 1480. Manut. Lamb. *prædiis latis* Matthiæ e conjectura Garatoni. Weiske conjecit *prædiis lautis.* In Franc. legitur, *dum prædiis, lectitiis famil.*—9 Pro *conviviis* H habet *quibus,* et S *cujus.* Tum *apparatibus* Barb. Ven. 1483. Crat. Hervag. Cam.—10 C H S χ 3. omittunt *illam.*—11 A Franc. Barb. ψ, abest *utrosque,* et a Ven. 1480. *Quirites.* Mox, ψ *prædicatorum:* Colon. *prædiatorum.*—12 In χ 3. deest *eos.*—13 Pro *cogitare* H *quærere.* Dein C *Tantum.* Paulo post, pro *inustus est,* χ 1. *injunctus;* χ 3. *invictus est.*

NOTÆ

[a] *Ex iis coloniis*] Septem et quadraginta colonias deduxit Sulla post victoriam, suisque militibus civium domos et agros largitus est.

[b] *Fesulis*] Politianus Epist. l. I. ait Fesulas ab Atlante conditas, easque Fesulas a filia sua Fesula appellasse.

[c] *Jactarunt*] Hi milites, deducti in colonias, divitias suas ostentabant, sumtuose eas profundendo.

[d] *Lecticis*] Lecticis utebantur ægroti et senes, mulieres, et homines delicatuli.

[e] *Rapinarum veterum*] Spe rapinarum attraxerunt, quales factæ sunt temporibus Sullæ.

[f] *Proscriptiones*] Homines ejusmodi tenues et egeni non debent sperare fore ut dictatorem se constituat Catilina, et similis sit Sullæ, qui eorum omnium bona proscripsit, quos suis partibus contrarios habuit.

rum temporum dolor inustus [a] est civitati, ut jam ista non modo homines, sed ne pecudes quidem mihi passuræ esse videantur. X. 21. Quartum genus est [14] sane varium, et mistum, et turbulentum; [g] [*p.* 109.] qui jampridem premuntur; qui nunquam emergent; [15 h] qui partim inertia, partim male gerendo [16] negotio, partim etiam sumtibus, in vetere ære alieno vacillant: qui vadimoniis,[i] judiciis, proscriptionibus [17] bonorum defatigati, permulti et ex urbe et ex agris se in illa castra [k] conferre dicuntur. Hosce [18] ego non tam milites acres, quam inficiatores lentos [l] esse arbitror. Qui homines primum si stare non possunt, corruant; [19 m] sed ita, ut non modo civitas, sed ne [20] vicini quidem proximi sentiant. Nam illud [1] non intelligo, quamobrem, si vivere honeste non possunt, perire turpiter velint; aut cur [2] minore dolore perituros se cum multis, quam si soli pereant, arbitrentur.[3] 22. Quintum genus est parricidarum, sicariorum, denique omnium facinorosorum: [4] quos

[a] *Allatus.*

CAP. X. 14 C H S χ 3. Franc. omittunt *est.* Pro *sane varium* in χ 3. *vanum.*—15 χ 3. Barb. Græv. 2. Duisb. Mss. Lambini et edd. nonn. *emergunt:* Ven. 1480. *emergant:* Franc. *emerguntur:* alii, teste Lamb., *se emergunt.*—16 Ante *male ger.* Franc. addit *in.* Tum *negotia* Græv. 2. et edd. paucæ.—17 χ 1. et Græv. 2. *proscriptione.* Mox, Gulielm. conjecit *diffatigatos.* Copulam ante *ex urbe* C H S omittunt. In H et S quoque deest *et* ante *ex agris:* C non habet præpositionem.—18 Post *Hosce* Franc. addit *homines.* Ab ed. Steph. *ego* abest. Dein *non tam multos quam* Franc. *non tam milites quam* Pal. 2. *acres* ascripto ab alia manu. Heumann. *acres* deleri jussit. Pro *inficiatores* ψ et margo Crat. *institores;* Heumann. et Schutz. *insidiatores.* Pro *lentos* in Ven. 1480. legitur *leves.*—19 ψ *corruunt.*—20 C H S *neque.*—1 ψ

NOTÆ

[g] *Et turbulentum*] Aliud hominum genus, qui Catilinam sequuntur, turbulentum est et seditiosum, ex turba et multitudine, et veluti colluvione hominum conflatum.

[h] *Nunquam emergent*] Translatio sumta ab aquis, ex quibus dicitur quis emergere tanquam ex naufragio. Significat vero homines ejusmodi nunquam divites fore, quia ære alieno nunquam liberabuntur.

[i] *Vadimoniis*] Vadimonia sunt sponsiones sistendi se in judicio, quibus si quis deest, adversus eum judicium datur, et creditor in ejus possessiones mittitur.

[k] *In illa castra*] Fæx illa hominum ad castra Manlii confluebat.

[l] *Inficiatores* [*insidiatores*] *lentos*] Multi legunt *inficiatores,* id est, homines exercitatos ad negandum quibus debent.

[m] *Corruant*] Si in suis bonis stare illi non possunt, semetipsos interficiant; nam ipsis honestius est pacifice, quam tumultuose, et cum rei-

ego a Catilina non revoco: nam neque divelli ab eo[5] possunt: et pereant sane in latrocinio,[n] quoniam sunt ita multi, ut eos capere carcer[6] non possit. Postremum autem genus est, non solum numero, verum etiam genere ipso atque vita, quod proprium est Catilinæ,[7] de ejus delectu, immo vero de complexu ejus ac sinu;[b] quos pexo capillo,[o] nitidos, aut imberbes,[p] aut bene barbatos[8][q] videtis; manicatis[r] et talaribus tunicis;[9] velis amictos,[s] non togis: quorum omnis industria vitæ, et vigilandi labor in antelucanis[t] cœnis[10] expromitur. 23. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri[c] impudicique versantur.[11] Hi pueri tam lepidi[u] ac delicati,[12] non solum amare et amari,

[b] *De familiarissimis ipsi et intimis.* [c] *Improbi.*

aliud.—2 χ 3. *cum.*—3 H *arbitrantur.*—4 ψ *flagitiosorum.*—5 Lamb. et Græv. e Ms. *neque ab eo div.* Paulo post, Matthiæ omittit *sane.*—6 Lamb. *carcer capere*, et C *non posset.* Tum in C deest *autem.*—7 Lamb. legi maluit *atque vita, propr. Catilinæ:* Gulielm. autem, non improb. Grut., *vita, Quirites, proprium Catilinæ.* In nonnullis Mss., teste Grut., et Ven. 1480. legitur *quod propr. Catilinæ est.* Pro *delectu* Ven. 1480. *delitiis.*—8 In Ven. 1480. *aut quando barb.* Pro *bene*, quod Crat. omittit, Manutius corrigit *pæne;* Garaton. conjecit *belle*, et Ferrat. in Epistt. *vix.*—9 *Talaribus ac tritis tunicis* C H S ψ et edd. ante Lamb. qui ex auctoritate Mss. cum edd. seqq. verba *ac tritis* delevit: absunt etiam a Mss. Hittorp. In χ 1. et χ 3. *talaribus attritis tun.* Pal. 2. *manic. et tritis tun.* Pal. 6. *manic. et tribus tun.* Ven. 1480. *manic. et strictis tun. et talaribus.*—10 ψ *scenis.* Dein χ 1. χ 3. ψ, Græv. 2. Franc. et Ven. 1480. *exprimitur.* Porro, Donatus ad Terent. Adelph. laudat, *In his bonis greg.*—11 C *omnes imp., omnes impudicique vers.* ψ *omnes imp., omnes impudici vers.*—12 Colon. *lep. tam delic.* Ante *non* C H S χ 1. χ 3. ψ addunt *qui.*

NOTÆ

publicæ periculo mori.

[n] *In latrocinio*] Bellum illud contra patriam latrocinium semper nominavit, quia conjuratis non indictum fuerat.

[o] *Pexo capillo*] Jam eorum mollitiem describit, qui Catilinam sequuntur.

[p] *Aut imberbes*] Imberbes, vel pueri et adolescentes, vel molles et effœminati sunt.

[q] *Aut bene barbatos*] Bene barbati sunt qui comtam et delibutam unguentis barbulam fovent. Romanis mos fuit, ut barbam alerent; sed A. U. C. 454. adductis e Sicilia a P. Lucino Mena in urbem tonsoribus, radi barba cœpta est. Vide Plinium lib. VIII.

[r] *Manicatis*] Tunica vestis Romanorum interior fuit, quam habere talarem ac manicatam, flagitium veteres existimabant: solis enim mulieribus permissum id erat.

[s] *Velis amictos*] Vel tenuitatem togarum, vel laxitatem arguit.

[t] *Antelucanis*] Cœnas eorum arguit, quæ a prima nocte usque ad auroram producebantur.

[u] *Tam lepidi*] Ironia.

neque[13] cantare et saltare, sed etiam sicas vibrare,[x] et spargere venena[y] didicerunt: qui nisi exeunt, nisi pereunt,[14] etiamsi Catilina perierit, scitote hoc[15] in republica seminarium[z] Catilinarium[16] futurum. Verumtamen quid sibi isti miseri volunt? num suas secum mulierculas sunt in castra ducturi? quemadmodum autem[17] illis carere poterunt,[18] his præsertim jam noctibus?[a] quo autem pacto illi Apenninum,[b] atque illas pruinas ac nives perferent? nisi idcirco se facilius[19] hyemem toleraturos putant, quod nudi in conviviis saltare didicerunt.

XI. 24. O bellum magnopere[c] pertimescendum, cum hanc sit habiturus[20] Catilina scortorum cohortem prætoriam.[d] Instruite nunc, Quirites, contra has tam præclaras Catilinæ copias vestra præsidia vestrosque exercitus:[1] et primum gladiatori illi confecto[e] et saucio, consules[2] im-

—13 Pro *neque* ante *cantare* Franc. habet *verum*. Pro *cantare et saltare* C H S, Franc. Ven. 1483. Crat. Cam. Vict. Manut. habent *cantare et psallere*; Ven. 1480. Steph. Lamb. *saltare et cantare*. Schutz. et Orell. e conjectura Garatoni dederunt *psallere et saltare*, prob. Beck. Ceteri ut Ern.—14 H S *qui ni exeunt, ni pereunt*. ψ et Franc. *qui nisi exeant, nisi pereant*.—15 C H S et Mss. Lambini *hoc* omittunt. In Ven. 1480. et Barb. *in hac republ.*—16 Steph. Lamb. Heumann. Weiske, Schutz. Matthiæ *Catilinarum*. Mox C H S *Verum*, omisso *tamen*. In χ 1. deest *miseri*.—17 *Autem* non est in C H S.—18 *Potuerunt* C χ 1. *possunt* ψ. Mox, a Franc. 1. abest *jam*, probante Grævio.—19 χ 3. omittit *se facilius*. In ψ *hiemes*.

Cap. XI. 20 C *si hab.* Dein Mss. nonnulli et edd. ante Grut. *scortatorum*. —1 χ 1. *vestros exerc.*—2 *Et consulem* χ 1. *consulem* χ 3. Tum Franc. *impe-*

NOTÆ

[x] *Sicas vibrare*] Sciunt sicas in civium corpora adigere.

[y] *Spargere venena*] Veneno homines tollere.

[z] *Seminarium*] Seminarium est locus subactus, in quo cum semina fruticum arborumve excreverunt, in viretum aut arbustum transferuntur. Est autem translatum, quod pro principio et origine sumitur.

[a] *His noctibus*] Cum ad sextum idus Novembris hanc orationem haberet, frigidiores jam et longiores noctes erant.

[b] *Apenninum*] Mons Apenninus mediam Italiam dividit, quem Livius ait vento et frigore biduum Hannibali obstitisse.

[c] *O bellum magnopere*] Ironia egregia, et comparatio exercitus Catilinarii cum præsidiis pop. Rom.

[d] *Cohortem prætoriam*] Dicitur prætoria cohors, quæ nunquam discedit a prætore vel consule. Hanc primum instituit Scipio Africanus: in eam autem assumsit ex toto exercitu fortissimum quemque militem.

[e] *Gladiatori confecto*] Gladiator confectus idem est ac graviter vulneratus. Sic Tusc. lib. III. confectos vo-

peratoresque vestros opponite: deinde contra illam[3] naufragorum[f] ejectam ac debilitatam manum, florem totius Italiæ ac robur educite. Jam vero urbes[4] coloniarum[g] ac municipiorum respondebunt Catilinæ tumulis[5] sylvestribus. Neque vero ceteras copias, ornamenta,[h] præsidia vestra, cum illius latronis inopia atque egestate conferre debeo.[6] 25. Sed, si, omissis his rebus omnibus,[7] quibus nos suppeditamus, eget ille, senatu, equitibus Romanis, populo,[8] urbe, ærario, vectigalibus, cuncta Italia, provinciis omnibus, exteris[9] nationibus, si, his rebus omissis, ipsas causas, quæ inter se confligunt, contendere[d] velimus; ex eo ipso,[10] quam valde illi jaceant, intelligere possumus.[11] Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia; hinc pudicitia, illinc stuprum; hinc fides, illinc fraudatio; hinc pietas, illinc scelus; hinc constantia, illinc furor; hinc honestas, illinc turpitudo; hinc continentia, illinc libido: denique[12] æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia,

[d] *Comparare.*

ratores vestros.—3 In Græv. 2. deest *illam.*—4 Manut. corrigit *vires*, prob. Heumann. *arces* conjecit Garaton.—5 Edd. nonnullæ *tumulos:* Mss. nonnulli *cumulis*, prob. Mureto. Græv. 2. *respondebunt tumulus* (sic) *sylvestribus:* Franc. *respond. e tumulis sylvestr.* In Duisb. quoque deest *Catilinæ.* Pro *Neque vero* χ 3. habet *Neque ego;* et Steph. *Neque enim.*—6 χ 1. et χ 3. *conf. debebo:* nonnullæ edd. vett. cum Orell. *debeo conf.*—7 In Ms. Lamb. et ed. Steph. deest *omnibus.* Mox *suppeditamur* C S, Barb. Mss. Lambini, Ven. 1483. Crat. Hervag. Cam. Lamb. *suppeditabimus* χ 3. *superamus* alii.—8 In H χ 1. χ 3. et Græv. 2. deest *populo.* Pro *Romanis, populo* in C legitur *populo R.* Ante *vectigalibus* χ 3. addit *ac.*—9 *Externis* C: *ceteris* χ 3. qui cum χ 1. legit *sed si.* Ante *his rebus* ψ, Hervag. Cam. Lamb. Grut. Oliv. Lall. et Schutz. addunt *inquam*, quod Græv. cum edd. seqq. delevit: abest etiam a Mss. plerisque et edd. pr. Post *his* ψ addit *omnibus.*—10 χ 1. χ 3. *illo.* Pro *quam valde* χ 1. habet *quod*, et χ 3. *quod valde.* Pro *illi* H S *ipsi*, et Steph. *illa.*—11 Matthiæ solus *possimus.*—12 *Hinc denique* exc. Pith. Mss.

NOTÆ

cat gravissime vulneratos gladiatores, ad quos maxime videtur verbum 'conficere' pertinere.

[f] *Naufragorum*] Naufragos conjuratos vocat, quia cum fortunarum omnium naufragium fecissent, et eversi funditus essent, ad Manlii castra confugerunt. Translatio a naufragantibus.

[g] *Urbes coloniarum, &c.*] Id est, coloni et municipes resistent multitudini rusticorum et sylvestrium hominum, a quibus ordo nullus in pugna servatur.

[h] *Ceteras copias, ornamenta*] Per copias et ornamenta intelligit senatum, equites Rom., ærarium, eaque omnia quibus munitur, ornatur, et corroboratur respublica.

virtutes omnes, certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignavia, cum temeritate, cum vitiis omnibus:[13] postremo copiæ cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona denique spes[14] cum omnium rerum desperatione confligit. [*p.* 110.] In hujusmodi[15] certamine ac prælio, nonne, etiamsi[16] hominum studia deficiant, Dii ipsi[17] [i] immortales cogent ab his præclarissimis virtutibus, tot et tanta vitia superari? XII. 26. Quæ cum ita sint, Quirites, vos, quemadmodum jam antea,[18] vestra tecta[e] custodiis vigiliisque defendite: mihi, ut urbi, sine vestro motu, ac sine ullo tumultu, satis esset præsidii, consultum ac provisum[19] est. Coloni omnes municipesque vestri, certiores a me facti de hac nocturna excursione Catilinæ, facile urbes[20] suas finesque defendent: gladiatores, quam[1] sibi ille maximam manum et certissimam fore putavit, quanquam meliore animo[2] sunt, quam pars[k] patriciorum,

[e] *Vestras domos.*

Mureti, edd. Wald. Steph. Muret. Græv.—13 Barb. et Ven. 1480. *cum iniq., lux., ign., tem., cum vitiis omn.* et sic χ 1. χ 3. ψ, nisi quod χ 1. et χ 3. præpositionem ante *iniquitate* omittunt. Græv. 2. Franc. Duisb. et Mss. Lambini *cum lux., ign., tem., vitiis omn.* Paulo post, Hittorp. Duisb. Heumann. Beck. Weiske, Schutz. Matthiæ et Orell. *copia*, quod Modius, Grævius, et Garatonus probaverunt.—14 χ 3. *spe.* Mox *omni* χ 1. χ 3. Tum ψ *confligunt.*—15 C, Franc. Duisb. *ejusmodi.*—16 Græv. 2. et Steph. *si*, omisso *etiam.*—17 In Franc. deest *ipsi.* Tum *cogant* χ 1. χ 3. Franc. Duisb.

CAP. XII. 18 *Ante*, vel *antea*, *dixi* Mss. et edd. pleræque ante Ern. qui post Lambinum delevit *dixi;* et quem edd. aliæ sequuntur. In ed. Steph. *antea diximus.* Gulielm. conjecit *antea edixi.* Mox *vigiliis custodiisque* Græv. 2.—19 Græv. 2. *mihi et urbi sine vestro motu . . . satis præsidii cons. ac prov.* Franc. *mihi et urbi satis esse præsidii cons. et prov.* Barb. et Ven. 1480. *mihi autem et urbi sine vestro* (Barb. addit *meoque*) *metu . . . satis esse præsidii cons. ac prov.* Ven. 1483. *mihi vel urbi, sine vestro motu . . . satis esse præsidii cons. ac prov.* Pro *ut* C H S *vel;* χ 1. χ 3. *autem.* *Metu*, pro *motu*, etiam χ 1. χ 3. ψ, Mss. Lambini, Naug. et Cam. Pro *esset* H S *esse.* Mox χ 3. *præsidiis.* Pro *ac* C *atque.* Denique H S *prævisum.*—20 χ 1. χ 3. *facile se urbesque.* Mox Franc. *defendunt.*—1 Pro *quam* ante *sibi* χ 1. χ 3. *quos.* In Franc. *quam sibi ille quam manum.* Barb. *quam sibi ille max. manum, fortiss. et certiss. fore put.* Ven. 1480. *quorum sibi ille fortiss. manum certissimamque fore put.* Mss. Lambini, exc. Pith. *quam sibi ille manum certissimam fore put.* Colon. *quam sibi ille certissimam manum fore put.* In C deest *sibi.* Pro *maximam* in χ 1. χ 3. *fortissimam.* Ceteri ut Ern.—2 Franc. et Lamb. 1566. *quanq. an. mel.* Ern. con-

NOTÆ

[i] *Dii ipsi*] Dii justis causis favere solent.

[k] *Quam pars*] E patricio genere quidam secuti sunt Catilinam. Certe multos e senatoribus Sallustius nominat, qui in conjuratione fuerunt.

potestate tamen nostra[3] continebuntur. Q. Metellus,[1] quem ego, prospiciens hoc,[4] in agrum Gallicanum Picenumque præmisi, aut opprimet hominem,[5] aut omnes ejus motus conatusque prohibebit. Reliquis autem de rebus constituendis,[6] maturandis,[f] agendis, jam ad senatum referemus, quem vocari videtis.

27. Nunc illos, qui in urbe remanserunt,[7] atque adeo qui contra urbis salutem, omniumque vestrum,[8] in urbe a Catilina relicti sunt, quanquam sunt hostes, tamen, quia nati sunt cives,[m] monitos[9] etiam atque etiam volo. Mea lenitas adhuc[10] si cui solutior[g] visa est, hoc expectavit,[11] ut id, quod latebat,[n] erumperet. Quod reliquum est, jam non possum oblivisci, meam hanc esse patriam, me horum esse[12] consulem; mihi aut cum his vivendum, aut pro his esse moriendum. Nullus est portæ[13] custos, nullus insidiator[o] viæ:[14] si qui exire volunt, consulere sibi possunt. Qui vero in urbe se commoverit, cujus ego non modo fac-

[f] *Accelerandis.* [g] *Major.*

jecit *quanquam non mel. an.* Mox C H S *par.*—3 *Vestra* χ 3. Ven. 1480. 1483. *in nostra* ψ: *in vestra* Crat. Lamb. Legi maluit Grævius *in nostra erunt*, ratus *continebuntur* e gloss. extitisse.—4 *Hoc prosp.* Franc. *hæc prosp.* Duisb. Lamb. In Ven. 1480. duo hæc verba desunt. Mox *Gallicum* χ 1. χ 3. Græv. 2. Franc. Barb. Mss. Lambini, Ven. 1480. Steph. probante Garaton.—5 Græv. 2. *hostem.*—6 *Construendis* Franc. Tum χ 3. *maturandisque agendisque.* Paulo post, ψ *inferemus.*—7 *Permanserunt* C H S, Ven. 1483. Crat. Mox, in H S et ed. Naug. deest *qui.*—8 χ 1. χ 3. Steph. *nostrum.* Dein, C H S χ 1. χ 3. Barb. Ven. 1480. 1483. *relicti sint.*—9 Post *monitos* omnes Mss. et edd. præter Lamb. Græv. Oliv. Lall. et Ern. addunt *eos.* In Ven. 1480. totus locus ita legitur, *Nunc illi, qui in urbe remans., atque adeo conturbare urbis sal. omniumque nostrum in urbe a Cat. rel., quamque sint hostes . . . monitos eos, &c.* Mox χ 1. et χ 3. *esse volo.*—10 In ψ et Græv. 2. deest *adhuc.* Pro *cui* Græv. 2. habet *alicui.*—11 Heumann. maluit legi *expectavi.* In χ 1. χ 3. deest *id.*—12 *Meorum me esse* Franc. *meorum esse me* C H. Pro *aut* ante *cum* in C et ψ *autem.* —13 C, Græv. 2. Duisb. Ms. Lamb. Ven. 1480. Lamb. Græv. Matthiæ *portis*: ψ *patriæ.*—14 χ 3. *vitæ.* Ante *consulere* in Franc. et Barb. inseritur *cohibere*

NOTÆ

[1] *Q. Metellus*] Is Metellus Celer fuit, cui se dare voluit in custodiam Catilina, sed quem repudiavit.

[m] *Nati sunt cives*] Inter conjuratos alii erant nati cives, alii civitate donati.

[n] *Latebat*] Conjuratio latebat, sed a Cicerone aperta est.

[o] *Insidiator*] Nullus est qui in via illos, qui ad Catilinam proficiscuntur, ad mortem rapiat.

tum, sed[15] inceptum ullum conatumve contra patriam deprehendero; sentiet in hac urbe esse consules vigilantes,[16] esse egregios magistratus, esse fortem senatum, esse arma, esse carcerem;[p] quem vindicem nefariorum ac manifestorum scelerum majores nostri esse voluerunt. XIII. 28. Atque hæc[17] omnia sic agentur, Quirites, ut res maximæ[18] minimo motu, pericula summa nullo tumultu, bellum intestinum ac domesticum, post hominum memoriam crudelissimum ac maximum,[19] me uno togato[q] duce et imperatore, sedetur. Quod[20] ego sic administrabo, Quirites, ut,[1] si ullo modo fieri poterit, ne improbus quidem quisquam in hac urbe pœnam sui sceleris sufferat. Sed si vis manifestæ audaciæ, si impendens patriæ periculum me necessario de hac animi lenitate deduxerint;[2] illud profecto perficiam, quod in tanto et tam insidioso[3] bello vix optandum videtur, ut ne quis bonus intereat, paucorumque pœna vos jam[4] omnes salvi esse possitis. 29. Quæ quidem ego neque mea prudentia,[5] neque humanis consiliis fretus polliceor vobis, Quirites; sed[6] multis, et non dubiis Deorum immortalium significationibus,[h] [r] quibus ego ducibus in hanc

[h] *Indiciis.*

non possum.—15 χ 1. χ 3. *sed ne.*—16 Græv. 2. et Colon. *consulem vigilantem.* In seqq. verbis Franc. bis omittit verbum *esse.*

CAP. XIII. 17 ψ *hic.*—18 Græv. 2. *maximæ res:* Franc. *maxima res :* ψ *res maxima nimio motu.*—19 C H S, Ven. 1483. Crat. Lamb. *crud. et max.*—20 C *Et quod.* In Franc. deest *ego.*—1 C H S ψ omittunt *ut.* Pro *si,* quod in H et S deest, C habet *sed.*—2 *Dejecerit* Duisb. *deduxerit* C H S χ 1. χ 3. ψ, Græv. 2. Barb. Ven. 1480. 1483. Schutz. Matthiæ et Orell. Pro *perficiam* ψ *perferam;* Duisb. *efficiam;* alii *efficiam.*—3 H S *seditioso.* Mox χ 1. χ 3. *videretur;* et sic edidit Lamb. e Mss. Tum *ut neque bonus quisquam int.* χ 1. χ 3. Barb. Ms. Mureti, Ven. 1480. Steph. Beck. Schutz. Matthiæ et Orell. *ut neque quisquam bonus int.* Cam. *ut neque quisquam bonorum int.* Franc. Hervag. 1540. et Græv. *ut neque bonorum quisquam int.* C.—4 *Jam* omittunt χ 1. χ 3. Franc. Ms. Mureti, Ven. 1480. Lamb. Græv. Beck. In χ 1. χ 3. quoque deest *omnes.*—5 ψ *providentia.*—6 Post *sed* χ 1. addit *non.* Copula ante

NOTÆ

[p] *Carcerem*] Ulpianus ait carcerem ædificatum fuisse non ad plectendos cives improbos, sed reprimendos: tamen hic Cicero manifeste indicat ad eos etiam puniendos fuisse institutum. Refert autem Livius lib. I. media in urbe foro imminentem fuisse.

[q] *Togato*] Toga Romani in pace, in bello sagis; sed toga semper consules utebantur.

[r] *Deorum immortalium significationi-*

spem sententiamque[7] sum ingressus: qui jam non procul (ut quondam[s] solebant) ab externo[8] hoste atque longinquo; sed hic præsentes suo numine[9] atque auxilio sua templa atque urbis tecta defendunt:[10] quos vos,[11] Quirites, precari, venerari, atque implorare debetis, ut, quam urbem pulcherrimam, florentissimam, potentissimamque esse[12] voluerunt, hanc, omnibus[13] hostium copiis terra marique superatis, a perditissimorum civium nefario scelere defendant.

non dubiis in C H S deest.—7 χ 1. *sententiaque.*—8 Mss. nonnulli, Crat. Grut. Græv. Oliv. Lall. *extero.* In χ 1. et χ 3. *hoc externo.*—9 ψ *nomine.*—10 H S *defendent,* ut Heumann. volebat. In ψ *ut defendent.*—11 Post *quos vos* Ven. 1480. addit *quoque.* Franc. et Ven. 1480. omittunt *atque* ante *implorare.*—12 Steph. *florentissimamque esse,* omisso *potentissimamque.*—13 χ 3. *omnium.*

NOTÆ

bus] Plutarchus narrat in vita Ciceronis, cum in ejus domo virgines Vestales pro salute populi sacra facerent, ex ara flammam erupisse.

[s] *Ut quondam*] Abesse quondam Dii videbantur a Romanis, cum videlicet bello Senonico, et bello Punico secundo superati sunt.

M. TULLII CICERONIS

IN L. CATILINAM

TERTIA,

AD QUIRITES.

ORATIO XXI.

[*Ed. Ald. p.* 111.] I. 1. Rempublicam, Quirites, vitamque omnium vestrum, bona,[a] fortunas, conjuges, liberosque vestros,[1] atque hoc domicilium clarissimi imperii,[b] fortunatissimam pulcherrimamque urbem, hodierno die, Deorum immortalium summo erga vos amore, laboribus, consiliis, periculisque meis,[2] ex flamma atque ferro, ac pæne ex faucibus fati[c] ereptam, et vobis conservatam ac restitutam vi-

Cap. i. 1 Steph. *liberos vestros ; ψ liberosque nostrum.* Mox, *hoc* ante *domicilium* deest in Franc. et ψ. Deinde, *pulcherimamque* C. *hesterna die* Ven. 1480.—2 Ita Barb. Ven. 1480. et 1483. *periculis meis* codd. multi, Græv. 2. Franc. χ, Steph. Lamb. Naug. Græv. Beck. Matthiæ. Actutum *e flamma* codd. Lamb. Franc. et C. Præpositio deest in Græv. 2. *e faucibus* codd.

NOTÆ

[a] *Bona*] 'Bona' sunt genera rerum, 'fortunæ' vero pecuniæ sunt.

[b] *Domicilium cl. imperii*] Roma domicilium imperii dicitur, quia dominabatur toti imperio, quod ab ea Romanum dictum est.

[c] *Ex faucibus fati*] Metaphora a belluis ferocibus. Fatum sumebatur a Stoicis pro serie quadam immutabili rerum omnium, quæ homini cuilibet evenire ita necessario debebant, ut ne quidem a Deo possent immutari. Quod autem fatum pro interitu sæpe ab iis sumeretur, hinc factum est, ut crederent illi veteres, quo temporis momento quis nasceretur, eo ipso fataliter de illius morte, atque de interitu constitui. Quod

detis. 2. Et, si[a] non minus[3] nobis jucundi atque illustres sunt ii dies, quibus conservamur, quam illi, quibus nascimur[d] (quod salutis certa lætitia est,[e] nascendi incerta conditio, et quod sine sensu nascimur, cum voluptate servamur);[4] profecto, quoniam illum, qui hanc urbem condidit, Romulum, ad Deos[f] immortales benevolentia fama quesustulimus, esse apud vos posterosque vestros in honore debebit is,[5][g] qui eandem hanc urbem conditam amplificatamque servavit: nam toti urbi,[6] templis, delubris,[h] tectis ac

[a] *Quod si.*

Lamb. et C. Deinde, *et vobis reservatam* Græv. 2.—3 *Et si minus* χ. Mox, *sunt hi dies* Græv. 2. Deinde, pro *certa* ψ habet *cætera*, et *vincta* pro *incerta*. —4 Ita plurimi codd. Franc. Pith. Duisb. Græv. 2. Paris. cum edd. Steph. Græv. Weiske, Beck.; *conservamur* codd. aliquot, et edd. vett. *quom volupta reservamur* Barb. et pro v. l. *cum voluptate reservamur*. Mox, *Romulum* deest in codd. Hittorp. Lamb. Græv. 2. et uno cod. antiq. Mureti, item in edd. Steph. Lamb. Græv. Beck. Schutz. Matthiæ; id tamen servant Venett. Crat. Hervag. Cam.—5 Ita codd. Mureti, Barb. cum edd. Hervag. Cam. Steph. Lamb. *debet dies is* C H S. Ven. 1480. 1483. Naug. Crat. Manut. Mox, *servabit* ψ.—6 Ita codd. Mureti, Franc. Duisb. Barb. ed. Wald. Steph. Lamb. Græv. *totius urbis* codd. quidam Oxon. cum edd. Venett. 1480. 1483. Crat. Cam. Oliv. Lall. *totis urbis* C H S *v*, et edd. quædam vett. *urbi* deest in χ. Mox, pro *tectis ac mœnibus*, quod servant codd. Lambini, Pal. 2. ed.

NOTÆ

Seneca satis indicat his verbis, 'primusque dies dedit extremum.'

[d] *Quibus nascimur*] Celebrabant Romani diem suum natalem, et amicorum.

[e] *Quod salutis certa lætitia est*] Cum conservamur, de salute nostra dubitare non possumus, ideoque dies ille nobis felix est et lætus: at cum nascimur, incertum est an bona, malane sit futura vitæ nostræ conditio. Etenim quotocuique vita prospera et felix contingit! certe extitere populi qui, cum quis nasceretur, miseram illius conditionem lamentabantur.

[f] *Romulum, ad Deos*] Sic refert de eo Aurelius Victor de Viris Illust. cap. 2. 'Cum ad Capræ paludem exercitum lustraret, nusquam comparuit: unde inter patres et populum seditione orta, Tullius Proculus, vir nobilis, in concionem processit, et jurejurando firmavit, Romulum a se in colle Quirinali visum augustiore forma, cum ad Deos abiret; eundemque præcipere ut seditionibus abstinerent, virtutem colerent; futurum, ut omnium gentium domini existerent. Hujus auctoritati creditum est, ædes in colle Quirinali Romulo constituta, ipse pro Deo cultus, et Quirinus est appellatus.'

[g] *Debebit is*] Significat se tum apud cives, tum apud posteros in honore debere esse, quod consul hanc urbem ab incendio servavit: unde se tacite cum Romulo confert.

[h] *Templis, delubris*] 'Templa dicuntur singulorum locorum Diis attributorum: delubra vero multarum ædium sub uno tecto, a diluvio pluviæ munitarum,' &c. Ita Festus.

mœnibus subjectos prope jam ignes circumdatosque restinximus: iidemque gladios in rempublicam destrictos retudimus, mucronesque eorum a jugulis vestris dejecimus. 3. Quæ quoniam in senatu illustrata, patefacta, comperta[7] sunt per me; vobis jam exponam breviter, Quirites; ut et quanta, et quam manifesta, et qua ratione investigata et comprehensa sint, vos, qui ignoratis, ex actis[8] scire possitis.

Principio, ut Catilina[9] paucis ante diebus erupit ex urbe, cum sceleris sui socios, hujusce nefarii belli acerrimos duces Romæ reliquisset; semper vigilavi et providi, Quirites, quemadmodum in tantis et tam absconditis insidiis salvi esse possemus. II. Nam tum, cum ex urbe Catilinam ejiciebam, (non enim jam[1] vereor hujus verbi invidiam, cum illa magis sit timenda, quod vivus exierit) sed tum, cum illum exterminari volebam, aut reliquam conjuratorum manum[b] simul exituram, aut eos, qui restitissent,[2] infirmos sine illo ac debiles fore putabam. 4. Atque ego, ut vidi,[3]

[b] *Turbam.*

Wald. Venet. 1480. Lamb. Grut. Schutz. Matthiæ, *tectis omnibus* exhibent C H S ψ, Rom. Brix. Medic. Naug. et Venet. 1483. *tectis omnibus ac mœnibus* codd. Mureti, Barb. χ, Aldus nepos, Beck. *tectis ac mœnibus omnibus* Græv. e Duisb. Deinde, pro *iidemque*, C H S et Venet. 1483. habent *item;* Duisb. et χ *itidemque;* Barb. ψ, et Venet. 1480. *itemque.* Pro *destructos*, edd. vett. exhibent *districtos.* Pro *retudimus,* Colon. legit *retrosimus;* unde Gulielm. conj. *retorsimus;* al. ap. Grut. *retrusimus;* Barb. Franc. et χ *retrudimus.* Pro *jugulis vestris,* ψ habet *vigiliis nostris.* Denique pro *dejecimus,* quod servant codd. Mureti, Græv. 2. Franc. C. ed. Wald. Ott. Wetzel. Beck. *rejecimus* præbent Barb. et vulgg.—7 Ita Græv. 2. Duisb. Barb. C S χ, Venett. 1480. 1483. Crat. Græv. Ott. Wetzel. *compertaque* Hervag. Cam. Lamb. Grut. *comparata* H. *compata* ψ. *patefacta sunt comperta* Franc. Mox, *et* ante *quam* omittunt H S.—8 Ita codd. aliquot, Venett. 1480. 1483. Crat. Hervag. Cam. Beck. *ex actis* est etiam in H S ψ. *et ex actis* C. *exacte* codd. Ursin. *qui et ignoratis et expectatis* Naug. Manut. Græv. Oliv. Lall. Oxon. *qui ignoratis et expectatis* Lamb. Grut. Verb. *vos et qui ign. et exp.* Græv. 2. —9 *Catilinam* ψ. Mox, *et hujusce* C H S χ, Victor. Manut. Lamb. sed copula deest in Barb. Grut. et recentt. Paulo post, *ut providerem* ψ. Dein, pro *insidiis,* quidam libr. ap. Muret. habent *periculis.* Pro *possemus*, Franc. *possimus;* Græv. vero in not. ait *possitis.*

CAP. II. 1 Cod. ψ *non jam,* omisso *enim.* Mox, pro *exierit,* quod firmant codd. Mureti, Barb. alii, cum ed. Venet. 1480. Lamb. et seqq. *egressus est* legunt C H S, Venet. 1483. Naug. Cam. et al. ante Lamb. Deinde, *exterminare* Franc.—2 Ita codd. Mureti, et Lambini, item Venet. 1480. Victor. Steph. Lamb. seqq. *remansissent* C H S ψ, Barb. Venet. 1483. Hervag. Man. Cam. Actutum *sine ullo* ψ. *fore* deest in C H S, pro quo *esse* legitur in χ.—3 *At ego ut vidi* Venet. 1480. et Beck. *Atque ego vidi* Pal. 2. Hitt. Græv. 1.

quos maximo furore et scelere esse inflammatos sciebam, eos nobiscum esse, et Romæ remansisse; in eo omnes dies noctesque consumsi, ut, quid agerent, quid molirentur, sentirem ac viderem; ut, quoniam auribus vestris, propter incredibilem magnitudinem sceleris, minorem fidem faceret oratio mea, rem ita comprehenderem, ut tum demum animis 4
saluti vestræ provideretis, cum oculis maleficium[c] ipsum videretis. Itaque ut comperi,[i] legatos Allobrogum,[k] belli 5
Transalpini,[l] et tumultus Gallici excitandi causa, a P. Lentulo esse solicitatos, eosque in Galliam ad suos cives, eodemque itinere, cum literis mandatisque,[m] ad Catilinam esse missos, comitemque iis adjunctum 6 Vulturcium, atque huic datas esse ad Catilinam literas; facultatem[d] mihi oblatam putavi, ut, quod erat difficillimum, quodque ego semper

[c] *Conjurationem.* [d] *Occasionem.*

2. Pith. Grut. Græv. *At ubi vidi* Duisb. probante Garat. *At vero ut vidi* conj. Heum. *Atqui, &c.* conj. Scheller. Mox, *esse nobiscum* Lamb. Manut. Deinde, *noctes diesque* Franc. *quidve molirentur* C χ. *auribus nostris* χ.—4 Voc. *animis* deest in Pal. 2. probantibus Grut. et Heum. pro quo *omnis* habet ψ. *animis salutique* Barb. et Lamb. *non ut tum d. omnis nostræ saluti* Pal. 1. *nostræ* etiam ψ. *ut tum d. adminiculum saluti* Duisb. Mox, *ipsum* deest in H S, Venett. 1480. 1483.—5 Voc. *belli* deest in χ. Mox, *eosdem in Galliam* Barb. Deinde, pro *eodemque*, quod habent Græv. 1. Franc. Duisb. Barb. C χ ψ, ed. Wald. Græv. seqq. *eodem* Venett. 1480. 1483. Lamb. 1566. Grut. *mandatis* ψ. *esse* deest in C H S.—6 C H S *his adjunctum esse;* codd. Lambini, Græv. 2. Venett. 1480. 1483. *iis adjunctum esse.* Mox, *Titum Vulturcium* Græv. 1. *T. Vult.* Orell. Deinde, *esse datas* codd. Grævii. Voc. *datas* omittunt C H S. *ad C. mandatas literas* ψ. *mihi ablatum* Græv. 1. 2. Franc.

NOTÆ

[i] *Comperi*] Per Fangam, amicum Allobrogum, totam conjurationem comperit.

[k] *Allobrogum*] Allobroges populi Galliæ fuerunt juxta Rhodanum, nunc Sabaudi et Delphinates, tunc autem socii pop. Rom. populi fortes et generosi, qui a conjuratis vocati sunt.

[l] *Transalpini*] In ulteriore Gallia bellum dicebatur, et tumultus in citeriore: in eo vero differt tumultus a bello, quod bellum latius sit nomen, nec tam grave quam tumultus. Tumultus enim perturbatio tanta est, ut timorem longe maximum excitet; quia vel in Italiæ sinu, vel in Galliis Italiæ proximis, excitabatur. De utroque dicetur Phil. VIII.

[m] *Cum literis mandatisque*] Legati Allobrogum ad Catilinam cum literis et mandatis missi sunt, quibus videlicet significabatur, ut fides eis haberetur. Gallice dicimus *des lettres de créance.*

optabam[7] a Diis immortalibus, tota res non solum a me, sed etiam a senatu et a vobis manifesto deprehenderetur. 5. Itaque hesterno[8] die L. Flaccum[n] et C. Pomtinum, prætores fortissimos, atque amantissimos reipublicæ viros, ad me vocavi: rem omnem exposui: quid fieri placeret, ostendi. Illi autem, qui omnia de republica præclara atque egregia sentirent,[9] sine recusatione ac sine ulla mora negotium susceperunt, et, cum advesperasceret, occulte ad pontem Mulvium[o] pervenerunt, [*p.* 112.] atque ibi in proximis villis ita bipartito fuerunt, ut Tiberis inter eos et pons interesset. Eodem[e] autem et ipsi,[10] sine cujusquam suspicione, multos fortes viros eduxerunt, et ego ex præfectura Reatina[p] complures delectos adolescentes, quorum opera in republica assidue utor, præsidio[11] cum gladiis miseram. 6. Interim[12] tertia fere vigilia[q] exacta, cum jam pontem Mul-

[e] *Huc.*

Pith. *at quod erat* Franc.—7 Ernesti conj. *optaram*, probante Beck. Mox, *ut tota res* Græv. 1. Franc. Duisb. Deinde, *senatu a vobis* C H S. *manifeste* C H S ψ, Ven. 1483. Victor. Manut. Lamb. Crat.—8 C *externo*. Mox, *Pomptinum* Franc. Barb. et liber Capellii ap. Muret. *Pontinum* Ven. 1480. 1483. Naug. Hervag. Oliv. et Oxon. *Pomptinium* χ. *G. Pomtinum* Græv. 1. 2. Paulo post, *advocavi*, omisso *me*, unus cod. Gulielmii; *ad me advocari* cod. Lamb. *ad me convocavi* Ven. 1480. *omnem* omittunt Græv. 1. 2. Pith. cod. Lamb. et ed. Græv. non improbante Ernesti. Deinde, *quid mihi fieri* Ven. 1480.—9 Cod. χ *sentirent etiam.* Mox, pro *Mulviam*, quam scripturam retinent codd. Grævii, Manut. 1583. Grut. Græv. Verb. seqq. *Mulinam* habet vet. lib. Car. Steph. *Milvium* codd. Oxon. Lall. Oliv. Pro *bipartito*, quod firmant Duisb. Græv. 1. Victor. R. Steph. Hervag. Cam. *bipartiti* edd. quædam vett. Deinde *eos* deest in χ.—10 C H S omittunt *et ipsi.* Voc. *fortes* deest in χ. Actutum, *eduxerant* Græv. 1. χ Lamb. Pro *complures*, χ habet *multos*; Græv. 2. *quam plures.* Idem cod. cum edd. quibusdam vett. *dilectos.* Deinde *opera* deest in C H S.—11 Ita ed. Wald. Venet. 1480. Matthiæ, Beck. *in reip. utor assidue præsidio* Garat. *assidue utor in R. P. præsidio* Barb. Rom. Brix. Mediol. Venet. 1483. *utor assidue in reip. præsidio* codd. Oxon. Hervag. Cam. Grut. Lamb. Græv. *utor assidue in rep. præsidio* al. vett.—12 *Interea* ψ. Mox, *cum magno comitatu* edd. vett. *cum* deest in Græv. 1. Franc. Duisb. Barb. ed. pr. Ven. 1480. 1483. Græv. Oliv. Lall. Oxon. *pontem cum magno com.* Crat. Cam.

NOTÆ

[n] *L. Flaccum*] L. Flaccum postea Cicero repetundarum reum in judicio defendit.

[o] *Pontem Mulvium*] Pons Mulvius extra urbem est, versus Etruriam, supra Tiberim, sexdecim stadiis ab urbe Roma.

[p] *Præfectura Reatina*] Reate Sabinorum est oppidum, Varronis patria. Hic nundinæ habebantur, et ibi magistratus Rom. jus dicebat.

[q] *Tertia fere vigilia*] Nox in quatuor vigilias divisa erat, et vigilia quælibet in tres horas.

vium magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent, unaque Vulturcius; fit in eos impetus; educuntur et ab illis gladii, et a nostris: res erat prætoribus nota solis: ignorabatur a ceteris. III. Tum, interventu Pomtini[1] atque Flacci, pugna, quæ erat commissa, sedatur: literæ, quæcumque erant in eo comitatu, integris[f] signis, prætoribus traduntur: ipsi comprehensi, ad me, cum jam dilucesceret, deducuntur. Atque horum[2] omnium scelerum improbissimum machinatorem[g] Cimbrum Gabinium, statim ad me, nihildum suspicantem, vocavi. Deinde item arcessitur[3] P. Statilius, et post eum C. Cethegus: tardissime autem Lentulus venit,[4] [r] credo quod literis dandis, præter consuetudinem, proxima nocte vigilarat. 7. Cum vero[5] summis ac clarissimis hujus civitatis viris, qui, audita re, frequentes ad me mane convenerant, literas a me prius aperiri,

[f] *Non apertis.* [g] *Auctorem.*

Lamb. 1566. 1584. al. Post *comitatu* Franc. addit *ascenderent.* Deinde, *Alobrogum* C. *Allobroges* Græv. 1. et χ. *sic in eos* ψ. *ducuntur et ab illis* Græv. 1. et ψ. *educuntur gladii ab illis* Græv. 2. Franc. *et educuntur ab illis* Duisb. *educuntur ab illis* H S, Barb. Ven. 1480. 1483. Denique, *res prætoribus erat nota solis* Græv. 1. *res nota erat prætoribus solis* Franc.

Cap. III. 1 Vide ad cap. præced. Pro *sedatur*, χ habet *sedebatur.* Idem cod. mox, *ipsi vero comprehensi;* C *ipsi deprehensi.* Deinde, *jam elucesceret* C χ; *jam delucesceret* Græv. 1. 2.—2 *Atque eorum* Duisb. *omnium* deest in ψ. Pro *improbissimum*, quod firmant codd. Mureti, Barb. Venett. 1480. 1483. *improbissimorum* Steph. Lamb. et al. vett. *machinatorem improbissimum* nonnulli codd. ap. Lamb. Mox, *Gabinum* χ. *nihil susp.* C S ψ, Venet. 1480. *nihil tum susp.* Barb. et Venet. 1483. *nihil tale susp.* χ. *nihil dum tale susp.* codd. Mureti, Lamb.—3 *Deinde idem arcessitus est* Græv. 1. *Deinde item accersitus est* codd. Mureti et χ. *Deinde idem arcessitus* Duisb. *Deinde accersitus* C. *Deinde accessitur* Steph. *L. Statilius* codd. Mureti, cum Ven. 1480. Naug. Cam. Muret. Græv. Oliv. Beck. Schutz. Matthiæ, et Orell. *P. Statilius* codd. Lambini, Grævii, et Barb. item Ven. 1483. Lamb. Grut. Crat. 1584. *C. Sabinius* H S C. *P. Stabilius* ψ. *post eum Cethegus* omnes codd. Grævii, item edd. Victor. Manut. Græv. Oliv. Lall.—4 H S omittunt *venit.* Mox, *in literis dandis* Pal. 2. H V, et liber Ahalæ; *quod in literis iis præter,* omisso *dandis,* Pall. 6. 9. probante Grut. *quod in literis dandis præter* Græv. 1. 2. *quod in literis his dandis* Franc. *dandis his* ψ. *quod literis dandis is* Duisb. quod placet Grævio. Garatono, quia in sex codd. Gruteri, tribus Grævii, Barb. et edd. Victor. Manut. Lamb. præpositio *in* legitur, Duisb. autem ea omissa, pronomen *is* alio loco habet, videtur scribendum esse, *quod is literis dandis.* Deinde, *vigilaverit* Duisb. *vigilaverat* Franc. et C.—5 Voc. *vero* omittunt Duisb. χ ψ, Steph. Lamb. Manut. Græv. *hujus civitatis* desunt in χ. *frequentes*

NOTÆ

[r] *Lentulus venit*] Is erat prætor, vir pinguis, et obesus, et somnolentus.

quam ad senatum deferri,[6] placeret; ne, si nihil esset inventum, temere[h] a me tantus tumultus injectus civitati videretur; negavi me esse facturum, ut de periculo publico non ad consilium publicum rem integram deferrem. Etenim, Quirites,[7] si ea, quæ erant ad me delata, reperta non essent; tamen ego non arbitrabar in tantis reipublicæ periculis mihi esse nimiam diligentiam pertimescendam. Senatum frequentem[8] celeriter, ut vidistis, coëgi. 8. Atque interea statim, admonitu Allobrogum,[s] C. Sulpicium, prætorem, fortem virum, misi,[9] qui ex ædibus Cethegi, si quid telorum esset, efferret: ex quibus ille maximum sicarum[t] numerum et gladiorum extulit. IV. Introduxi Vulturcium sine Gallis: fidem ei[1] publicam,[u] jussu senatus, dedi: hortatus sum, ut ea, quæ sciret, sine timore indicaret. Tum ille, cum vix se ex magno timore recreasset,[2] dixit, a P. Lentulo se habere ad Catilinam mandata[v] et literas, ut servorum præsidio uteretur, et ad urbem quamprimum cum exercitu accederet: id autem eo consilio, ut, cum urbem omnibus ex partibus, quemadmodum descriptum distributumque[i] erat, incendissent, cædemque infinitam civium

[h] *Imprudenter.*

[i] *Partitum et divisum.*

deest in C H S ψ. Deinde *aperiri prius* Lamb.—6 Ita Græv. 1. 2. χ, ed. Wald. Beck. Matthiæ, Orell. *referri* C H S ψ, Barb. Venett. 1480. 1483. Brix. Crat. Cam. *deferre* Pith. *referrem* codd. Mureti, Pal. 2. Lamb. 1566. Grut. Græv.—7 *Quirites* deest in C S. *Quirites et si* habet χ. Mox, *reipublicæ* omittunt H S. Deinde, *esse mihi* Lamb. Matthiæ.—8 Græv. 1. Franc. et ψ *frequenter*. Actutum, *et celeriter* C.—9 Verb. *misi* deest in χ. Mox, *quod telum* in eodem cod. Pro *efferret*, C habet *afferret*. Denique *et* ante *gladiorum* deest in χ.

Cap. IV. 1 Græv. 1. et χ omittunt *ei*. Actutum ψ habet *publice*. Idem cod. mox *scirent*. Pro *timore*, Franc. Græv. Lall. Schutz. et Matthiæ habent *metu*. Pro *indicaret*, Duisb. legit *diceret*.—2 Ita quinque codd. Oxon. Græviani, Gruteriani, Paris. Lall. Barb. edd. vett. *recepisset* codex unus Mureti, Ald. nepos, Grut. Verb. Olivet. *Tum ille dixit quom, &c.* Barb. Itaque τὸ *dixit* suspectum Grutero, Heumanno, Garatono. Mox, *a Catilina mandatum*

NOTÆ

[s] *Admonitu Allobrogum*] Ex hoc loco patet Allobrogum legatos conscios fuisse conjurationis.

[t] *Sicarum*] De his Orat. I. 16.

[u] *Fidem publicam*] Id est impunitatem ex fide publica pollicitus est Vulturcio; nam sine auctoritate senatus, etiam a consule data non valebat.

[v] *Mandata*] Vulturcius habebat mandata, quæ a P. Lentulo ore proferret ad Catilinam.

fecissent; præsto esset ille, qui et fugientes[3] exciperet,[k] et se cum his urbanis ducibus[x] conjungeret. 9. Introducti autem Galli,[y] jusjurandum sibi et literas a P. Lentulo,[4] Cethego, Statilio ad suam gentem datas esse dixerunt; atque ita sibi ab his et a L. Cassio esse præscriptum, ut equitatum in Italiam quam primum mitterent; pedestres sibi copias non defuturas; Lentulum autem sibi[5] confirmasse ex fatis Sibyllinis[z] haruspicumque responsis,[a] se esse tertium illum Cornelium,[b] ad quem regnum hujus urbis atque imperium pervenire esset necesse: Cinnam ante se et Sullam fuisse: eundemque dixisse, fatalem hunc[c] esse annum ad interitum hujus urbis atque imperii, qui esset decimus annus post virginum absolutionem,[d] post

[k] *Reciperet et occideret.*

ψ: *ut et servorum* conj. Heum.—3 C *qui effugientes*; H S, *qui fugientes.* Mox, *his* deest in quatuor codd. Oxon. et Oliv.—4 *Lentulo,* omisso prænomine, H S χ, Venet. 1483. Crat. Lamb. Mox, *data* Græv. 1. *sibi* post *atque ita* deest in Franc. *ab his et Cassio* in eodem cod. Prænomen *L.* deest in C. Deinde, *nec defuturas* C.—5 Voc. *sibi* deest in C H S, Venett. 1480. 1483. probante Garat. Mox, *ex fastis* Gembl. *ex libris* cod. Mureti, χ ψ, Barb. Franc. Duisb. Lamb. Paulo post, *erat necesse* ψ. *eundemque Lentulum* Franc. Barb. χ. *eundem Lentulum* C. Deinde, *fatalem hunc esse annum urbis ad interitum hujus imperii* Franc. *post v. solutionem* C. *post v. solutione* χ. *autem* post *Capitolii*

NOTÆ

[x] *Ducibus*] Conjuratos, qui in urbe relicti fuerant a Catilina, duces urbanos nominat.

[y] *Introducti autem Galli*] Profert jam Allobrogum indicium, quod actis et scriptis primum exponit.

[z] *Ex fatis Sibyllinis*] Fata Sibyllina vaticinia sunt Sibyllarum, quæ, quia fata comprehendunt, fata, et casus, et interitus fatales vulgo vocabantur.

[a] *Haruspicumque responsis*] Haruspex, seu aruspex, hinc dici putatur, quia in ara exta animalium inspicit. Aliter censet Donatus, quod nempe 'haruspex ab haruga nominatur: nam haruga dicitur hostia ab hara, in qua concluditur et servatur. Hara autem est, in qua pecora includuntur.'

[b] *Tertium illum Cornelium*] Dicebat Lentulus ex libris Sibyllinis tertium se esse Cornelium cui regnum portendebatur; scriptum enim erat in illis carminibus, tria K. K. K. pessima: quod Græci ad Cappadoces, Cilices, et Cretenses referebant; Romani vero ad tres Cornelios, Cinnam, Sullam, et Lentulum.

[c] *Fatalem hunc*] Ut ipse accepisse se dicebat ab haruspicibus hunc fatalem annum advenisse, qui cruentus reipub. portendebatur.

[d] *Post virginum absolutionem*] Fabia, Vestalis virgo, non multo ante hanc conjurationem incesti causam dixit: ei Catilina objectus est. Fuit autem absoluta, quia soror erat Terentiæ, Ciceronis uxoris, ut scribit Asconius.

Capitolii autem incensionem[e] vicesimus. 10. Hanc autem Cethego cum ceteris controversiam fuisse[6] dixerunt; quod Lentulo et aliis, cædem Saturnalibus[f] fieri, atque urbem incendi placeret; Cethego nimium id longum videri. v. Ac, ne longum[1] sit, Quirites, tabellas[l] proferri jussimus, quæ a quoque dicebantur datæ. Primum ostendimus Cethego[2] signum:[g] cognovit:[h] nos linum incidimus:[i] legimus.[k] Erat scriptum ipsius manu Allobrogum[3] senatui et populo, sese, quæ eorum legatis confirmasset, esse facturum: [*p.* 113.] orare, ut item illi facerent, quæ sibi legati eorum recepissent. Tum[4] Cethegus, qui paulo ante aliquid de gladiis ac sicis, quæ apud ipsum erant deprehensæ, respondisset, dixissetque, se semper bonorum ferramento-

[l] *Literas.*

deest in χ.—6 H S *esse.* Mox, *quod cum Lentulo* ψ, Hervag. Cam. Lamb. Actutum, *et ceteris* Naug. Hervag. Cam. *atque aliis* Crat. *et aliis* tres Pall. H U, Barb. Venett. 1480. 1483. Steph. Lamb. Grut. *Saturnalibus cædem* edd. ante Grut. Paulo post *videretur* Franc. ut conj. Heum. et Ernesti.

Cap. v. 1 *At me longum* C. *At ne nimium longum* Franc. *tabellas proferimus* Colon. et Græv. 2. *quæque a quoque* χ. *dicebantur latæ* ψ.—2 *Primo o. Cethego* Pall. 2. 3. *signum acnovit* C. Pro *linum*, quod servant Pal. 10. Barb. Græv. 1. ed. pr. Venett. 1480. 1483. *lignum* præbent Gulielm. Græv. 2. Duisb. Deinde, post *legimus*, C H S ψ, Venett. 1480. 1483. addunt *literas.*—3 Quædam edd. *manu; Allobr.* Paulo post, pro *recepissent*, quod exhibent codd. Duisb. et Græv. uti et conj. Muret. probante Lambino, *præcepissent* legitur in edd. vett.—4 *Tunc* C. Mox, *aliquid tamen de* codd. Mureti, duo Pall. H U, omnes Grævii, Barb. Cam. Steph. Græv. Beck. Schutz. Matthiæ, et Orell. *tamen* omittunt codd. aliquot, Crat. Hervag. Lamb. Dein, post *sicis* χ addit *legati præcepissent.* Manut. et Lamb. habent *quæ apud illum itidem, &c.* Barb. *quæ apud eum erant deprehensa;* H S, Venet. 1483. *apud se;* χ et varr. lectt.

NOTÆ

[e] *Capitolii autem incensionem*] L. Scipione et C. Norbano coss. custodum negligentia Capitolium conflagravit, paulo ante Sullæ tempora: quod a Q. Catulo postea, Hortensio et Metello coss. restitutum est.

[f] *Saturnalibus*] Diem Saturnalium, qui in diem decimum quartum Februarii incidebat, seligere volebant ad cædem faciendam; quo tempore tota civitas omni generi lætitiæ, et voluptatibus dedita erat.

[g] *Cethego signum*] Antequam literæ reserarentur, cum quis ex eis convincendus erat, signum quo signatæ erant cognoscere jubebatur.

[h] *Cognovit*] Id est, agnovit signum suum, sive sigillum, et confessus est.

[i] *Linum incidimus*] Lineo filo literæ vinciebantur, ne apertæ essent omnibus.

[k] *Legimus*] Præsente senatu, et Cethego, lectæ sunt illæ literæ.

rum[1] studiosum fuisse; recitatis literis debilitatus[5] atque abjectus, conscientia convictus, repente conticuit. Introductus[6] Statilius, cognovit signum et manum suam. Recitatæ sunt tabellæ[7] in eandem fere sententiam:[m] confessus est. Tum ostendi tabellas[8] Lentulo; et quæsivi, cognosceretne signum.[a] Annuit. Est vero, inquam,[9] signum notum, imago avi[n] tui, clarissimi viri, qui amavit unice patriam et cives suos; quæ quidem te a tanto scelere etiam muta revocare debuit. 11. Leguntur eadem ratione ad senatum Allobrogum populumque literæ: si quid[10] de his rebus dicere vellet, feci potestatem. Atque ille primo quidem negavit: post autem aliquanto,[11] toto jam indicio exposito atque edito, surrexit:[o] quæsivit a Gallis,[p] quid sibi esset cum iis: quamobrem domum suam venissent; itemque a Vulturcio. Qui cum[12] illi breviter constanterque

[a] *Imaginem.*

Car. Steph. etiam *deprehensa.*—5 Codex unus Oxon. *debilitatus est.* Mox, *conscientia victus* Græv. 1. *convictus conscientia* Græv. 2. Actutum, *repente obticuit* Duisb.—6 *Introductus est* codd. Mureti, C H S χ, Barb. Venett. 1480. 1483. Lamb. Manut. 1583. Beck. et Orell. *est* omittunt Cam. Grut. Græv. Matthiæ. Mox, *et signum et manum suum* codd. Mureti, Græv. 1. 2. Venet. 1480. Naug. Hervag. Lamb. Græv. Beck. Orell. *manum et signum suum* Barb. Rom. Brix. Venet. 1483. Medic. Manut. Grut. Oliv. Lall. *signum et manum suum* est ex ed. Wald.—7 Franc. *tabulæ.* Mox, *eadem fere sententia* H S.—8 C *tabulas.*—9 Cod. χ *inquit.* Actutum, *signum quidem notum* Hervag. Lamb. Grut. *notum quidem signum* Cam. Græv. *notum signum* Venet. 1483. Crat. Schutz. Matthiæ, Orell. *signum notum* Franc. H χ. *quidem notum* desunt in C S. Mox, *patriam suam* Franc. Deinde, *mutare ac te vocare* χ.—10 C *si quis;* χ *sed si quid.* Mox, *fieri potestatem* C H S ψ.—11 Cod. ψ *aliquando.* Actutum, *toto Vulturii* C H S. Mox, *quæsivi* H S χ ψ. *et quid sibi e. c. i. et quamobrem* Duisb. Deinde, *convenissent* C H S ψ.—12 Cod. χ *quod cum.* Idem mox, *per quemque ad, &c.* Paulo post, pro *fatis,* opt. cod. Mureti, Manut. 1583. et Lamb. habent *libris;* Carrio Ant. Lect. III. 6. Gembl. Egmond. et ed. Be-

NOTÆ

[1] *Ferramentorum*] Ferramenta dicuntur ferrea instrumenta. Posuit hic per metonymiam 'ferramenta' pro quolibet armorum genere.

[m] *In eandem fere sententiam*] Id est, quæ fere conveniebant cum illis rebus, quæ in Cethegi tabulis continebantur.

[n] *Avi*] Avus illius fuit P. Lentulus, qui Gracchum seditiosum interfecit, et grave vulnus accepit, ne quid de summa reipub. dignitate minueretur. Nota autem quod sæpe in annulis sculpta clarorum virorum capita haberent.

[o] *Surrexit*] Lentulus sedebat, quia senator.

[p] *Quæsivit a Gallis*] Ab Allobrogibus quæsivit, quos non credebat fore se prodituros.

respondissent,[q] per quem [r] ad eum, quotiesque venissent, quæsissentque ab eo,[s] nihilne secum esset de fatis Sibyllinis locutus; tum ille subito, scelere demens,[o] quanta conscientiæ vis esset, ostendit: nam, cum id posset inficiari,[13] repente præter opinionem omnium confessus est: ita eum non modo ingenium illud,[t] et dicendi exercitatio, qua semper valuit, sed etiam, propter vim sceleris manifesti atque deprehensi, impudentia, qua superabat omnes, improbitasque defecit. 12. Vulturcius vero subito proferri literas [14] atque aperiri jussit,[u] quas sibi a Lentulo ad Catilinam datas esse dicebat. Atque ibi vehementissime perturbatus Lentulus,[15] tamen et signum suum et manum cognovit: erant autem scriptæ sine nomine, sed ita: 'Qui sim, ex eo, quem ad te misi, cognosces:[16] cura, ut vir sis, et quem in locum sis progressus cogita, et vide, quid jam tibi sit necesse: cura, ut omnium tibi auxilia adjungas, etiam infimorum.'[p] Gabinius [17] deinde introductus, cum primo im-

[o] *Attonitus.* [p] *Servorum.*

roald. *fastis.* Deinde, *vis conscientiæ* Franc. Venet. 1483. Hervag. Manut. Græv. *conscientiæ vis* retinent Barb. aliique codd. item Venet. 1480. Naug. Lamb. Grut. et recentt.—13 Franc. *cum posset infitiari infirmarique.* Actutum, *repente propter* ψ. Voc. *opinionem* deest in χ. Mox, *ita illum enim non modo* Franc. In fine periodi *deficit* C.—14 Voc. *literas* deest in C. Pro *jussit,* quod firmant codd. plurimi, *jubet* habent codd. Lambini, Græv. 1. 2. χ, Steph. Manut. 1583. probante Ursino. Pantagathus maluit aut *petit* aut *postulat* legi. *Vulturcium v. s. proferre l. aperire jussi* al. improbante eodem Ursino. *Vulturcius v. s. proferre l. atque aperire jubetur* Franc.—15 Duisb. *perturbatus est Lentulus.* Actutum, *et tamen* in eodem cod. *et* ante *signum* deest in C H S. Iidem codd. omittunt *suum.* Lamb. habet *et signum et manum suam.* Mox, *autem* deest in ψ: *scriptæ* omittunt Græv. 1. nonnulli ap. Lamb. et Steph.—16 *Quis sim, &c.* Barb. *Quis sim scies ex eo quem ad te misi* Franc. *Qui sim scies ex eo quem ad te misi* Græv. 1. Duisb. C ψ. *Ex eo quem ad te misi scies* codd. Mureti. *cognosces* deest in codd. quibusdam Oxon. Mox, *et cogita q. in l. sis progressus, et vide* edd. vett. *et* ante *cogita* deest in Franc. Ante *vide* copulam omittunt codd. Lambini. Nostrum ordinem ex ed. Wald. dedit Ernesti. Deinde, *necesse: et cura* nonnulli codd. Lambini, Franc. Duisb. χ. Denique, *et etiam quid jam infimorum* ψ.—17 *Gavinius primo* Græv. 1. *Gabi-*

NOTÆ

[q] *Respondissent*] Semper asserendo Allobroges responsum dedere, Vulturcium cum eis egisse.

[r] *Per quem*] Per P. Umbrenum.

[s] *Ab eo*] A Lentulo scilicet.

[t] *Ingenium illud*] Acutum et excellens fuit ejus ingenium, sed statim defecit.

[u] *Aperiri jussit*] Nihil renuit ille Vulturcius, quia impunitas ei promissa erat.

pudenter respondere cœpisset, ad extremum nihil ex iis, quæ Galli insimulabant, negavit. 13. Ac mihi quidem,[18] Quirites, cum illa certissima sunt visa argumenta atque indicia sceleris, tabellæ, signa, manus, denique uniuscujusque confessio, tum multo illa certiora, color, oculi, vultus, taciturnitas: sic enim obstupuerant,[19] sic terram intuebantur, sic furtim nonnunquam inter se aspiciebant,[q] ut non jam ab aliis indicari, sed indicare se ipsi[20] viderentur.

VI. Indiciis expositis atque editis, Quirites,[1] senatum consului, de summa republica quid fieri placeret. Dictæ sunt[2] a principibus[x] acerrimæ ac fortissimæ sententiæ, quas senatus sine ulla varietate est consecutus. Et quoniam nondum est perscriptum[3] senatusconsultum, ex memoria[y] vobis, Quirites, quid senatus censuerit, exponam. 14. Primum mihi gratiæ verbis amplissimis aguntur, quod virtute, consilio, providentia[4] mea, respublica periculis sit maximis liberata: deinde L. Flaccus et C. Pomtinus,[5] prætores, quod eorum opera forti fidelique usus

[q] *Aspiciebant se mutuo.*

nius primum Franc.—18 *At mihi quidem* ψ. Mox, *visa sunt* C. Paulo post, *tamen multo* Franc. Deinde, *oculi, color voltus* Græv. 1. Franc. *tum multo certiora, ille color oculi, vultus* Pith.—19 Franc. *obstupuerunt.* Mox, *sic furtum n. intra* ψ. Pro *se,* Steph. legit *sese.* Deinde, *jam* deest in Franc. *ab aliis judicari* χ.—20 Ita Rom. 1480. Brix. Mediol. ed. Wald. Steph. Beck. Schutz. Orell. *sed ipsi se indicare* Venett. 1480. 1483. Lamb. *sed ipsi a se* Ald. Crat. Cam. Grut. Græv. Matthiæ. Cf. Beier. ad Offic. tom. I. p. 247.

CAP. VI. 1 *O Quirites* Franc. et Græv. 2. Mox, *de summa reipublicæ salute* plerique codd. Mureti, Cujacii, Duisb. Barb. Lall. quinque Garat. H S χ ψ, Ven. 1480. 1481. Mediol. *de summa reipublicæ* Ald. Crat. Grut. *de summa republica* opt. cod. Grævii, Lamb. in marg. Græv. Heum. Lall. Wetz. Beck. Orell. *fieri liceret* ψ.—2 *Dictæ sunt autem* χ. Mox, pro *sine ulla varietate,* quam lect. præbet Hervag. *sine mora* habent C H S et ed. Wald. *sine ulla mora* Venett. 1480. 1483. Crat. Deinde, *est secutus* codd. Lamb. Barb. Duisb. C.—3 Cod. ψ *præscriptum.* Pro *exponam,* Gulielm. conj. *expromam.*—4 H S *prudentia.* Mox, *maximis* deest in Franc.—5 Vide supra ad cap. 2. Actutum, *prætores populi R.* C H. *pater p. r.* S ψ. Mox, *collegæ meo C. An-*

NOTÆ

[x] *A principibus*] Primus dicebat sententiam, quem censores senatus principem legerant: tum sequebantur viri consulares: denique reliqui senatores. Vide quid de ea re scripserit Gell. XIV. 7. auctore Varrone.

[y] *Ex memoria*] Id est, exponam, quantum meminisse potero.

essem, merito ac jure laudantur: atque etiam viro forti, collegæ meo,[z] laus impertitur, quod eos, qui hujus conjurationis participes fuissent, a suis et reipublicæ consiliis removisset. Atque ita censuerunt, ut P. Lentulus, cum se prætura abdicasset,[a] tum[6] in custodiam[b] traderetur: itemque uti C. Cethegus, L. Statilius, P. Gabinius, qui omnes præsentes erant, in custodiam traderentur: [*p.* 114.] atque idem hoc decretum est in L. Cassium,[7] qui sibi procurationem incendendæ urbis depoposcerat; in M. Cæparium, cui ad solicitandos pastores Apuliam esse attributam, erat indicatum; in P. Furium, qui est ex his colonis, quos Fesulas L. Sulla deduxit; in Q. Manlium[8] Chilonem, qui una cum hoc Furio semper erat in hac Allobrogum solicitatione versatus; in P. Umbrenum, libertinum hominem,[9] a quo primum Gallos ad Gabinium perductos esse constabat. Atque ea lenitate senatus est usus, Quirites, ut ex tanta conjuratione, tantaque vi ac multitudine[10] domesticorum

tonio Hervag. Cam. Lamb. *C. Antonio* deest in codd. Mureti, Lambini, tribus Pall. plerisque Grævii, Barb. et Venett. 1480. 1483. *collegæ Antonio meo* habet Franc. *laus impartitur* C H S. *hujus* deest in iisdem codd. Deinde, *a suis et a reip.* codd. Grævii, Lambini, C, Græv. Matthiæ; *a suis de rep.* conj. Schutz. *a suis r. p.* ed. Wald. *a suis, id est reip.* conj. Heum. Vid. Beier. ad Offic. tom. II. p. 65.—6 Particula *tum* deest in χ, Franc. et Pith. *in custodia* Franc. C S ψ. Mox, *G Cethegus* Græv. 1. prænomen omittunt H S. *P. L. Statilius* ψ. Deinde *in custodia* Græv. 1. ψ. *in cust. darentur* Lamb. et Oliv.—7 *L. Crassum* χ. *quod sibi* in eodem cod. Mox, pro *Cæparium*, χ habet *Leccam.* Tum, *Apulia esse attributa* Franc. *Apulia esset attributa* Venett. 1480. 1483. *Apulia attributa esset* C H S. *erat idem edictum* iidem codd. et ψ. *in Furium Publicum* H. Verba *qui est* desunt in ψ. Deinde, pro *ex his colonis*, quam lectionem exhibent Ald. Victor. Crat. R. Steph. Heum. Lall. Wetzel. et Beck. *ex iis coloniis* præbent Venett. 1480. 1483. *ex iis colonis* Orell. *quas Fæsulas* edd. vett. Denique, *Sylla deduxerat* Duisb. et χ.—8 *Magium* de Sylvii conj. Lamb. et Lall. *una cum Furio*, omisso *hoc*, Franc. Mox, *hac* omittunt Heum. et ψ. Deinde, *solicitudine versatus* C H S.—9 Lamb. *hominem libertinum.* Actutum, *a quo primus* χ. Mox, *adductos esse* C.—10 Franc. *tanta*

NOTÆ

[z] *Collegæ meo* [*C. Antonio*] Is Antonius collega fuit in consulatu Ciceronis, sive consul secundus, qui primo quidem Catilinæ studuerat, sed per Ciceronem a conjuratione revocatus est. Vide Sallust.

[a] *Se prætura abdicasset*] Privabantur suis honoribus scelerati cives, antequam reipub. pœnas darent, quia sacrosancti habebantur magistratus.

[b] *In custodiam*] Non in publicam custodiam dati sunt, sed apud aliquos e civibus; ubi laterent incogniti detenti, ne aliquo plebis tumultu educerentur.

hostium, novem hominum perditissimorum pœna, republica conservata, reliquorum mentes sanari posse arbitraretur. 15. Atque etiam supplicatio[c] Diis immortalibus pro singulari eorum merito, meo nomine decreta est, Quirites;[11] quod mihi primum post hanc urbem conditam togato contigit:[d] et his decreta verbis est 'Quod urbem incendiis cæde cives, Italiam bello liberassem.' Quæ supplicatio si cum ceteris[12] conferatur, Quirites, hoc intersit, quod ceteræ bene gesta,[e] hæc una, conservata republica, constituta est. Atque illud, quod faciendum primum fuit, factum atque transactum est. Nam P. Lentulus, quanquam (patefactus[13] indiciis et confessionibus suis) judicio senatus, non modo prætoris jus, verum etiam civis amiserat, tamen magistratu se abdicavit;[f] ut, quæ religio[g] C.

hac multitudine. Mox, *respublica* ψ.—11 *Quirites* deest in C χ. Actutum, *quod primum mihi* Franc. *hanc* deest in Græv. 1. C H S χ. *togato contingit* H. *ex his* C H.—12 Ita Ald. Crat. Grut. Beck. et Schutz. *ceteris supplicationibus* codd. Mureti, Græv. 1. 2. Franc. Paris. Barb. C H S χ, Venett. 1480. 1483. al. vett. item Lamb. Græv. Lall. Matthiæ, Orell. Mox, pro *hoc intersit,* quod servant plurimi codd. et edd. vett. *hoc interest* legunt Græv. 2. Duisb. Pith. *hoc inter* Græv. 1. et Franc. Deinde, *ceteræ de rep.* C S ψ, Venett. 1480. 1483. probante Garat. *certe de rep.* H. *gestæ* χ.—13 Ita Ald. Crat. Lamb. seqq. *patefactis* Græv. 1. χ, Venett. 1480. 1483. al. usque ad Ald. Mox, pro *verum,* χ habet *sed.* Particula *etiam* deest in H S. *tamen a magis-*

NOTÆ

[c] *Supplicatio*] Supplicatio ex senatus decreto tum decernebatur, cum quis imperator rem feliciter in bello gesserat: ibant ad templa, et ad omnia Deorum pulvinaria gratias agebant.

[d] *Togato contigit*] Hic honos maximus habebatur, et nulli antea togato, et in urbe manenti, decretus erat.

[e] *Quod ceteræ bene gesta*] Id est, ceteris supplicatio decernebatur, qui feliciter pugnaverant in bello: at Ciceroni, quod sua industria a repub. bellum propulsarit, et hostes sine armis expulerit. Cotta, vir summo ingenio, et bene de repub. meritus, assentientibus omnibus, hujus decernendæ supplicationis auctor fuit.

[f] *Magistratu se abdicavit*] Plutarchus de eo ait, posuisse vestem purpuream in medio senatu, qua indutus erat, et assumsisse suæ fortunæ congruam.

[g] *Quæ religio*] Commendat suum illud factum comparatione illius quod a Mario factum est: nam nihil moratus est ille, quominus Glauciam interficeret, qui Saturninum tribunum plebis contra remp. molientem secutus fuerat. Nulla autem religione tenebatur sic agere: at ipse Cicero religione obstringebatur, quia decretum non solum fuit a senatu, ut viderent consules ne quid respub. detrimenti caperet, verum etiam, ut Lentulum in custodiam traderent.

Mario, clarissimo viro, non fuerat, quo minus [14] C. Glauciam, de quo nihil nominatim erat decretum, prætorem occideret, ea nos religione in privato P. Lentulo [h] puniendo liberaremur.

VII. 16. Nunc, quoniam,[1] Quirites, sceleratissimi periculosissimique belli nefarios duces captos jam et comprehensos tenetis, existimare debetis, omnes Catilinæ copias, omnes spes atque opes, his depulsis urbis periculis, concidisse. Quem quidem ego cum ex urbe pellebam,[2] hoc providebam animo, Quirites, remoto Catilina, nec mihi esse P. Lentuli somnum,[i] nec L. Cassii adipem,[k] nec Cethegi furiosam temeritatem[l] pertimescendam. Ille erat[m] unus[3] timendus ex his omnibus, sed tamdiu, dum mœnibus urbis continebatur: omnia norat, omnium aditus tenebat; appellare,[a] tentare,[n] solicitare poterat, audebat: erat ei con-

[a] *Salutare.*

tratu exhibent C S. *tamen magistratui* ψ.—14 Idem codex, *qui minus.* Actutum, prænomen *C.* deest in codd. Lambini, Græv. 1. Pith. et χ. *Glaucum* habent C H S. *Claudium* ψ. Denique, *prætorem occiderat* χ.

CAP. VII. 1 *Nunc etiam* ψ. Idem cod. mox, *sceleratissima periculosissimaque.* Paulo post, *spes opesque* nonnulli codd. ap. Muret. et sic Lamb. Pro *urbis,* C habet *verbis:* pro *concidisse,* Græv. 1. *condidisse.*—2 Franc. Duisb. H S ψ, Venett. 1480. 1483. Crat. Hervag. Cam. *depellebam.* Mox *non mihi* Duisb. C H S χ ψ, et Victor. *somnium* Græv. 1. 2. Franc. Barb. H ψ, et ed. Wald. *pertimescendum somnum* χ. *pertimescendum, nec Cassii adipem neque C. Cethegi* Venet. 1480. *pertimescendum, nec Cassii adipes neque C. Cethegi* Barb. Totum locum ita exhibet Franc. *nec mihi esse P. Lent. somnium, quo dicebat imperatorem se esse illo anno cum interitu urbis futurum pertimescendumque Cassii adipes, nec C. Cethegi.* C χ omittunt *adipem.* Prænomen *L.* omittunt Græv. 1. 2. Franc. *C. Cassii* est in Pith. *C. Cethegi* habent etiam C H S.—3 *Ille erat solus* H S ψ. *ex istis omnibus* C χ. Mox, *dum in his mœnibus* χ. *urbis* deest in Franc. Deinde, *omnia enim norat* χ. Pro *appellare,* ψ habet *explorare.*

NOTÆ

At Marius tantum jussus est a senatu rempub. conservare, neque ei quicquam de Glaucia demandatum fuerat.

[h] *In privato P. Lentulo*] Cum magistratum deposuisset, privatus censebatur: est autem argumentum a minore ad majus.

[i] *Lentuli somnum*] Adducit in contemtum conjurationis socios. De Lentulo paulo ante dictum est.

[k] *Cassii adipem*] Cassius erat obeso corpore, ac animo stolido.

[l] *Cethegi furiosam temeritatem*] Cethegus cædi præpositus fuerat, et damnarat sæpe sociorum ignaviam, et tarditatem ad facinus obeundum.

[m] *Ille erat*] Catilina maxime omnium formidandus erat, utpote qui norat rationem alloquendi omnes, et solicitandi.

[n] *Tentare*] Tentabat et explorabat

silium ad facinus[o] aptum; consilio autem neque lingua, neque manus deerat. Jam ad certas[4] res conficiendas certos homines delectos ac descriptos[b] habebat: neque vero, cum aliquid mandaverat, confectum putabat: nihil erat, quod non ipse obiret, occurreret, vigilaret, laboraret: frigus, sitim, famem ferre poterat. 17. Hunc ego hominem tam acrem, tam paratum,[5] tam audacem, tam callidum, tam in scelere vigilantem, tam in perditis rebus diligentem, nisi ex domesticis insidiis in castrense latrocinium[c] compulissem, (dicam id, quod sentio, Quirites) non facile hanc tantam molem[d] mali a cervicibus vestris depulissem. Non ille nobis[6] Saturnalia constituisset,[p] neque tanto ante exitii et fati diem reipublicæ denuntiasset, neque commisisset, ut signum, ut literæ suæ testes denique manifesti sceleris deprehenderentur: quæ nunc,[7] illo absente, sic gesta sunt,

[b] *Dispositos.* [c] *Bellum et castra.* *Magnitudinem.*

Verbum *audebat* suspectum est Heumanno.—4 *Jam ad ceteras* Rom. 1480. Ven. 1480. 1483. Crat. Cam. Grut. Heum. Oliv. *Jam ad certas* codd. Mureti, Grævii, Franc. Barb. Paris. ed. Wald. Lamb. Græv. seqq. Mox, *mandarat* Steph. *mandaret* χ. *non confectum putabat* ψ. *factum putabat* Franc. Deinde, *ille obiret* C.—5 Duisb. *tam paratum ad facinus.* Verba, *tam paratum tam audacem* desunt in χ. Mox, *tam perditis,* omissa præpositione *in.* Deinde *insidiis* deest in χ. *in castrensem l. expulissem* habet C. *dicam quod,* omisso *id,* χ ψ. *Quirites* omittunt H S. *O Quiretes* habet Franc. *vestri depulissem* χ. *vestris depulisset* C.—6 Ita Græv. 1. 2. Franc. Duisb. C H S χ, edd. pr. Venett. 1480. 1483. Græv. Beck. Orell. *Non ille vobis* Ald. Crat. Lamb. Grut. Verba, *neque t. a. e. et f. d. r. d. n. commisisset,* desunt in Græv. 1. et χ. *tanti* habent C H S ψ Græv. 2. Pith. Venett. 1480. 1483. *exitii ac fati* codd. aliquot, Græv. Lamb. Matthiæ, et Orell. *exitium et fati* Ald. Crat. Cam. al. ante Græv. *neque aut exicii tanti aut facti* Barb. *neque ante exitii tanti aut facti* Venet. 1480. *neque tanti ante exitii ac facti* Venet. 1483. *exitium ac fati* Oxon. *denuntiavisset* H S Franc. Barb. Venet. 1483. Naug. Hervag. Mox, *denique* deest in Basilicano Gulielmii, Græv. 1. 2. Pith. Naug. sed id tuentur omnes alii codd. 'Multi male distinguunt, *literæ suæ, testes,*' &c. Orell.—7 Cod. ψ *quæ minime nunc.* Mox, pro *tanta in republica,* quod servant codd. vett. Mureti, Græv. 1. C H S Lamb. et Græv. *tanta in remp.* habent Naug. Ald. Crat. ed. 1566. Grut. Oliv. Lall. *tanta in R. P.* ed. pr. Rom. Venett. 1480. 1483. *hæc in tota r. p.* χ. *hæc in tota rep.* Colon. Græv. 2. Franc. *hanc in totam remp.*

NOTÆ

Catilina, quis cujusque esset animus, vel pro republ. vel contra rempub.

[o] *Ad facinus*] Seu bonum, seu malum, obeundum.

[p] *Saturnalia constituisset*] Saturnalium diebus urbem incendere, et occidere cives statuerat.

ut nullum in privata domo furtum nunquam sit tam palam inventum, quam hæc tanta in republica conjuratio manifesto inventa atque deprehensa est. Quodsi Catilina in urbe[8] ad hanc diem remansisset; quanquam, quoad fuit, omnibus ejus consiliis occurri atque obstiti, tamen, ut levissime dicam,[q] dimicandum nobis cum illo fuisset, [*p.* 115.] neque nos unquam, dum ille in urbe hostis fuisset, tantis periculis rempublicam, tanta pace, tanto otio, tanto silentio, liberassemus.

VIII. 18. Quanquam hæc omnia, Quirites, ita sunt a me administrata, ut Deorum immortalium nutu atque consilio et gesta et provisa esse videantur: idque cum conjectura[1] consequi possumus, quod vix videtur humani consilii tantarum rerum gubernatio esse potuisse; tum vero ita præsentes his temporibus opem et auxilium nobis tulerunt, ut eos[r] pæne oculis videre possemus. Nam, ut illa[2] omittam, visas nocturno tempore ab Occidente faces[s] ardo-

conj. Fabr. Deinde, *manifeste* C H S Franc. Venet. 1483.—8 Verba *in urbe* omittit Franc. Mox, *quo affuit* ψ. *ut* deest ante *levissime*. Tum, *neque unquam*, omisso *nos*, C H. *cum ille in urbe* Græv. 1. *cum ille hostis in urbe* Franc. *hostis esset* Græv. 1. C χ. Denique, *liberavissemus* C.

CAP. VIII. 1 C H S χ *idque conjectura*. Mox, Franc. et Erf. *quod videtur humani consilii gubernatio tantarum molem rer. cons. potuisse*; Græv. 1. *quod viæ videretur h. c. t. r. g. e. potuisse*; sic Græv. 2. nisi quod scribit *potuissem*; Duisb. *quod vix v. humanis consiliis t. r. gubernationem quis consequi potuisse*; Barb. *humaniis consiliis tantarum molem rerum g. consequi potuisset*; C et χ *videatur*; *humanis consiliis* C H S χ ψ. *tantam molem* C H S. *tanta mole* ψ. *consequi* C H S ψ. *posse* H S. Deinde, *præstentem* χ. Paulo post, in eodem cod. *videre possimus*.—2 *Nam ut illas* ψ. *visas jam nocturno* H S Venett. 1480. 1483. *ab occidente* omittunt C H S Venett. 1480. 1483. Actutum, *faces ardoresque* χ. Mox, pro *jactus*, ψ habet *tactus*; Barb. *ictus*. Deinde, pro *ut terræ motus, ut cetera*, quam lect. e conj. Ernestii exhibent Garat. Wetz. Beck. *ut terræ motus ceteraque* Barb. Venett. 1480. 1483. Crat. Grut. Matthiæ, Orell. *ut terræ motus relinquam, ut omittam cetera* e codd. de Mureti sententia Lamb. et Græv. *motus, ut cetera relinquam, quæ, &c.* conj. Schutz. *quæ tam multa* desunt in quibusdam codd. *quæ* deest in B. *tam* deest in C. *tam multa* desunt in H S ψ. *quæ* et *tam* desunt in al. *quæ ita nobis* habent nonnulli

NOTÆ

[q] *Ut levissime dicam*] Id est, ne gravioribus et atrocioribus verbis utar: nam bellum civile cum ipso gerendum fuisset.

[r] *Ut eos*] Id est, Deos videre possemus, licet videri non possint. Id dicit propter prodigia quæ his diebus visa sunt, quæ portendere aliquid reipub. videbantur.

[s] *Ab Occidente faces*] Apparuerunt stellæ crinitæ, quæ cometæ vulgo dicuntur: stellæ autem ejusmodi aliud nihil sunt, quam aër accensus, qui varias figuras exhibet.

remque cœli, ut fulminum jactus,[t] ut terræ motus,[u] ut cetera, quæ tam multa, nobis consulibus, facta sunt, ut hæc, quæ nunc fiunt, canere[e] Dii immortales viderentur; hoc certe, Quirites, quod sum dicturus, neque prætermittendum, neque relinquendum est. 19. Nam profecto memoria tenetis, Cotta et Torquato consulibus,[x] complures in Capitolio[3] [y] res de cœlo esse percussas, cum et simulacra Deorum immortalium depulsa sunt, et statuæ[z] veterum hominum dejectæ, et legum æra[a] liquefacta: tactus est etiam ille, qui hanc urbem condidit, Romulus;[b] quem inauratum[4] in Capitolio parvum atque lactentem,[c] uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. Quo quidem tempore, cum haruspices ex tota Etruria[d] convenissent, cædes atque incendia, et legum interitum, et bellum civile ac domesticum, et totius[5] urbis atque imperii occasum appro-

[e] *Prænuntiare.*

codd. et edd. antiq. *quæ ita jam nobis consulibus multa* Franc. Paulo post, in eodem cod. *neque prætermittendum est, neque derelinquendum.*—3 Scheff. conj. *cum Capitolio;* χ habet *de Capitolio.* Pro *res,* quod tuentur tres Pall. U F Barb. et ed. Wald. *turres* legunt alii. Mox, *perculsas* Duisb. *immortalium* deest in χ. Pro *depulsa,* Græv. e Franc. malit *delapsa.* Deinde, pro *et legum,* ψ habet *et regum;* ita quoque Duisb. *æra l. sunt* Franc. Barb. C H S χ Venett. 1480. 1483. *tactus etiam ille* Græv. 1. et Heum. *ac tactus est, &c.* C. *et tactus ille, &c.* Duisb.—4 Cod. χ *quem quidem inauratum.* Mox, *lactantem* ψ. *et uberius* malit Heum. *Supinis nihilantem* ψ.—5 H S *ad totius.* Voc.

NOTÆ

[t] *Fulminum jactus*] Varguntius Pompeius de cœlo exanimatus est.

[u] *Terræ motus*] Terræ motu Spoletum totum concussum est, et quædam ædificia corruerunt. Vide de Divin. lib. I. ubi omnia hæc prodigia versibus Cicero persecutus est.

[x] *Cotta et Torquato coss.*] Anno urbis conditæ 688. quo tempore prior conjuratio facta est: de qua Sallustius.

[y] *Complures in Capitolio*] Arx munitissima erat in saxo Tarpeio, in qua arce plures erant turres.

[z] *Statuæ*] Statuæ olim ad æternam posteritatis memoriam ibi erectæ fuerant.

[a] *Legum æra*] Legum æra significant XII. Tabularum leges, quas in ære descriptas fuisse narrat Liv. lib. III.

[b] *Romulus*] Per Romulum, Romuli statuam intellige.

[c] *Lactentem*] Romulus sugens lac lupæ, et aperto ore captans, repræsentabatur.

[d] *Haruspices ex tota Etruria*] Haruspicinæ præ ceteris dediti fuerunt Etrusci, apud quos Tages, ejus disciplinæ inventor, extitit: immo ex senatus auctoritate quondam decretum est, ut sex filii principum singulis Etruriæ populis hac disciplina instituendi traderentur, ne ars illa

pinquare dixerunt, nisi Dii immortales, omni ratione placati, suo numine[f] prope fata[e] ipsa flexissent. 20. Itaque illorum responsis tunc et ludi decem per dies[f] facti sunt, neque res ulla, quæ ad placandum Deos[6] pertineret, prætermissa est: iidemque jusserunt, simulacrum Jovis facere majus, et in excelso collocare, et contra, atque ante fuerat, ad Orientem convertere: ac se sperare dixerunt, si illud signum, quod videtis, solis ortum, et forum, curiamque conspiceret, fore, ut ea consilia, quæ clam essent[7] inita contra salutem urbis atque imperii, illustrarentur, ut a senatu populoque Romano perspici possent. Atque illud[8] ita collocandum consules illi[g] locaverunt: sed tanta fuit operis tarditas, ut neque a superioribus consulibus,[h] neque a nobis ante hodiernum diem collocaretur. IX. 21. Hic quis potest esse, Quirites,[1] tam aversus[g] a vero, tam præceps, tam mente captus, qui neget, hæc omnia, quæ videmus, præcipueque hanc urbem, Deorum immortalium nutu atque potestate administrari? Etenim cum esset ita responsum, cædes, incendia, interitumque reipublicæ comparari,[2] et

[f] *Sua potestate.* [g] *Perversus.*

imperii deest in S. Mox, *suo numine placati* χ. *ipsa facta* χ ψ.—6 Ita codd. tres Oxon. Rom. Brix. Mediol. et recentt. *ad placandos Deos* plerique codd. Græv. 1. Franc. Pith. Duisb. Barb. C χ ed. Wald. Venet. 1480. Matthiæ. *quæ ad supplicandos pertinet* habet Col. unde Gulielm. conj. *quæ ad supplicandum pertinet*; vel, *quæ ad supplicia Deorum pertinet*. Mox, *idemque* Græv. 2. C S. Pro *facere*, Barb. C et χ dant *fieri*; H *facere maximum*. C H S Venet. 1483. et Naug. *excelsum*. Actutum, *collocari . . . converti* Barb. et C. *et* ante *contra* omittunt C H S. *antea fuerat* exhibet Græv. 1. Denique, *ita se sperare* χ.—7 Idem cod. *quædam essent*. Mox, *ut senatu perspici*, omissis reliquis, C H S ψ.—8 *Atque illud signum* C χ ψ. *Atque signum illud* Græv. 1. 2. Pith. Duisb. Mox, pro *locaverunt*, quod firmant codd. Cujacii, Gruteri, Lambini, et Paris. *voluerunt* legunt Venett. 1480. 1483. *statuerunt* codd. aliquot, Crat. Lamb. Grut. Deinde, verba, *neque a sup. cons.* desunt in Græv. 1. *neque nobis* Col. et Græv. 2.

CAP. IX. 1 *Quirites* deest in C H S χ. *tam adversus* habent χ ψ. *tam præceps furore* codd. Lamb. et Oliv. Mox, *quæ vidimus* χ.—2 C *comperi*. Actu-

NOTÆ

vilesceret.

[e] *Prope fata*] Decreta divina, seu fata, immutari non possunt: at secundum Tagem, tantum decem annos differri potuerunt.

[f] *Ludi decem per dies*] O cæcitatem hominum! quasi ludis ejusmodi Dii placarentur!

[g] *Consules illi*] Cotta et Torquatus.

[h] *Superioribus consulibus*] L. Cæsar et C. Figulus consules ante Ciceronem fuere.

ea a perditis civibus, quæ tum propter magnitudinem scelerum nonnullis incredibilia videbantur; ea non modo cogitata a nefariis civibus, verum etiam suscepta esse sensistis. Illud vero nonne ita præsens est, ut nutu Jovis Optimi Maximi[3] factum esse videatur, ut, cum hodierno die mane per forum meo jussu et conjurati, et eorum indices in ædem Concordiæ[i] ducerentur, eo ipso tempore signum statueretur?[k] quo collocato, atque ad vos senatumque converso, omnia et senatus,[4] et vos, quæ erant contra salutem omnium cogitata, illustrata et patefacta vidistis. 22. Quo etiam majore[5] sunt isti odio supplicioque digni, qui non solum vestris domiciliis atque tectis, sed etiam Deorum templis atque delubris sunt funestos ac nefarios ignes inferre conati: quibus ego si me restitisse dicam, nimium mihi sumam,[h] et non sim ferendus:[l] ille, ille Jupiter restitit: ille Capitolium, ille hæc templa, ille hanc urbem, ille vos omnes salvos esse voluit. Diis ego[6] immortalibus ducibus hanc mentem, Quirites, voluntatemque suscepi, atque ad hæc tanta indicia perveni. [*p.* **116.**] Jam vero illa Allobrogum solicitatio, sic a Lentulo[7] cete-

[h] *Arrogabo.*

tum, *et ea per cives* codd. Mureti, Fabric. Colon. Græv. 1. 2. Franc. Græv. Oliv. Lall. *et ea per cives perditos* C. *et ea a perditis civibus* Barb. Rom. Venet. 1480. Brix. *et ea perditis civibus* ψ. *et a perditis civibus* ed. Wald. *et ea a civibus per cives* Duisb.—3 Græv. 1. *nutu omnium;* C H S *nutu Jov. Opt. ac maximi.* Mox, *hodierna* Barb. et Venet. 1483. Deinde, *jussu conjurati* C H S χ. *et eorum judices* χ. *qui eos judicaverant* ψ. *et ipso timore* ψ. *statuerunt* χ.—4 C H S *omnia senatus.* Mox, *contra senatum et salutem omnium* Basilic. Dein, *illustrata et* desunt in C H S.—5 C *majori;* Franc. *isti sunt majori odio;* Græv. 2. *majori sunt illi odio.* Mox, verba, *tectis, sed etiam D. templis atque* desunt in C H S. Deinde, *quibus ergo* ψ. *ut non sum* C S χ ψ. *ferundus* Græv. 1. *ille* alterum deest in S ψ. Paulo post, *cunctam hanc urbem* Franc. Barb. χ. *ille cunctam urbem* Græv. 1. et al. ap. Lamb. *nos omnes* C H.—6 *A Diis ego* Franc. *Diis ergo* Duisb. χ ψ. Mox, *Quirites* deest in C H S.—7 Ita Venet.

NOTÆ

[i] *In ædem Concordiæ*] In æde Concordiæ Cicero senatum habiturus erat. Tria fuerunt Romæ templa Concordiæ; unum in area Vulcani, aliud in arce, tertium in foro.

[k] *Signum statueretur*] Jovis simulacrum.

[l] *Non sim ferendus*] Prædicat summum Deorum beneficium, quo ab incendio templa et urbs liberata est; quod sibi arrogare sine summa impietate non posset.

risque domesticis hostibus, tanta res, tam dementer[m] credita et ignotis et barbaris, commissæque literæ nunquam essent profecto, nisi a Diis immortalibus huic tantæ audaciæ[i] consilium esset ereptum. Quid vero?[8] ut homines Galli ex civitate male pacata,[n] (quæ gens una restat, quæ populo Romano bellum facere et posse et non nolle videatur) spem imperii et rerum[9] amplissimarum ultro sibi a patriciis[o] hominibus oblatam negligerent, vestramque salutem suis opibus anteponerent: id non divinitus[10] factum esse putatis? præsertim qui nos non pugnando, sed tacendo superarent?

X. 23. Quamobrem, Quirites, quoniam[1] ad omnia pulvinaria[a] supplicatio decreta est, celebratote illos dies[b] cum conjugibus ac liberis vestris. Nam multi sæpe honores Diis immortalibus justi[c] habiti sunt ac debiti, sed profecto

[i] *Tam audacibus.*

1483. Crat. Hervag. Cam. Grut. Græv. Beck. et Orell. *sic* omittunt Naug. Man. Lamb. Schutz. Matthiæ, contra codd. Excidisse v. *suscepta* arbitrabatur Ernesti. Mox, *tam dementer tanta res credita* Barb. Venett. 1480. 1483. *tam dementer tantæ res creditæ* duo codd. Grævii. Dein, *commisisse* H. *commissæ* S χ. *esset profecto* C H S.—8 *Quod vero* H S. Mox, *quæ bellum reip. facere* H S. *facere posse,* omissa copula, C H S. *et nolle* Græv. 1. *et velle* Franc. et ψ.—9 C H S *imperii ac rerum.* C *maximarum ultro.* χ *sibi a patribus.* Duisb. *hominibus allatam.* Mox, *vestram salutem* H S; *nostramque salutem* χ. *opibus præponerent* Duisb.—10 Ita codd. Grævii, Franc. Duisb. ed. Wald. Venet. 1480. Lamb. Græv. *id nonne div.* alii codd. et edd. Mox, *quin vos non* ψ. Denique, pro *superarent,* quod habet ed. Wald. *superare potuerunt* exhibent codd. fere omnes, Rom. Venet. 1480. aliæque edd. *superare voluerunt* ψ.

NOTÆ

[m] *Tanta res, tam dementer*] Tanta conjuratio et bellum tam perniciosum excogitatum, sine summa dementia non potuit committi ignotis et barbaris hominibus, id est, Allobrogibus. Nota autem quod 'barbaros' externos omnes appellabant Romani.

[n] *Ex civitate male pacata*] Videntur habuisse civitatem, quæ Allobrogum diceretur; quæ male pacata appellatur, quod molestissime ferrent imperium pop. Rom. ex quo victi sunt a Q. Fabio, qui Allobrogicus dictus est.

[o] *A patriciis*] Quidam erant e conjuratis patricii.

[a] *Ad omnia pulvinaria*] Pulvinaria erant lecti qui sternebantur in templis, cum Diis convivium apponebatur, quod sacrificii genus lectisternium dicebatur, aut epulum.

[b] *Celebratote illos dies*] Ibant per urbem redimiti pueri, matronæ, virgines, canebantque hymnos compositos in laudem Deorum.

[c] *Justi*] Justi sunt honores qui rependuntur Diis immortalibus pro

justiores nunquam. Erepti enim[2] ex crudelissimo ac miserrimo interitu, et erepti sine cæde, sine sanguine, sine exercitu, sine dimicatione, togati, me uno togato duce et imperatore vicistis. 24. Etenim recordamini,[3] Quirites, omnes civiles dissensiones, neque solum eas, quas audistis, sed et has, quas vosmetipsi meministis et vidistis: L. Sulla[4] P. Sulpicium oppressit:[d] ex urbe ejecit C. Marium, custodem hujus urbis,[e] multosque fortes viros partim ejecit ex civitate, partim interemit. Cn. Octavius,[5] [f] consul, armis ex urbe collegam suum expulit: omnis hic locus acervis corporum et civium sanguine redundavit. Superavit postea Cinna cum Mario: tum vero,[6] clarissimis viris interfectis, lumina[g] civitatis exstincta sunt. Ultus est hujus victoriæ crudelitatem postea Sulla; nec dici[7] quidem opus est,

Cap. x. 1 Voc. *quoniam* deest ψ. Mox, *dies* omittunt C H S.—2 *Erepti enim estis* plurimi codd. Venet. 1480. Græv. Lall. Beck. Schutz. Orell. Matthiæ; *estis* omittunt Lamb. Grut. Ott. Wetzel. *ex miser. et crudel.* Græv. contra codd. *togati* omittunt codex unus Oxon. Venet. Crat. *duce* deest in ψ.—3 Franc. Græv. *recordemini.* Mox, *non solum* C χ. *solum* deest in ψ. *sed et eas quas* cod. Muret. et Barb. *sed eas quas* C χ Venet. 1480. *sed has quas* H S Venet. 1483. *vos meministis* H S. *ipsimet meministis* codd. quidam Lamb. *meministis* deest in ψ. *atque vidistis* Barb. et Venet. 1480. probante Garat.—4 *L. Syllam* χ. Verba *ex urbe ejecit* cum codd. aliquot delevit Lamb. in ed. 1566. probante Beck. *ejecit ex urbe* exhibent nonnulli codd. Grævii. Mox, *ejecit de civitate* C.—5 *Cum Octavius* ψ. Mox, *ex urbe* desunt in eodem, *acrius*, pro *acervis*, Franc.—6 Idem cod. *tunc vero.*—7 Ita C H S Ott. Wetz.

NOTÆ

acceptis ab ipsis beneficiis.

[d] *Sulpicium oppressit*] Cum Sullæ decretum esset a senatu bellum Mithridaticum, egit Marius cum Sulpicio tribuno plebis, ut ea sibi provincia pop. Rom. suffragiis decerneretur. Sulla interim simulans profectionem ad bellum, exercitum Romam convertit; pugnat in urbe cum Mario et Sulpicio; Sulpicius occiditur, et Marius fugit in Africam. Appian. Bell. Civil. lib. I.

[e] *Custodem hujus urbis*] Vere Marius urbis Romæ custos fuit, propter confectum a se bellum Cimbricum. Is Arpinas et Ciceronis popularis fuit, quem semper laudat.

[f] *Cn. Octavius*] Cn. Octavius habuit collegam Cornelium Cinnam. Octavius partes Sullæ secutus est. Expulit autem Cinnam propter leges quasdam reipub. perniciosas, quas Octavius ferri noluit. Sic expulsus, consulatu abdicatus est, et hostis patriæ judicatus. Marius rediens ex Africa, cum Cinna se conjungit; Romam obsident, capiunt, eamque civium nobilissimorum sanguine et cædibus replent.

[g] *Lumina*] Interfecti sunt Q. Catulus, Merula, Crassus, Scævola, M. Antonius, et C. Cæsar, præstantissi-

quanta diminutione civium,[h] et quanta calamitate reipublicæ. Dissensit M. Lepidus[i] a clarissimo et fortissimo viro Q. Catulo:[k] attulit non tam ipsius interitus[l] reipublicæ luctum, quam ceterorum.[m] 25. Atque illæ dissensiones erant hujusmodi,[8] Quirites, quæ non ad delendam, sed ad commutandam rempublicam pertinerent: non illi nullam esse rempublicam, sed in ea, quæ esset, se esse principes; neque hanc urbem conflagrare,[n] sed se in hac urbe florere voluerunt. Atque illæ tamen[9] omnes dissensiones, quarum nulla exitium reipublicæ quæsivit, ejusmodi fuerunt, ut non reconciliatione concordiæ, sed internecione civium dijudicatæ[a] sint. In hoc autem uno post hominum memoriam maximo crudelissimoque bello, quale bellum nulla unquam[10] barbaria cum sua gente gessit, quo in bello lex

[a] *Terminatæ.*

Grut. Schutz. *ne dici* Græv. Heum. Oliv. Lall. Beck. Orell. Matthiæ: et sic Priscian. p. 1028. Putsch.—8 Ita Barb. quatuor codd. Oxon. Rom. Brix. Venett. 1480. 1483. *erant hujusmodi,* de Ernestii sententia uncis inclusit Orell. delevit Matthiæ. *Atque illæ tamen omnes diss. &c.* plurimi codd. et Græv. *Atque tum illæ omnes diss.* Pal. 10. et Hitt. *Atque illæ tunc omnes diss.* Græv. 2. *Quirites* deest in χ. Mox, *sed ad comminuendam ac mutandam* ψ. *se principes esse* Græv. contra codd. *se esse principes voluerunt* χ.—9 *Atque illæ inde* C H S. *omnes* deest in χ. Mox, *reconciliationem* C S. *concordiæ* deest in H S. Deinde, *internicione* Man. *internitione* edd. ante Lamb. *interemtione* Pith. et Barb. *interitione* Lamb. in marg. *internicionem* C S. *interventione* ψ. *dijudicatæ sunt* C H χ.—10 Pro *nulla unquam,* Barb. C H S ψ Venett. 1480. 1483. præbent *nunquam.* Pith. Barb. al. ap. Græv. *barbaries.* Mox, *C. Cassio constituta* χ. Paulo post, *Quirites* deest in H S. *supervicturum putas-*

NOTÆ

mi oratores. Vide Liv. lib. LXXX.

[h] *Quanta diminutione civium*] Appianus refert, ex equestri ordine duo millia et sexcentos, senatores nonaginta, consulares quindecim occidisse; et Liv. lib. LXXX. Italiam universam cædibus replevisse, unde a Suffidio admonitus dicitur, ut aliquos vivere sineret, ut essent quibus imperaret.

[i] *Dissensit M. Lepidus*] Dissensit in eo M. Lepidus, tum quia impediebat ne Sullæ demortui corpus in Campo Martio sepeliretur, qui honos antea tantum regibus concessus fuit, tum quia ejus acta rescindere conabatur.

[k] *Q. Catulo*] Hic Catulus Ciceronem patrem patriæ nominavit.

[l] *Ipsius interitus*] Pugnavit Lepidus cum Catulo in Campo Martio, ubi multa suorum clade victus, fugit in Sardiniam, ibique morbo periit.

[m] *Ceterorum*] Multi cum eo cæsi sunt.

[n] *Neque hanc urbem conflagrare*] Ii omnes de quibus dixit, volebant aut commutare reipub. statum, aut in ea dominari tantum; sed Catilina funditus flammis illam delere voluit.

hæc fuit a Lentulo, Catilina, Cassio, Cethego constituta, ut omnes, qui salva urbe salvi esse possent, in hostium numero ducerentur;[b] ita me gessi, Quirites, ut omnes salvi conservaremini: et, cum hostes vestri tantum civium superfuturum putassent, quantum infinitæ cædi restitisset,[c] tantum autem urbis, quantum flamma obire[d] non potuisset; et urbem et cives integros[11] incolumesque servavi.

XI. 26. Quibus pro tantis rebus, Quirites, nullum ego a vobis præmium virtutis, nullum[1] insigne honoris,[e] nullum monumentum[o] laudis postulo, præterquam hujus diei memoriam sempiternam: in animis ego vestris omnes triumphos meos, omnia ornamenta honoris, monumenta gloriæ, laudis insignia, condi et collocari volo: nihil me mutum[p] potest delectare, nihil tacitum, nihil denique hujusmodi,[2] quod etiam minus digni assequi possint. Memoria vestra, Quirites, nostræ res alentur, sermonibus crescent,[3] literarum monumentis[f] inveterascent et corroborabuntur: eandemque diem intelligo, quam spero æternam fore, et ad salutem urbis, et ad memoriam consulatus mei propagatam: unoque tempore in hac republica duos cives[q] extitisse,[4] [*p.* 117.] quorum alter fines vestri imperii, non terræ,

[b] *Haberentur.* [c] *Reliquum fuisset facta cæde infinita.*
[d] *Attingere.* [e] *Nullum triumphum.* [f] *Historiis.*

sent C H S. *superfuturum esse putassent* χ. Tum, *infinita e cæde* conj. Burm. ad Anthol. Lat. tom. II. p. 180. probante Garat.—11 Codd. Lambini, *et cives omnes integros;* optimus Grævii, *et omnes cives integros,* probante Garat. *integerrimos* Venet. 1480. *integram* al. ap. Heum. Vid. Cujac. Obss. XIV. 24.

CAP. XI. 1 Voc. *nullum* deest in χ. Mox, *emolumentum laudis* C. *monumentum honoris* H. Actutum, *postulabo* Franc. Barb. Venet. 1480. Steph. *memoriam vostram* C S ψ χ.—2 C *ejusmodi.* Mox, *assequi possunt* C H S χ Franc.—3 Cod. unus Oxon. *crescens.* Mox, *et* deest in C H S. Tum, *corroborantur* C.—4 '*Eandemque diem intelligo, &c.*] Hunc locum non satis sanum

NOTÆ

[o] *Nullum monumentum*] Hominibus de patria bene meritis statuæ in rostris collocabantur.

[p] *Me mutum*] Testatur se rebus mutis non delectari, quales sunt statuæ; nec tacitis, quales sunt triumphi.

[q] *Duos cives*] Se et Pompeium notat: Pompeius enim eodem fere tempore piraticum bellum et Mithridaticum confecit: ipse vero civitatem incendio, cives cæde, liberavit.

sed cœli regionibus terminaret; alter ejusdem imperii domicilium sedemque servaret. XII. 27. Sed, quoniam earum rerum, quas ego gessi, non est eadem fortuna atque conditio, quæ illorum,[1] qui externa bella gesserunt; quod mihi cum his vivendum sit, quos vici ac subegi; isti hostes aut interfectos aut oppressos reliquerunt; vestrum est, Quirites, si ceteris sua facta prosunt,[2] mihi mea ne quando obsint,[r] providere: mentes enim hominum audacissimorum sceleratæ ac nefariæ ne vobis nocere possent, ego providi: ne mihi noceant, vestrum est providere. Quanquam, Qui-

esse puto: nec rem conficit lectio Ms. Franc. ap. Græviun. Difficultas est in verbis *eandemque diem intelligo . . . propagatam.* Nec sequentia, *unoque tempore . . . duos cives exstitisse,* habent unde pendeant. Sed sine libris frustra conjecturæ hic exerceantur. *Intelligo* est judico, arbitror, ut IV. 4. 'alter intelligit,' &c. Sed deest, quod ab eo proxime pendeat ante *unoque tempore.* Omnino locus male habitus est, et in eo variant libri. Edd. Rom. Brix. *omnique tempore . . . duos dies.*' Ernesti. '*Eandemque diem intelligo et ad salutem urbis, quam spero æternam fore, et ad m. c. m. propagandum, &c.*] Ita paucis verbis transpositis, et cod. Franc. recepta lectione sensum putavi commodum existere.' *Beck.* Ita quoque Schutz. 'Qua tamen in ratione languet *urbis, quam spero æternam fore;* hoc enim non tam sperabant Romani, quam fore confidebant: nec habet *unoque tempore* unde pendeat. *Eademque* (scil. literarum monumenta) *intelligo et ad s. u. et ad m. c. mei propagatura, uno tempore* conj. Heum. parum prob. etsi placuit Matthiæ. Mihi in mentem venit, *Eandemque diem intelligo atque spero æternam fore, et ad salutem urbis et ad memoriam consulatus mei propagatum iri, uno tempore.* Sæpe infinitivus futuri passivi est corruptus. Ceterum *omnique tempore in hac r. p. duos dies ext.* codd. aliquot, Rom. Jenson. Venet. 1483. Crat.' *Orell. fore propagatam esse et ad sal. et cons. mei* Col. ap. Grut. *intelligo, quam spero æt. fore; prop. esse ad sal. urbis et ad m. cons. mei* Græv. 1. 2. Duisb. Mox *finem vestri imp.* C H S χ. Paulo post, *alter hujus imp.* C. *alter vero ejusdem imp.* ψ. Denique, *sedesque* C χ.

CAP. XII. 1 C *quæ illorum est;* H S χ ψ Venett. 1480. 1483. *quæ fuit illorum;* Crat. Naug. Cam. *et illorum.* Mox, *cum his* ex suis codd. dedit Græv. cum antea legeretur *cum illis;* nonnulli codd. ap. Lamb. et Duisb. *cum iis.* Alii codd. Steph. Beck. Schutz. Orell. Matthiæ, *quod mihi cum his vivendum est;* Barb. quatuor codd. Oxon. Venet. 1483. Lamb. *quod mihi vivendum sit cum illis.* Heum. et *est,* et *sit,* e gloss. enatum putat. Deinde, *quos vici et subegi* Græv. 1. *quos vi subegi* Græv. 2. Denique pro *isti,* Græv. 1. 2. Franc. Barb. quinque codd. Oxon. Venett. 1480. 1483. Hervag. Naug. Crat. Manut. Græv. Heum. Ott. Beck. Orell. Matthiæ habent *illi.* Venett. 1480. addit voc. *autem.*—2 Ita Franc. ed. Wald. Beck. et Schutz. *sua recte facta prosunt* Orell. ex aliis codd. *recte facta sua prosunt* Græv. et Matthiæ: *recte sua facta prosunt* unus cod. Oxon. *recta sua facta prosunt* nonnulli codd. Venet. 1483. Lamb. Grut. Paulo post, *nocere possint* Græv. 1. ψ.—

NOTÆ

[r] *Ne quando obsint*] Poterat obesse Ciceroni invidia, quam subibat a conjuratis qui supererant.

rites,[3] mihi quidem ipsi nihil jam ab istis noceri potest: magnum enim est in bonis præsidium, quod mihi in perpetuum comparatum est: magna in republica dignitas, quæ me semper tacita defendet: magna vis est conscientiæ,[s] quam qui negligent, cum me violare volent, se ipsi indicabunt. 28. Est etiam[4] in nobis is animus, Quirites, ut non modo nullius audaciæ cedamus, sed etiam omnes improbos ultro semper lacessamus. Quodsi omnis impetus domesticorum hostium depulsus a vobis, se in me unum convertit;[5] vobis erit providendum, Quirites, qua conditione posthac eos esse velitis, qui se pro salute vestra obtulerint invidiæ periculisque omnibus. Mihi quidem ipsi quid est, quod jam ad vitæ fructum possit acquiri, præsertim cum[6] neque in honore vestro, neque in gloria virtutis, quicquam videam altius,[t] quo quidem mihi libeat ascendere? 29. Illud perficiam profecto, Quirites, ut ea, quæ gessi[7] in consulatu, privatus tuear atque ornem: ut, si qua est invidia in conservanda republica suscepta, lædat invidos, mihi valeat ad gloriam: denique ita me in republica tractabo,[g] ut meminerim semper quæ gesserim, curemque, ut ea virtute, non casu, gesta esse videantur. Vos, Quirites, quoniam

[g] *Geram.*

3 *Quirites* deest in C. *ipsi* omittunt C H S χ ψ. *istis nocere* C S. *istis jam nocere* ψ. Mox, pro *est*, H habet *omnis.* Tum, pro *bonis*, quod servant codd. Gruteri, tres Pall. Erf. Hitt. Græv. 1. Franc. Duisb. Venet. 1480. cum ed. Grut. et recentt. *vobis* habent C H S χ Græv. 2. Venet. 1483. Lamb. *nobis* Barb. Deinde, *tacita defenderet* χ. *est* post *vis* omittunt Græv. 1. 2. Franc. Duisb. et Steph. probante Græv. *negligunt* deest in C. *se indicabunt,* omisso *ipsi,* Græv. 1.—4 *Est enim* C ψ. Mox, *is* deest in ψ. *omnes* deest in Steph. *semper lacessam* Græv. 1.—5 Ita edd. antiq. *omnis . . . depulsus . . . converterit* codd. Grævii, Reg. Pith. Barb. cum edd. Græv. Beck. Schutz. Orell. Matthiæ; *omnes imp. . . . depulsi . . . converterint* Ald. Crat. Lamb. Grut. Heum. Oliv. *a vobis depulsus se etiam in me unum converterit* Venet. 1483. *omnis* C H S χ ψ. *depulsus* C H S ψ. *convertit* C H S χ. *erit videndum* Græv. 1. Mox, *obtulerunt* Græv. 1. 2. Franc. C H S χ ψ.—6 Lamb. *cum præsertim.* Mox, *quidem* deest in Duisb. ψ. *quod quidem* habent C S χ. *mihi liceat* ψ. *quo jubeat ascendere* Pith. *quo libeat ascendere* al. ap. Græv.—7 C *quæ feci.* Actutum, *in consulatu meo* H S χ Venett. 1480. 1483. Deinde,

NOTÆ

[s] *Magna vis est conscientiæ*] Locus communis de conscientia, qua nulla major vis est.

[t] *Videam altius*] Populi beneficio consul erat, qua dignitate nulla fuit illustrior in repub.

jam nox est,[8] [u] veneramini illum Jovem,[x] custodem hujus urbis ac vestrum, atque in vestra tecta discedite: et ea, quanquam jam periculum est depulsum, tamen æque ac priori[9] nocte, custodiis vigiliisque defendite: id ne vobis diutius faciendum sit, atque ut in perpetua pace esse possitis, providebo,[y] Quirites.



pro *ornem*, ψ habet *oratione*. In eodem cod. *pro conservanda*.—8 Græv. 1. et Franc. *nox est*. Græv. 1. *venerati illum*. Mox, *ac nostrum* C. *ac in vestra* C. *et in vestra* H S Græv. 2. Duisb. *jam* deest in H S χ Venet. 1483. *jam omne periculum sit* ψ. *jam est periculum* ed. Græv.—9 Græv. 1. et C *priore*. Actutum *nocte fecistis* codd. Lambini, multi ap. Grut. Barb. C H S χ ψ Venett. 1480. 1483. Hervag. Manut. Orell. Matthiæ; *nocte faciundum* Lamb. Mox, *Quirites* omittunt Crat. Lamb. Grut. contra codd. et edd. optt.

NOTÆ

[u] *Jam nox est*] Patet sub noctem habitam hanc fuisse orationem; quod et Plutarchus testatur.

[x] *Illum Jovem*] Hortatur ad venerationem Jovis Statoris, cujus in templo primam Orationem in Catilinam habuit.

[y] *Providebo*] De senatusconsulto pro puniendis conjuratis habendo, provisurum se ac executurum quamprimum pollicetur.

M. TULLII CICERONIS

IN L. CATILINAM

QUARTA,

HABITA IN SENATU.

ORATIO XXII.

[*Ed. Ald. p.* 118.] I. 1. VIDEO, patres conscripti, in me[1] omnium vestrum ora[a] atque oculos esse conversos: video, vos non solum de vestro ac reipublicæ, verum etiam, si id depulsum sit, de meo periculo esse solicitos. Est mihi jucunda in malis,[b] et grata in dolore, vestra erga me voluntas: sed eam, per Deos immortales! quæso,[2] deponite, atque obliti salutis meæ, de vobis ac de liberis vestris cogitate. Mihi quidem[3] si hæc conditio consulatus data

[a] *Vultus.* [b] *Periculis.*

CAP. I. 1 *Video in me P. C.* Franc. Græv. improbantibus Heum. et Garat. *Video P. C. omnium, &c.* Duisb. *oculos in me esse* Duisb. Mox, *vos video* Græv. 2. Franc. et ed. Græv. *ac de reip.* C. *depulsum periculum sit* Græv. 1. —2 Venet. 1480. *quæso per Deos immortales.* Voc. *quæso* deest in nonnullis codd. Lamb. et Græv. 1. item in ed. Steph. Mox, *ac liberis,* omisso *de,* H S χ.—3 Voc. *quidem* omittunt codd. Grævii, Pith. Paris. C H S χ Barb. ed. pr. Venett. 1480. 1483. Primus addidit Victor. eumque secuti sunt Hervag. Cam. Lamb. Beck. Schutz. Uncis inclusit Orell. Mox *perferam* Duisb. ψ. *feram* deest in ψ. *fortiter, rerum et libenter* Franc. Duisb. Barb. Venet. 1480. *f. verum etiam lib.* Lamb. e codd. aliquot. *vobis* deest in ψ. *Romano P. C.* C S. *Romano Patres C.* χ. *populoque Romano Patres conscripti* Barb. Venet. 1480. 1483. Hervag. *vobis P. C. populoque Romano* conj. Garat.

est,[a] ut omnes acerbitates, omnes dolores cruciatusque perferrem; feram non solum fortiter, sed etiam libenter, dummodo meis laboribus vobis populoque Romano dignitas salusque pariatur. 2. Ego sum ille consul, patres conscripti, cui non forum,[b] in quo omnis[4] æquitas[c] continetur; non Campus,[d] consularibus auspiciis consecratus; non curia,[e] summum auxilium omnium gentium; non domus, commune perfugium;[f] non lectus, ad quietem[g] datus; non denique hæc sedes honoris[5][h] unquam vacua mortis periculo atque insidiis fuit. Ego multa tacui, multa pertuli, multa concessi, multa meo[6] quodam dolore, in vestro timore, sanavi. Nunc, si hunc exitum consulatus[i] mei Dii immortales esse voluerunt,[7] ut vos, patres

Denique, *salus* deest in Græv. 2.—4 Gulielm. malit, *forum quo omnis*, deleto *in*, cui assentitur Heum. *continetur* deest in ψ. *non campus Martius* Venet. 1480. Mox, *commune profugium* Franc. *commune omnium hominum perfugium* codd. Lambini et Oliv.—5 Plurimi codd. et edd. antiq. habent, *hæc sedes honoris, sella curulis;* Mureti opt. Pal. 6. Duisb. Barb. *hæc s. h. id est sella curulis;* alii Pall. et ψ *hæc s. h. non sella curulis.* Verba *sella curulis* e gloss. irrepsisse viderunt Mur. Manut. Lamb. Græv. Cell. Heum. Beck. Matthiæ. Defendit Orell. Cf. Liv. IX. 46. item pro Sull. § 81.—6 C H S χ *in meo.* ψ *dolore quodam vestro.* Lips. Var. Lect. III. 22. *sine vestro timore.*—7 *Dii im.*

NOTÆ

[a] *Data est*] Quasi fato et Deorum decreto, datum sibi esse consulatum dicit, ut multa perferat.

[b] *Non forum*] In foro creatum est ei periculum a Catilina.

[c] *In quo omnis æquitas*] In foro judicia exercebantur, ubi regnare debet æquitas.

[d] *Non Campus*] In Campo Martio, captatis auguriis, magistratus creabantur; nam huc se contulit lorica tectus, uti priore oratione dictum est.

[e] *Non curia*] In curia Ciceroni minatus est Catilina: refert enim Plutarchus tum dixisse Catilinam, duo esse in repub. corpora, quorum alterum caput haberet, sed ægrum; alterum sine capite, sed potens et validum, cui se ipse caput adjungeret.

[f] *Commune perfugium*] Plutarchus in vita Gracchorum refert, quod apud Romanos veteres, ne in capitali quidem causa reum domi licebat facere; sed ante domum consistens præco, tuba eum citabat.

[g] *Non lectus, ad quietem*] Equites duo præmissi fuerant a conjuratis, ut mane Ciceronem in lecto suo interficerent; quare ne in lecto quidem quietus fuit.

[h] *Sedes honoris* [*sella curulis*] Curules magistratus erant consules, censores, prætores, et ædiles; hinc autem appellati, ut Festus ait, quia curru vehebantur, in quo erat sella eburnea, vel saltem ebore tecta, pedibus incurvis, cui insidebant illi magistratus.

[i] *Exitum consulatus*] Quia nonis

conscripti, populumque Romanum ex cæde misera, conjuges liberosque vestros, virginesque Vestales [k] ex acerbissima vexatione; templa atque delubra,[l] hanc pulcherrimam patriam omnium nostrum ex fœdissima flamma, totam Italiam ex bello et vastitate eriperem; quæcumque mihi uni proponetur fortuna, subeatur.[m] Etenim, si P. Lentulus suum nomen,[n] inductus a vatibus,[o] fatale ad perniciem reipublicæ fore putavit; cur ego non læter,[8] meum consulatum ad salutem reipublicæ prope fatalem extitisse?[p] II. 3. Quare, patres conscripti, consulite vobis, prospicite patriæ, conservate vos, conjuges, liberos, fortunasque vestras: populi Romani nomen [1] salutemque defendite: mihi parcere,[c] ac de me cogitare desinite. Nam primum debeo sperare, omnes Deos, qui huic urbi præsident,[q] pro eo mihi,

[c] *Misereri mei.*

voluerunt C H S χ. *patres conscripti* desunt in Græv. 2. *ut vos P. C. et populum* exhibent codd. Grævii. Pro *populumque Romanum,* C H S χ præbent *Quirites.* Duisb. *ex cæde et miseria;* Barb. et ψ *ex cæde miseria.* χ *liberos vestros.* C *templa ac delubra.* C S χ *omniumque nostrum;* H *omniumque vestrum.* Franc. *ex sordidissima flamma.* Denique, *et vastatione* Franc. *præponetur* Franc. et Græv.—8 C S *lætor;* al. ap. Græv. *læter de meo consulatu.* Pro *reip.* C ψ habent *populi R.* Græv. 2. *P. R.*

CAP. II. 1 Franc. *liberos vestros fortunasque reipub. Romanæ nomen.*—

NOTÆ

Decembris hanc habuit orationem Cicero, et calendis Januariis designati consules magistratum inire debebant, exitus ejus consulatus imminebat.

[k] *Vestales*] Vestales inde dictæ sunt, quod Vestæ sacra, et ignem ejus perpetuum curarent. Longe ante Romam conditam eorum fuit institutio, si quidem Æneas, condito Lanuvio, ibi Vestæ ædem exstruxerit. Dionysius ait Numam Pompilium primum omnium Vestales virgines Romæ instituisse.

[l] *Templa atque delubra*] Templa ex Donato loca sunt notata ab augure, et Diis consecrata: delubra vero, ubi simulacra Deorum ponuntur.

[m] *Subeatur*] Proponit sibi omnia perferenda fortiter et generose, quæ erunt pro patriæ defensione subeunda.

[n] *Suum nomen*] Nomen nempe Cornelii, de quo superiori orat. § 9. Hic autem locus est a dissentaneis. Lentulus enim velut hostis patriæ, Ciceroni patriæ servatori opponitur.

[o] *A vatibus*] Per vates, haruspices, et versus Sibyllarum intelligit. De quibus, vide superiorem orat. § 9.

[p] *Fatalem extitisse*] Stoicorum more loquitur, qui omnia fato advenire volebant: quasi in fatis esset, ut per ipsum respub. conservaretur.

[q] *Urbi præsident*] Credebant illi veteres urbem quamlibet suos habere Deos tutelares. Vide Macrob. Sat. lib. III. Unde Romani urbem obsessuri, prius Deos ejus tutelares sibi propitios invocabant.

ac mereor,[2] relaturos gratiam[r] esse: deinde, si quid obtigerit, æquo animo paratoque moriar: neque enim turpis mors[s] forti viro potest accidere, neque immatura consulari,[t] nec misera sapienti.[u] Nec tamen[3] ego sum ille ferreus, qui fratris carissimi[w] atque amantissimi præsentis mœrore non movear, horumque omnium lacrymis, a quibus me circumsessum[d] videtis: neque meam[4] mentem non domum sæpe revocat exanimata uxor,[x] abjecta metu[5] filia,[y] et parvulus filius,[z] quem mihi videtur amplecti respublica tanquam obsidem[a] consulatus mei: neque ille, qui expectans hujus exitum diei, adstat in conspectu meo gener:[b] moveor his

[d] *Circumdatum.*

2 H *ac meis.* Mox, *esse gratiam* Lamb. Voc. *obtigerit* suspectum est Ernestio; *attigerit* habet ψ. Deinde, *nam neque turpis* Græv. 2. et Duisb. *gravis* conj. Schutz. e Quintil. VI. 3. 109. Pro *consulari,* C H S χ habent *consuli.* Pro *nec,* C habet *neque.*—3 *Neque tamen* C. *et amantissimi* C. *furore non movear* Græv. 2. Mox, præpositio ante *quibus* deest in Franc. probante Grævio.—4 H S *nec non meam.* Voc. *non* deest in C H. *et abjecta* Steph.—5 Pro *metu,* Franc. habet *mea.* Tum, *qui mihi videtur amplecti rempublicam* Crat. Naug. *complecti resp.* Græv. 2. Mox, *stat* in eodem pro *astat.*

NOTÆ

[r] *Relaturos gratiam*] Referre gratiam Dii dicuntur, cum suis cultoribus bene faciunt.

[s] *Turpis mors*] Turpis mors ea dicitur, quæ ob turpem causam accidit; at gloriosa erit Ciceroni, si in defendenda patria moriatur.

[t] *Immatura consulari*] Immatura mors est, quæ ante cursum gloriæ peractum accidit: cum igitur ad consulatum, maximam omnium dignitatem, pervenerit Cicero, jam ei mors evenire immatura nequit.

[u] *Misera sapienti*] Stoici etiam in tormentis beatum esse censebant sapientem.

[w] *Fratris carissimi*] Frater ipsius Quintus, cognati reliqui ac propinqui aderant, ut viderent quem exitum res habitura esset, et an morte mulctarentur conjurati. Refert Plutarchus Quintum non mediocriter Ciceronem impulisse ad sumendum de conjuratis supplicium.

[x] *Exanimata uxor*] Terentiam uxorem metu et pavore consternatam esse ait.

[y] *Filia*] Tullia Ciceronis filia nominabatur, quæ forma, moribus, et doctrina excellens fuisse dicitur.

[z] *Parvulus filius*] Filius Ciceronis a patre Marco Marcus dictus est. Is post mortem patris, Augusti Cæsaris in consulatu collega fuit, ut Plutarchus refert.

[a] *Tanquam obsidem*] Obsides quidem ii dicuntur, qui a victis victori dantur: sed hic obses ponitur pro sponsore consulatus Ciceronis. Nam cum unice a Cicerone filius diligeretur, confirmabat nihil suscepturum patrem, nisi quod saluti reipub. foret; quia salus liberorum et incolumitas a salute et incolumitate reipub. dependet.

[b] *Gener*] Tullia filia Ciceronis tres

rebus omnibus, sed in eam partem, ut salvi sint vobiscum [6] omnes, etiamsi vis aliqua me oppresserit,[e] potius, quam et illi, et nos una reipublicæ peste pereamus. 4. Quare, patres conscripti, incumbite ad reipublicæ salutem: [7] circumspicite omnes procellas,[c] quæ impendent, nisi providetis. Non Ti. Gracchus,[8] [d] qui iterum tribunus plebis fieri voluit; non C. Gracchus, qui agrarios [e] concitare conatus est; non L. Saturninus, qui C. Memmium [9] occidit,[f] in discrimen aliquod, atque in vestræ severitatis judicium adducitur: tenentur ii, qui ad urbis incendium, ad vestram omnium cædem, ad Catilinam accipiendum, Romæ restiterunt:[f] tenentur literæ, signa, manus, denique uniuscujusque confessio: solicitantur Allobroges:[g] [p. 119.] servitia[g] excitantur: Catilina arcessitur: id est initum consilium,[10] ut,

[e] *Pereundum esset mihi.* [f] *Remanserunt.* [g] *Servi.*

—6 H S χ Franc. *nobiscum;* Græv. 2. *fiant vobiscum.* Voc. *omnis* deest in Franc. *quam illi et nos* Franc. *quam ille et nos* ψ. *quam ut illi et nos* Steph. *quam volo ille ut nos* C H S χ. *quam illius nos* Pith. *una cum rep. pereamus* Hervag. Cam. Grut.—7 Græv. 1. 2. Franc. Duisb. et ed. Græv. *salutem reip.* ψ *salutem et Ro. populi.* Mox, *nisi provideatis* Græv. 2.—8 *Titus Gracchus* Græv. 1. *non. Gracchus* Græv. 2. *non unus Gracchus* Franc. *non ei Gracchus* Pith. Verba, *qui i t. p. f. v. n. C. Gracchus* desunt in χ. *quod iterum* ψ. ed. Wald. *quia iterum* Græv. 2. *quidem iterum* Franc. *G. Gracchus* Græv. 1. 2. Deinde, *concitare tumultus* Franc. —9 C. *qui Memmium;* Lamb. *qui C. Memmium unum.* Actutum, *occiderit* ψ *interfecit* C. *in vestræ* omittit Steph. Mox, pro *tenentur* quod habent optimi codd. et edd. recentt. *sed tenentur* exhibent Venet. 1483. Grut. Lamb. *tenentur vero ii* Duisb. Deinde, *ad vestrum* omnes ante Grut. *ad vestram* habent tres Pall. Erf. Græv. 1. 2. *ad Cat. recipiendum* ψ, Venet. 1480.—10 Pal. 9.

NOTÆ

habuit maritos; ex primo matrimonio Pisonem, ex secundo Crassipedem, ex tertio Dolabellam. Hic de Calp. Pisone agitur.

[c] *Omnes procellas*] Per procellas intelligit omnia pericula: translatio a maris tempestate.

[d] *Tiberius Gracchus*] Tiberius cum fieri vellet tribunus plebis, occisus est a Scipione Nasica, ut refert Liv. lib. LVIII.

[e] *Agrarios*] Seditiosos illos notat, qui legi agrariæ favebant, nempe ut agri sibi distribuerentur.

[f] *Memmium occidit*] Saturninus tribunus pleb. Memmium candidatum consulatus, ac suum competitorem, quem suis actionibus adversarium timebat, interfecit.

[g] *Solicitantur Allobroges*] Solicitabantur Allobroges a Catilinariis, ut ex eorum patet literis, quas ad Allobrogum senatum dederant. Vide superiorem orationem, ubi fuse de his, et aliis sequentibus dictum est.

interfectis omnibus, nemo ne ad deplorandum quidem reipublicæ nomen, atque ad lamentandam tanti imperii calamitatem relinquatur. III. 5. Hæc omnia[1] indices detulerunt, rei confessi sunt; vos multis jam judiciis judicastis: primum, quod mihi gratias egistis singularibus verbis; et mea virtute atque diligentia, perditorum hominum patefactam esse conjurationem decrevistis: deinde quod P. Lentulum, ut se abdicaret prætura,[2] coëgistis: tum quod eum, et ceteros, de quibus judicastis, in custodiam dandos censuistis, maximeque, quod meo nomine supplicationem decrevistis; qui honos togato habitus ante me est nemini:[3] postremo hesterno die præmia legatis Allobrogum, Titoque Vulturcio dedistis amplissima. Quæ sunt omnia ejusmodi, ut ii, qui in custodiam nominatim dati sunt,[4] sine ulla dubitatione a vobis damnati esse videantur.[h]

6. Sed ego institui referre[5] ad vos, patres conscripti, tanquam integrum, et de facto, quid judicetis, et de pœna, quid censeatis: illa prædicam,[a] quæ sunt consulis. Ego magnum in republica versari furorem, et nova quædam misceri[6] et concitari mala jampridem videbam: sed hanc tantam, tam exitiosam haberi conjurationem a civibus, nunquam putavi. Nunc, quicquid est, quocumque vestræ mentes inclinant[7] atque sententiæ, statuendum vobis ante

[a] *Præmonebo.*

initum est consilium; Col. Græv. 2. *tale initur consilium;* Erf. *id est in. cons.* Duisb. *item initum cons.* Venett. 1480. 1483. *idem in. cons.* Barb. *Romæ in. cons.* C omittit *est;* C S habent *initium.* Actutum, *ut inperfectionibus nemo ad ψ. omnibus nomen ad* Græv. 2. Pro *reipublicæ,* C ψ, Naug. Manut. Lamb. habent *populi R.* Deinde, *lamentandum.*

CAP. III. 1 *Hæc crimina* ψ. *Hæc omnia ut indices* Erf. *jam* deest in H S. Actutum, pro *judiciis,* Bynkershoek. conj. *indiciis,* quod habent C H S χ, Venet. 1480. 1483. Manut. 1583. *judicavistis* H S χ, Græv. 2. Franc.—2 *Lentulum se abdicare pr.* Pall. 2. 6. H T U, Græv. 2. Duisb. Mox, *eum* deest in C H S. *de q. judicavistis* codd. Lamb. *in custodia* ψ.—3 C *nemo est.* Lamb. *postremo quod.* Franc. et ψ *hodierno die.* Pro *Titoque,* Franc. habet *atque.*—4 C *traditi sunt.* Mox, *ulla* deest in C H S.—5 Græv. 2. *referri.* Mox, *illa dicam* Franc. *illa prædicari* Franc.—6 C *immisceri.* In Franc. hoc verbo omisso legitur *nova q. et concitari.* Mox, *et tam* C.—7 Erl. cum aliis

NOTÆ

[h] *Damnati esse videantur*] Ex Sallustio habemus, senatum judicavisse hos conjuratos fecisse contra rempub.

noctem est. Quantum facinus ad vos[8] delatum sit, videtis: huic si paucos putatis affines[b] esse, vehementer erratis. Latius opinione disseminatum est hoc malum: manavit non solum per Italiam, verum etiam transcendit Alpes, et obscure[c] serpens, multas jam provincias occupavit. Id opprimi sustentando ac prolatando[d][9] nullo pacto potest: quacumque ratione placet, celeriter vobis vindicandum est. IV. 7. Video duas adhuc esse sententias: unam D. Silani,[1][a] qui censet, eos, qui hæc delere conati sunt, morte esse mulctandos: alteram C. Cæsaris, qui mortis pœnam removet, ceterorum suppliciorum omnes acerbitates amplectitur.[2] Uterque et pro sua[3] dignitate et pro rerum magnitudine in summa severitate versatur. Alter eos, qui nos omnes, qui populum Romanum vita[4] privare conati sunt, qui delere imperium, qui populi Romani nomen exstinguere, punctum temporis frui vita, et hoc communi spiritu,[e] non putat oportere; atque hoc genus pœnæ sæpe in improbos cives in hac republica esse usurpatum recordatur. Alter intelligit, mortem a Diis immortalibus non esse supplicii causa constitutam, sed aut necessitatem naturæ,[b] aut laborum ac miseriarum[5] quietem esse.[c] Itaque

[b] *Conscios.*
[c] *Latenter.*
[d] *Ferendo et differendo.*
[e] *Aëre.*

codd. *se inclinant;* Duisb. Beck. et Schutz. *se inclinent;* Matthiæ *se mentes inclinant.* '*Se* tamen videtur e gloss. esse.' *Orell.*—8 Ita Erf. Duisb. Venet. 1480. 'Male recentt. edd. *nos.*' Ernesti. Ita etiam χ. Paulo post, *manavit enim non, &c.* Tum, *Alpes, obscure,* omissa copula, C H S.—9 C ψ *aut prolatando;* ψ addit *dies.* Mox, *placet, vobis judicandum* C H S χ. *placet celeriter vobis judicandum* ψ.

CAP. IV. 1 *Sillani* C H S. Mox, *conati sint* de Ernesti conjectura Beck.—2 C *complectitur.*—3 Franc. Barb. quinque codd. Oxon. et Venett. 1480. 1483. *sui.*—4 Franc. *qui remp. vita.* Mox *conati sint* Beck. *qui reip. nomen* Franc. Deinde *puncto temporis* Venet. 1483. Lamb. *per punctum temporis* codd. aliquot et Venet. 1480. *hoc* ante *communi* deest in C H S.—5 C *laborum aut miseriarum.* Mox, *nunquam invicti* C. Deinde, *libenter appetiverunt*

NOTÆ

[a] *Silani*] Silanus et Cæsar, viri consulares, primi suas sententias protulerunt, quas passim reliqui secuti sunt.

[b] *Necessitatem naturæ*] Cum quis extrema senectute, aut morbo perit, dicitur necessitate naturæ mori, quia omnia occidant necesse est.

[c] *Quietem esse*] Cum quis sibi mortem inferebat, tunc mors ab illis

eam sapientes nunquam inviti, fortes etiam sæpe libenter oppetiverunt. Vincula vero, et ea sempiterna,[f] certe ad singularem pœnam nefarii sceleris inventa sunt. Municipiis [d] dispertiri jubet.[6] Habere [7] videtur [e] ista res iniquitatem, si imperare velis; difficultatem, si rogare: decernatur [f] tamen, si placet. 8. Ego enim [8] suscipiam,[g] et, ut spero, reperiam, qui id, quod salutis omnium causa statueritis, non putent esse suæ dignitatis recusare. Adjungit gravem pœnam municipibus,[9] si quis eorum vincula ruperit; horribiles custodias circumdat, et digna scelere hominum perditorum sancit; ne quis eorum pœnam, quos condemnat, aut per senatum, aut per populum levare possit:[g] eripit etiam spem, quæ sola hominem in miseriis consolari solet: bona [10] præterea publicari jubet; vitam solam relinquit nefariis hominibus; quam si eripuisset, multas uno dolore, animi atque corporis,[h] et omnes scelerum [11] pœnas ademisset.

[f] *Perpetuum carcerem.* [g] *Recipiam in me.*

quinque codd. Oxon. Græv. 1.—6 *Itaque municip. d. jubet* Hervag. Cam. Lamb. Grut. probante Garat. *quæ municip., &c.* Græv. Lall. e Duisb. qui habet *quæ in munic.* Schutz. conj. *In vinculis igitur illos habendos munic. &c.* Græv. malit, *Sontes municipiis, &c.* omnes Lambini codd. habent *Municipibus.* Duisb. C H S ψ *dispartiri.*—7 *Hinc* ψ. *inquietatem* deest in S. Mox, *difficultate* H. Pro *tamen*, Græv. 2. habet *tunc.*—8 *Ego tamen* Franc. Mox, *putet* codd. et edd. ante Ernesti.—9 Græv. 2. et quinque codd. Oxon. *municipiis.* Paulo post, *et dignas* Muret. et Lamb. Edd. ante Grut. habent *perditorum: sancit ne, &c.* Tum, *eorum pœnas* χ. Verba *quos condemnat* deleri vult Heum. *homines in miseriis* Græv. 1. 2. Duisb. Pith. C ψ Victor. Camer.—10 Cod. ψ *bona eorum.*—11 Ita Venet. Lamb. Grut. Græv. Beck. *multos uno dolore dolores a. a. c. et omnes sc.* conj. Græv. receperunt Lall. Schutz. Matthiæ, Orell. *multos* habent plurimi codd. *multas uno dolore a. a. c. et omnium sc.* Barb.

NOTÆ

quies dicebatur: quare enim mori vult, nisi ut quietem ab aliquo incommodo sibi quærat?

[d] *Municipiis*] Municipia liberæ erant civitates.

[e] *Habere videtur, &c.*] Dilemma hic facit Cicero, aut illa municipia rogare, aut iis imperare oportet, ut accipiant illos conjuratos: quod utrumque refellit.

[f] *Decernatur*] Id est, decernatur a senatu ut per municipia distribuantur, nemoque audeat eos sublevare.

[g] *Levare possit*] Nisi velit se hostem patriæ profiteri.

[h] *Uno dolore, animi atque corporis*] Si vita conjuratis ademta esset, ab omni corporis et animi dolore vacui essent. Loquitur autem ex sententia Cæsaris, qui censebat animam cum corpore exstingui.

Itaque ut aliqua in vita formido[12] improbis esset posita, apud inferos[i] ejusmodi quædam illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt; quod videlicet intelligebant, [*p.* 120.] his remotis, non esse mortem ipsam pertimescendam.

v. 9. Nunc, patres conscripti, ego mea, video,[1] quid intersit.[h] Si eritis secuti sententiam C. Cæsaris; quoniam hanc is in republica[2] viam, quæ popularis habetur, secutus est, fortasse minus erunt, hoc auctore[k] et cognitore[3] hujusce sententiæ, mihi populares[i] impetus pertimescendi: sin illam alteram;[l] nescio, an amplius mihi negotii contrahatur.[m] Sed tamen meorum periculorum rationes utilitas[4] reipublicæ vincat. Habemus enim[5] a C. Cæsare, sicut ipsius dignitas et majorum ejus amplitudo postulabat, sententiam, tanquam obsidem[n] perpetuæ in rempublicam voluntatis. Intellectum est, quid intersit inter levitatem concionatorum,[o] et animum vere popularem, saluti populi con-

[h] *Video quod utile sit mihi.* [i] *Populi.*

Steph. *ac corporis* H S et edd. usque ad Grut. *atque corporis* codd. Lambini, Gruteri, Grævii.—12 Græv. 2. *fortitudo.* Mox, *illic supplicia i. e. esse antiqui voluerunt* ψ.

Cap. v. 1 Heum. legi vult *videbo.*—2 H S *reip.* χ *republica;* ψ *in remp.* Pro *viam,* ψ habet *quam.*—3 Ita codd. aliquot, ed. Wald. probante Lamb. item Grut. et seqq. *hoc auctore et monitore* Venet. 1483. *hoc monitore et auctore* Crat. Lamb. 1566. 1584. Mox, post *illam alteram,* Græv. 2. Duisb. Barb. Venett. 1480. 1483. addunt *secuti eritis.* Hæc deleverant Naug. Hervag. Lamb. Cam. Grut. recentt.—4 C H *utilitates.* Mox, pro *vincat,* quæ est conjectura Mureti, codd. habent sive *vendicat,* sive *vindicat;* C *vindicant;* H *resp. vindicat;* S χ *r. p. vendicat.*—5 *Habemus etiam* C. Mox, pro *intersit,* C ψ habent *interesset;* S χ *interest;* et sic legit Manut. Pro *levitatem,* quod habent Rom. ed. Wald. Ald. *lenitatem* Brix. Venet. 1483. Crat. Grut. Græv.

NOTÆ

[i] *Apud inferos*] Inferos negat esse Cicero Tuscul. Quæst. lib. I. quos nos Christiani et credimus, et formidamus.

[k] *Hoc auctore*] Cæsare.

[l] *Illam alteram*] De Silani consulis designati sententia loquitur.

[m] *Negotii contrahatur*] Non minus periculi sibi incumbere declarat si Silani, quam si Cæsaris sententiam sequantur.

[n] *Tanquam obsidem*] Laudat Cæsaris sententiam, tanquam is bene de repub. sentiret: nam revera multi eum favere conjuratis suspicabantur; alii molliore hac pœna, sibi apud populum dominatum affectare.

[o] *Concionatorum*] Per concionatores vel illos tribunos plebis, qui conciones apud populum seditiosas habe-

sulentem. 10. Video de istis, qui se[6] populares haberi volunt, abesse non neminem,[p] ne de capite videlicet civium Romanorum sententiam ferat: is et nudiustertius in custodiam cives Romanos dedit, et supplicationem mihi decrevit, et indices hesterno die maximis præmiis affecit. Jam hoc nemini dubium est, qui reo custodiam, quæsitori[7][q] gratulationem,[r] indici præmium decrevit, quid de tota re et causa judicarit. At vero C. Cæsar intelligit, legem Semproniam[s] esse de civibus Romanis[8] constitutam; qui autem reipublicæ sit hostis, eum civem esse nullo modo posse; denique ipsum latorem legis Semproniæ, injussu populi pœnas reipublicæ dependisse.[t] Idem ipsum[9] Lentulum, largitorem et prodigum,[u] non putat, cum de pernicie populi Romani,

Verba, *saluti p. consulentem*, glossema esse putat Heum.—6 Codd. Oxon. omittunt pronomen *se*. Pro *neminem*, ψ habet *meminerunt*. Mox, *civis Romani* Græv. e Duisb. *C. R.* habet Erf. Paulo post, *cives Romanos Cethegum et Lentulum* codd. aliquot, Venet. Hervag. Cam. *C. R.* Græv. 1. *in custodiam Cethegum G. P. Lentulum dedit* Franc. *civ. Rom. dedit C. C. P. Lentulum* H S χ. *Cethegum C. P. Lentulum* ψ. Deinde, *et indies* χ.—7 Codd. χ ψ *quæstori*. Mox, *decrerit* codd. Lambini. Tum, *de nota re* C H S χ. *judicaverit* C.—8 Græv. 2. *a civ. Rom.* Mox, *qui autem in rep.* H S χ. *esse* deest in Franc. *modo potest* C. *Semproniæ legis* codd. Lamb. Barb. Venet. 1480. probante Garat. Actutum, *jussu* habent omnes codd. et edd. *injussu* est e conj. Ernesti, probante Beier. ad Offic. tom. II. p. 86.—9 *Idem etiam ipsum* C H S χ, Lamb. *Idem et ipsum* ψ, Venet. 1483. Crat. Hervag. Cam. *largitorem Lentulum* edd. vett. *non putant* H. Mox, *populi Romani et* C S. *reip. et* H. *r. p. et* χ. *populi Rom.* codd. Gruteri, Grævii, et Venet. 1480. *reip.* retinuit Lamb. *et* habent etiam Duisb. Venet. 1483. Naug. Hervag. Manut. Orell. Beck. Deinde, *cogitant et appellant et* ψ. *etiam appellari* Duisb. Pith. H C S χ, et edd.

NOTÆ

bant, vel eos, qui omnes concionum ventos colligebant, indicat.

p *Non neminem*] Carpit aliquem incognitum, e senatorum numero, qui ut popularis haberetur, eo die venire noluit in senatum. Huic anteponit Cæsarem, qui revera popularis est, et salutis publicæ studiosus.

q *Quæsitori*] Se quæsitorem vocat, quia conjurationem detexit.

r *Gratulationem*] Loquitur de supplicatione, quæ decreta fuit a senatu. Vide orat. sup. § 15.

s *Legem Semproniam*] Lege lata a C. Graccho cautum est, ne injussu pop. Rom. quisquam civis Rom. morte plectatur: at lex hæc non favet conjuratis; nam hostes illi judicati non jure civium gaudent amplius.

t *Dependisse*] Interfectus est Gracchus ab Opimio consule, tanquam perniciosæ legis auctor, atque ita reipub. pœnas dedit.

u *Largitorem et prodigum*] 'Largitor' is dicitur, qui spe dignitatis largitur et effundit pecunias in populum: 'prodigus' vero qui in societatibus sua bona profundit.

exitio hujus urbis, tam acerbe, tamque crudeliter cogitarit, appellari posse popularem. Itaque homo mitissimus atque lenissimus[10] non dubitat P. Lentulum æternis tenebris vinculisque mandare:[k] et sancit in posterum, ne quis hujus supplicio levando[l] se jactare, et in pernicie populi Romani posthac popularis esse possit: adjungit etiam publicationem[11] bonorum, ut omnes animi cruciatus et corporis, etiam egestas ac mendicitas consequatur.

VI. 11. Quamobrem sive hoc statueritis, dederitis mihi comitem ad concionem, populo[1] carum atque jucundum: sive Silani sententiam sequi malueritis, facile me atque vos a crudelitatis vituperatione defendetis; atque obtinebo, eam multo leviorem fuisse. Quanquam, patres conscripti, quæ potest esse in tanti sceleris immanitate punienda crudelitas? ego enim de meo sensu judico. Nam ita mihi salva republica vobiscum perfrui liceat, ut ego, quod in hac causa[2] vehementior sum, non atrocitate animi moveor, (quis enim est me mitior?) sed singulari quadam humanitate et misericordia. Videor enim mihi[v] hanc urbem videre, lucem orbis terrarum atque arcem omnium gentium,[w]

[k] *Detrudere in perpetuum carcerem.*
[l] *Minuendo.*

vett. ante Grut. *vel etiam appellari* Barb.—10 Cod. χ *levissimus.* H S χ *non dubitabat.* Pro *mandare*, Beck. conj. *damnare.* Mox, *et sanxit* ψ. Post *levando* Duisb. addit *a senatu.* ψ, Lamb. Manut. Hervag. *in perniciem.*—11 Cod. ψ *etiam ad public.* Mox, *ac mendicitas sequitur* S χ ψ.

Cap. VI. 1 Ita Schol. codd. multi, Venet. 1480. Naug. Grut. seqq. *populo Romano* aliæ edd. ante Grut. Mox, *sive illam Silani* Manut. Lamb. Hervag. Cam. *sive Sillani* C. *sive Sillanam* ψ. Post *vituperatione*, Pal. 6. 10. Colon. Græv. 1. 2. Barb. addunt *P. R.* ed. pr. *populum*; H *populum R.* C *populi R. vituperatione*; S χ ψ *p. r. vituperatione.* Pro *defendetis*, Colon. Græv. 2. et Erf. habent *exsolvitis*; al. *exsolvetis*; Barb. *exsolvistis.* Gulielm. legi jussit, *vitup. pop. Romano exsolvetis*; aut, *vitup. certe P. C.* Franc. exhibet, *facile me atque vos a crudelitatis vituperatione defendens obtinebo.* Deinde, pro *leviorem*, quod exhibent nonnulli codd. Venet. 1483. Crat. Grut. Græv. *leniorem* legunt alii codd. item Venet. 1480. Hervag. Cam. Lamb. Schutz. Beck. Orell. 'Hæc omnia, *atque ... fuisse*, de levissima Heumanni suspicione delevit Matthiæ.' *Orell.*—2 Cod. ψ *qui in hac causa.* Mox, *movear* Græv. 1. ψ. *sed in*

NOTÆ

[v] *Videor enim mihi*] Mirifica descriptio seu subjectio malorum impendentium a conjuratis.

[w] *Arcem omnium gentium*] Romam arcem omnium gentium appellat, quia ad eam omnes nationes confugiunt:

subito uno incendio concidentem: cerno animo, sepulta in patria,[3] miseros atque insepultos acervos civium: versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi, et furor in vestra cæde bacchantis. 12. Cum vero mihi proposui regnantem Lentulum, (sicut ipse se ex fatis[4] sperasse confessus est) purpuratum esse hunc Gabinium,[x] cum exercitu venisse Catilinam, tum lamentationem matrumfamilias, tum fugam virginum atque puerorum, ac vexationem[5] virginum Vestalium perhorresco: et, quia mihi vehementer hæc videntur misera atque miseranda,[y] idcirco in eos, qui ea perficere voluerunt, me severum vehementemque præbeo. Etenim quæro,[a] si quis paterfamilias, liberis suis a servo interfectis, uxore[6] occisa, incensa domo, supplicium de servis non quam acerbissimum sumserit; utrum is clemens ac misericors, [*p.* 121.] an inhumanissimus et crudelissimus esse videatur? mihi vero importunus[a] ac ferreus, qui non

[a] *Crudelis.*

singulari C S. *et in singulari* χ.—3 Ita codd. Lambini, duo ap. Grut. Pith. Græv. 2. *sepultam patriam* quinque codd. Oxon. Barb. Venet. 1483. Lamb. 1566. Orell. Matthiæ. Mox, *mihi* deest in C H S χ. *hanc mihi* habent edd. vett. Deinde *nostra cæde* Franc.—4 Græv. 1. *fastis;* ut legi jussit Carrio; *factis* ψ. Pro *sperasse* H S ψ habent *spectare.* Mox, *esse et Gabinium* C H S χ. *Catilinam* deest in H.—5 Græv. 1. ψ *vexantium;* Franc. U *vexantiam.* Verba *misera atque* desunt in C H S χ. Mox, *vehementerque* C. Pro *præbeo,* quod servant pauci codd. ed. Wald. Naug. Lamb. Beck. Matthiæ, et Orell. *præbebo* exhibent plerique codd. Venet. 1483. Crat. Hervag. Cam. Græv.—6 Franc. C H S χ *atque uxore.* Mox, *non* deest in ed. pr. *sanxerit* pro *sumserit* Rom. Brix. *de servis non quam, &c.* Grut. Beck. *de servo non quam, &c.* Lamb. Schutz. Matthiæ, Orell. *de servis quam, &c.* plerique codd. et edd. vett. Pro *acerbissimum* Heum. e Lactant. mavult legi *acerrimum;* S habet *inacerbissimum.* C *an misericors.* S χ, Venet. 1483. Hervag. Naug. Manut. Cam. Orell. *inhumanus.* Verba *et crudelissimus* desunt in Franc. *et* deest in C. *esse*

NOTÆ

alludit autem ad Asylum Romuli, de quo Liv. lib. I.

[x] *Purpuratum esse hunc Gabinium*] Purpura signum fuit regiæ potestatis; quare consules Rom. gerebant fasciam quandam purpuream in togis, qua magistratus sui auctoritatem ostenderent.

[y] *Misera atque miseranda*] Cœlius sic ait duo illa verba inter se differre, quod 'miser' sit qui meritis pœnis afficitur, 'miserandus' vero, qui immeritus patitur.

[a] *Etenim quæro*] Argumentum affert ab exemplo ficto, sic autem illud profert: Non est crudelitas interfici servum a patrefamilias, qui uxorem ejus et liberos interfecit; ergo neque conjuratos, qui servi patriæ, eam perdere voluerunt.

dolore ac cruciatu nocentis suum dolorem[b] cruciatumque lenierit.[7] Sic nos in his hominibus,[8] qui nos, qui conjuges, qui liberos nostros trucidare voluerunt; qui singulas uniuscujusque nostrum domos, et hoc universum reipublicæ domicilium delere conati sunt; qui id egerunt,[9] ut gentem[c] Allobrogum in vestigiis hujus urbis, atque in cinere deflagrati imperii collocarent; si vehementissimi[d] fuerimus, misericordes habebimur; sin remissiores esse voluerimus, summæ nobis crudelitatis in patriæ civiumque pernicie fama subeunda est. 13. Nisi vero[e] cuipiam[10] L. Cæsar, vir fortissimus et amantissimus reipublicæ, crudelior nudiustertius visus est, cum sororis suæ,[f] fœminæ electissimæ,[11] virum præsentem et audientem, vita privandum esse dixit, cum avum[g] jussu consulis interfectum, filiumque ejus im-

videbitur C H χ, Venet. 1483. Hervag.—7 Ita e cod. Lamb. in marg. 1584. Grut. et recentt. *qui non dolorem suum et cruciatum dolore nocentis et cruciatu lenierit* Hervag. Cam. Lamb. 1566. *qui non dolorem cruciatu lenierit* Franc. Venett. 1480. 1483. Crat.—8 C H S χ *in his omnibus.* Actutum *qui nos* desunt in ψ. *qui vos* habet H. Mox, *liberos vestros* H. *nostrum domus* C H S χ. *nostrum* deest in Græv. 1. et Venet. 1483.—9 C H S χ *qui egerunt.* Verba *hujus urbis* desunt in Franc. *in cinerem* ψ. Deinde, *si vehementes fuerimus misericordissimis habebimur* Duisb. *misericordissimi* conj. Beck. *summæ crudelitatis impietate* ψ.—10 *Nisi vero turpia* ψ. *vero* deest in C H S, et Venet. 1483. —11 Ita Venet. 1483. Crat. Cam. Grut. Græv. ex Lambini codd. et aliorum; *lectissimæ* alii codd. ap. Lamb. et Muret. item edd. Hervag. Lamb. Beck. Schutz. Orell. Matthiæ. Post *præsentem* C H S χ addunt *se.* Hervag. *priv.*

NOTÆ

b *Dolorem*] Dolorem conceptum videlicet ex uxore et liberis interfectis, et incensa domo.

c *Gentem*] Gens Allobrogum semper infensissima fuit pop. Rom.

d *Si vehementissimi*] Ait quod summa sit misericordia in patriam si plectantur conjurati, at summa inhumanitas si ipsis parcatur.

e *Nisi vero*] Probat ab exemplo L. Cæsaris, crudeliter non agi cum conjuratis si interficiantur, siquidem dixit Lentulum principem conjurationis, et sororis suæ virum, quem præsentem et audientem videbat in senatu, sibi morte dignum videri.

f *Sororis suæ*] Lucii Cæsaris soror, et uxor Lentuli, Julia vocabatur, et ex priori matrimonio illius M. Antonii mater, qui postea triumvir fuit. Ex hoc autem Lentuli supplicio, ut refert Plutarch. in Vita Ant. fons inimicitiarum, quæ Ciceronem inter et Antonium intercesserunt, redundavit.

g *Cum avum*] Jam confirmat quod dixit Cæsar, videlicet Lentulum morte afficiendum esse; quod avus ejus longe minori scelere infectus, tamen jussu Opimii consulis interfectus fuisset. Avus porro maternus L. Cæsaris fuerat M. Fulvius Flac-

puberem,[h] legatum a patre missum, in carcere necatum esse dixit: quorum, quod simile factum?[12 i] quod initum delendæ reipublicæ consilium? largitionis voluntas[k] tum in republica versata est, et partium quædam contentio.[l] Atque[13] illo tempore hujus avus Lentuli,[m] clarissimus vir, armatus Gracchum est persecutus: ille etiam grave tum vulnus accepit, ne quid de summa republica[14] minueretur: hic ad evertenda fundamenta[n] reipublicæ Gallos arcessit,[o]

esse duxit. Mox, *cum avum jussu . . . esse dixit* desunt in C H S χ. *cum avi jussu consularem int.* edd. vett. *cujus avi jussu consularem int.* al. vett. *jussu Coss.* Heum. *cujus avum jussu consulis constat int. . . . necatum esse* al. *impubem* ψ. *necandum* Corrad. Græv. 1. 2. Barb.—12 Ita codd. item edd. Cam. Lamb. et seqq. *est factum* Barb. et Venet. 1480. *fuit factum* Venet. 1483. Crat. Hervag. Matthiæ. Mox, *voluntas tamen in, &c.* ψ. *v. tantum, &c.* Græv. 1. *largitoris v. tum* Franc. *rep. versa est* C.—13 *Atqui* Heum. *eo tempore* C. *est consecutus* Hitt. Græv. 2. Duisb. *ille grave* C H S χ, Barb. Venett. 1480. 1483. *ille et grave* Manut. Lamb. *ille etiam avus Lent. grave* Græv. 1. Franc. *tum* deest in ψ.—14 Ita cod. Gruteri, ed. Wald. Græv. et seqq. *de summa rei publicæ* Erf. et al. ap. Græv. *de summa dignitate rei pub.* Venet. 1483. Crat. Hervag. Grut. *de summa rei p. dignitate* Cam. *de dignitate summæ rei pub.* Lamb. Mox, *arcessivit . . . concitavit . . . . evocavit* Venet. 1483. Lamb. Grut. Lect. nostram habent plurimi codd. Deinde, *vocat et tribuit* ψ. *vocat ac tribuit* Græv. 1. et Franc. *trucidandos* deest in C H S χ. *cruciandos* habet ψ. *et cete-*

NOTÆ

cus: nam ejus filiam L. Cæsar, hujus Lucii pater, in matrimonio habuerat.

[h] *Filiumque ejus impuberem*] Habebat filium vix annos natum viginti, quem mittebat ut pacis tantum conditiones proponeret, adolescentem ornatissimum, cujus frater major in acie perierat; qui tamen in carcere necatus est.

[i] *Quorum, quod simile factum*] Nullum tantum illi facinus conceperant, quantum Lentulus ille seditiosorum princeps; ergo longe acerbiori morte dignus est.

[k] *Largitionis voluntas*] Volebat Gracchus tenuioribus civibus agros largiri, dari vestimenta militibus sine stipendiorum diminutione, &c. his largitionibus veniebat tantum in suspicionem imperii affectandi.

[l] *Partium quædam contentio*] Contendebant inter se tantum populus et senatus seu patricii.

[m] *Hujus avus Lentuli*] In illa seditione, ut his verbis refert Valer. Max. v. 3. 'P. Lentulus,' hujus seditiosi Lentuli avus, 'clarissimus et amantissimus civis reipub. in Aventino C. Gracchi nefarios conatus et aciem, pia ac forti pugna, magnis vulneribus exceptis, fugavit.'

[n] *Hic ad evertenda fundamenta*] Argumentatur jam a minori ad majus; nam si morte dignus propter suspicionem Gracchus judicatus est, aut quia visus solum est minuere dignitatem populi; qua graviori morte dignus judicari debet, qui fundamenta reipub. evertere voluit: quod probat amplificatione per distributionem.

[o] *Gallos arcessit*] Allobroges sunt, quos nomine Gallorum exprimit ad

servitia concitat, Catilinam vocat, attribuit nos[p] trucidandos Cethego, ceteros cives interficiendos Gabinio, urbem inflammandam Cassio, totam Italiam vastandam diripiendamque Catilinæ. Veremini,[15] censeo,[q] ne in hoc scelere tam immani ac nefando nimis aliquid severe statuisse videamini; cum multo magis sit verendum, ne remissione pœnæ crudeles in patriam,[16] quam ne severitate animadversionis nimis vehementes in acerbissimos hostes fuisse videamur.

VII. 14. Sed ea, quæ exaudio,[1 r] patres conscripti, dissimulare non possum. Jaciuntur enim voces, quæ perveniunt ad aures meas, eorum, qui vereri videntur, ut habeam satis præsidii ad ea, quæ vos statueritis hodierno die, transigunda.[b] Omnia et provisa, et parata,[2] et constituta sunt, patres conscripti, cum mea summa cura atque diligentia, tum multo etiam majore populi Romani, ad summum imperium retinendum, et ad communes fortunas conservandas, voluntate. Omnes adsunt omnium ordinum homines,[3]

[b] *Exequenda.*

ros Græv. 1. *Cassio* deest in eodem cod.—15 Ita e conj. edidit Ernesti; *Vere enim* ed. Wald. *Vereamini* ceteri. Pro *censeo* Lamb. conj. *credo.* Mox, *ac nefario* quinque codd. Oxon. *aliquid severius* Græv. 1. Franc. ed. Wald. *nimis aliquid severi* Venet. 1480. 'Legendum aut *nimis severe*, aut *aliquid severius*, deleto *nimis.*' Ernesti.—16 Codd. quinque Oxon. *magis in patr.* ψ *patria.* Mox, pro *videamur,* quod plurimi codd. servant, edd. vett. habent *videamini;* Græv. 2. *vidisse videamur.*

Cap. vii. 1 Sic codd. Grævii, Franc. ed. Wald. Græv. Beck. Matthiæ, Orell. *Sed quæ audio* Lamb. Grut. et plurimæ edd. vett. *Sed ea quæ audio* al. vett. Mox, pro *Jaciuntur,* quod habent codd. Grævii, Erf. Pith. Barb. ed. Wald. Græv. et seqq. *Jactantur* legunt Venet. 1483. Lamb. Grut. Mox, *ut non habeam* Græv. 1. 2. et Franc. Pro *transigunda,* ed. Wald. habet *transeunda;* Venet. 1483. et Lamb. *transigenda.*—2 Ita Steph. Grut. et recentt. *Omnia provisa et parata* Venet. 1483. Crat. Hervag. Naug. Cam. Lamb. *Omnia provisa sunt parata* C. *Omnia provisa parata* H S χ.—3 Pal. 2.

NOTÆ

invidiam conciliandam, quia Galli infensissimi erant Romanis.

[p] *Attribuit nos*] Cuique conjuratorum suum munus attributum erat, ut sæpe jam in istis orationibus dictum est: at Cethego ut Ciceronem et senatores interficeret.

[q] *Veremini, censeo*] Ironia; non enim dubitandum est de morte ipsis inferenda.

[r] *Sed ea, quæ exaudio*] Occupatione utitur, ut eos præveniat, qui satis non esse præsidii Ciceroni dicere potuissent ad eos morte afficiendos, si ita de iis senatus decerneret.

omnium denique ætatum: plenum est forum,[s] plena templa circa forum, pleni omnes aditus hujus loci ac templi.[t] Causa enim est post urbem conditam hæc inventa sola, in qua omnes sentirent[4] [u] unum atque idem, præter eos, qui, cum sibi viderent esse pereundum, cum omnibus potius, quam soli perire voluerunt. 15. Hosce ego homines[v] excipio et secerno libenter: neque enim in improborum[5] civium, sed in acerbissimorum hostium numero habendos puto. Ceteri vero, Dii immortales! qua frequentia, quo studio, qua virtute[c] ad communem dignitatem[x] salutemque[6] consentiunt! Quid ego hic equites Romanos commemorem? qui vobis ita summam ordinis[y] consiliique[7]

[c] *Multitudine, desiderio, fortitudine.*

omnium hominum ordines; Hitt. Græv. 2. *omnium ordinum hominum.* Mox, *plena t. c. forum* desunt in C H S χ, Venet. 1483. Crat. Hervag. Cam. et Lamb. 1566. extant vero in Barb. tribus codd. ap. Lamb. Venet. 1480. Steph. Lamb. 1584. Grut. et recentt. *ac templi* desunt in C.—4 Ita edd. recentt. probante Heum. *sentiunt* codd. quidam et edd. vett.—5 Ita Barb. aliique nonnulli codd. *enim* deest in Græv. 1. 2. et Franc. *in* deest in C H S χ, Venett. 1480. 1483. Mox, *sed acerb.* F U ap. Grut. *sed jam acerb.* C H S χ, Venet. 1483. *jam acerb.* Ven. 1480.—6 Codd. Lamb. Barb. Venet. 1480. *salutem dignitatemque.*—7 Ita quatuor Pall. F U H, Duisb. Erf. cum ed. Grut. et recentt. *summa ordinis consiliique* quinque codd. Oxon. Venet. 1483. Crat. Hervag. Cam. al. ante Grut. *summa ordinis auxilii consiliique* codd. Mureti, Lamb. 1566. Mox, *quod ex mult.* ψ. Paulo post, *hujus ordinis ad soc.* codd. aliquot, Venett. 1480. 1483. Crat. Deinde, *hodierno die* C H S χ. *atque* deest in χ. *hæc* omittunt C H S. pro quo *hac* habet χ. *quam quidem conjunc-*

NOTÆ

[s] *Plenum est forum*] Habebatur hæc oratio in foro Romano, quod erat in Capitolio, quod omnium nobilissimum fuit.

[t] *Hujus loci ac templi*] Varia templa fuerunt circa forum, per quæ in causa Milonis præsidia Pompeius disposuit: vel templum ait, quia in loco sacro semper senatus habebatur.

[u] *In qua omnes sentirent*] In aliis contentionibus suas quisque partes sequebatur; ut in tumultibus civilibus, nobiles Sullæ, plebeii Mario adhærebant: at in hac causa nemo præter conjuratos paucos Catilinæ et Lentulo favit.

[v] *Hosce ego homines*] Secernit conjuratos, viros impios et infames, a ceteris civibus.

[x] *Ad communem dignitatem*] Per communem dignitatem, libertatem intelligit, qua nihil homini melius est.

[y] *Summam ordinis*] Per summam ordinis, summum imperium seu primas reipub. partes accipit, quas ita proprias senatui esse concedit, ut tamen nullis concedant equites amore in rempub.

concedunt, ut vobiscum de amore reipublicæ certent; quos, ex multorum annorum dissensione[z] ad hujus ordinis societatem concordiamque revocatos, hodiernus dies vobiscum atque hæc causa conjungit; quam conjunctionem si, in consulatu confirmatam meo, perpetuam in republica tenuerimus; confirmo[d] vobis, nullum[8] posthac malum civile ac domesticum ad ullam reipublicæ partem esse venturum. Pari studio defendendæ reipublicæ convenisse video tribunos ærarios,[a] fortissimos viros; scribas[9] [b] item universos; [*p.* 122.] quos cum casu hæc dies ad ærarium frequentasset, video ab expectatione sortis[c] ad communem salutem esse conversos. 16. Omnis ingenuorum[d] adest multitudo, etiam tenuissimorum.[e] Quis est enim, cui non hæc templa,[10] aspectus urbis, possessio libertatis, lux de-

[d] *Promitto.* [e] *Pauperrimorum.*

tionem Franc.—8 Voc. *nullum* deest in C H S χ. *civile ad dom.* C χ. *ad nullam* C H S χ ψ.—9 Cod. ψ *scribebas.* Mox, *hæc dies* est ex ed. Wald. *hic dies* codd. et al. vett. Dein, pro *frequentasset,* C H S χ, Franc. Barb. Venett. 1480. 1483. *frequentes advocavit;* ψ *vocavit frequentes;* Duisb. ed. 1584. *frequentes advocasset;* Hervag. Cam. *frequens advocavit;* Ernesti conj. *frequentarit.* Actutum, *sortis amore debitæ pecuniæ, ad, &c.* Græviis e codd. *video ab amore deb. pec. ab exp.* Verb. Lall. *ab amore debitæ pecuniæ* Græv. 2. Pith. Erf. Barb. *hujus sortis* habent quinque codd. Oxon. al. Venett. 1480. 1483. Crat. Hervag. *aspectatione* ψ. *communem* deest in Græv. 1.—10 Græv. 2.

NOTÆ

[z] *Multorum annorum dissensione*] Tulerat Sempronius tribunus pleb. Q. Cæcilio, T. Quintio coss. anno urbis sexcentesimo trigesimo, ut judicia, quæ penes senatum fuerant, ad solos equites transferrentur. Hinc semper dissenserunt senatores ab equitibus. Postea a Sulla ab equitibus ad senatores translata sunt anno sexcentesimo septuagesimo tertio: denique anno sexcentesimo octogesimo tertio, a Cotta senatoribus, equitibus, et tribunis ærariis communicata sunt; atque ita omnes ordines ad concordiam revocati sunt.

[a] *Tribunos ærarios*] Tribunos ærarios dicimus *receveurs généraux,* quibus etiam cum senatu et equestri ordine Aurelius Cotta prætor, lege lata, judicandi potestatem fecit.

[b] *Scribas*] Scribarum ordo honestus erat, eorum erat munus acta publica scribere. Vide actionem quintam in Verrem, ubi fuse de iis loquitur Cicero.

[c] *Expectatione sortis*] Sorte ministeria ad ærarium præstabant scribæ; immo eorum sortitio fiebat, qui in provincias sequerentur magistratus.

[d] *Ingenuorum*] Ingenui dicuntur, qui statim ac nascuntur, liberi sunt. Vide Cic. de Inventione lib. I. ubi de iis agit.

nique hæc ipsa, et hoc commune patriæ solum, cum sit carum, tum vero dulce atque jucundum? VIII. Operæ pretium est,[f] patres conscripti, libertinorum hominum[e] studia cognoscere; qui virtute sua fortunam civitatis consecuti,[1] hanc vere suam patriam esse judicant; quam quidam hinc nati,[f] et summo nati loco, non patriam suam, sed urbem hostium esse judicaverunt. Sed quid ego hujusce ordinis homines[2] commemorem, quos privatæ fortunæ, quos communis respublica, quos denique libertas ea, quæ dulcissima est, ad salutem patriæ defendendam excitavit? servus est nemo, qui modo tolerabili conditione[g] sit servitutis,[3] qui non audaciam civium perhorrescat; qui non hæc stare cupiat;[h] qui non tantum, quantum audet, et

[f] *Est res digna.*

cui hæc templa. Duisb. *cui non herba templa.* Mox, Græv. 2. *patriæ solum non sit;* Græv. 1. *patriæ solum sit.*

Cap. VIII. 1 Ita codd. complures et optimi quique, velut Erf. Venet. 1480. ed. Wald. Naug. Steph. Lall. Beck. Schutz. Matthiæ, Orell. et ita Grut. edere volebat. *qui fortunam civitatis consecuti* quatuor codd. Oxon. Venet. 1483. Crat. *qui fortuna sua civitatis jus consecuti* Hervag. Cam. ed. 1584. Grut. *qui fortuna sua hujus civitatis jus cons.* codd. Mureti; *qui sua virtute ac fortuna jus civitatis* Lamb. 1566. *ac vere* C. *hac vere* χ. *jam patriam* ψ. *quanquam, qui hic nati sunt, et summo loco quidam, non patriam* Barb. *nati hic* C ψ. Verba, *et summo nati loco* desunt in ψ.—2 H U, quatuor Pall. Heum. Beck. *hosce hom. ord.* tres codd. Oxon. Venet. 1480. 1483. Crat. Hervag. Cam. Matthiæ *hos hom. ord.* Actutum, *commemoro* Erf. Pith. Barb. Schutz.—3 Pal. 2. *qui non modo t. c. sit servus;* Pal. 6. *qui non tol. c. sit servus;* Græv. 2. *qui non modo t. c. sit servitutis.* Mox, *civium perditorum* Naug. Cam. Lamb. *perditorum civium* al. *perditorum* deest in omnibus codd. Lambini, Barb. Pall. G H U Venett. 1480. 1483. *audaciam canum* Pith. Pro *non hæc stare,* quod servant codd. Gruteri, Grævii, Erf. Lamb. 1584. seqq. *non obstare* legunt codd. plerique, Venet. 1483. Lamb. 1566. Deinde, pro *audet,* ψ habet *audiet;* Franc. *audiat.* Duisb. exhibet *qui non hic in quantum audet.* Idem codex, Græv. 1. 2. et Franc. *et in quantum potest.* Græv. 1. *tantum conferat.* Edd.

NOTÆ

[e] *Libertinorum hominum*] Libertini dicuntur, qui ex justa servitute manumissi sunt; et qui probitate et fortitudine sua bene merendo de dominis, libertate et civitate donati sunt.

[f] *Hinc nati*] Lentulum et Cethegum intelligit, qui nati Romæ, eam quasi urbem hostium ferro flammaque delere voluerunt.

[g] *Tolerabili conditione*] Tolerabili conditione servus esse dicitur, qui dominos crudeles et duros non habet.

[h] *Stare cupiat*] Illorum conjuratorum civium audaciæ nemo non resistere vult.

quantum potest, conferat ad communem salutem, voluntatis. 17. Quare si quem vestrum forte commovet hoc, quod auditum est, lenonem quendam Lentuli concursare [4] [i] circum tabernas, pretio sperare solicitari posse animos egentium atque imperitorum; est id quidem cœptum atque tentatum: sed nulli sunt inventi tam aut fortuna miseri, aut voluntate perditi, qui non ipsum illum sellæ atque operis [k] et quæstus quotidiani locum; qui non cubile ac lectulum [5] [l] suum; qui denique non cursum hunc otiosum vitæ suæ, salvum [g] esse vellent: multo vero maxima pars eorum, qui in tabernis sunt; [m] immo vero (id enim potius est dicendum) genus hoc universum amantissimum est otii: [h] [6] etenim omne eorum instrumentum, omnis opera ac quæstus, frequentia civium sustinetur, alitur otio: quorum si quæstus, occlusis tabernis, minui solet, quid tandem incensis futurum est?

18. Quæ cum ita sint, patres conscripti, vobis populi Romani [7] præsidia non desunt: vos ne populo Romano

[g] *Hanc brevitatem vitæ pacatam.* [h] *Pacis.*

vett. *salutis voluntatem; τὸ voluntatis* delendum censebat Heum.—4 C *incursare.* Pro *sperare,* quod exhibent Pall. U, Gembl. Barb. Grut. Græv. seqq. *sperantem* ex uno cod. dederunt Lamb. Oliv. Lall. *sollicitare* Græv. 1. quinque codd. Oxon. Venett. 1480. 1483. Hervag.—5 Græv. 1. ψ *lectum;* Franc. *lectulum illum.* Mox, pro *vellent,* quæ est conj. Ernestii, *velit* habent tres codd. Oxon. Venet. 1483. Lamb. *velint* al. Tum, pro *immo vero* nonnulli codd. Venet. 1483. et Crat. habent *nisi vero.* Deinde, *id ei potius est dicendum* Pith. *est* ante *dicendum* omittit Græv. 1.—6 H χ *amicissimum esse otio.* Mox, *eorum* omittit Græv. 1. Deinde, *civium* deest in C H S χ, Pith. et Venet. 1483. Pro *sustinetur,* optimi codd. Erf. Venet. 1480. Græv. Lall. habent *sustentatur.* ψ *aliturque otio.* Denique, pro *futurum est,* quod servant Barb. quatuor codd. Oxon. Venett. 1480. 1483. Lamb. Grut. Schutz. Beck. *futurum*

NOTÆ

[i] *Concursare*] Sallustius refert quod Lentuli clientes et liberti diversis itineribus per urbem opifices et servitia concitare conati sunt, ut vi eum ex carcere extraherent.

[k] *Sellæ atque operis*] Sella, seu officina, locus est, ubi opifices suas operas faciunt. A sella vero sellularii illi dicti sunt.

[l] *Cubile ac lectulum*] Utrumque videtur distinguere Cicero. Forte vilius fuit cubile quam lectus, cum illud talpis et corvis a Virgilio Georg. I. assignetur.

[m] *In tabernis sunt*] In tabernis res vendendæ proponuntur a propolis. Sumitur etiam 'taberna' pro 'caupona,' ubi pretium hospitii solvitur.

deesse videamini, providete. IX. Habetis consulem ex plurimis[1] periculis et insidiis, atque ex media morte, non ad vitam suam,[a] sed ad salutem vestram reservatum: omnes ordines ad conservandam rempublicam mente, voluntate, studio, virtute, voce, consentiunt; obsessa facibus et telis impiæ conjurationis, vobis supplex manus tendit[b] patria communis: vobis se, vobis vitam omnium civium, vobis arcem et Capitolium,[c] vobis aras Penatium,[2][a] vobis illum ignem Vestæ[b] perpetuum ac sempiternum, vobis omnia templa Deorum atque delubra,[c] vobis muros atque urbis tecta commendat. Præterea de vestra vita, de conjugum vestrarum ac liberorum[3] anima, de fortunis omnium, de sedibus, de focis[d] vestris, hodierno die vobis judicandum est. 19. Habetis ducem, memorem vestri, oblitum sui; quæ[4] non semper facultas datur: habetis omnes ordines, omnes homines, universum populum Romanum, (id quod in civili causa hodierno die primum videmus) unum atque idem sentientem. Cogitate, quantis laboribus fundatum imperium, quanta virtute stabilitam[5] libertatem, quanta Deorum

[a] *Non ut vivat sibi.* [b] *Precatur.*
[c] *Arcem Capitolinam.*



fuit nonnulli codd. Erf. Græv. Matthiæ, Orell.—7 C *populoque R.* Mox, *ne reip. deesse* codd. Grævii, C H S ψ.

CAP. IX. 1 C *pluribus.* Paulo post *studio* deest in Græv. 1. Mox, *obs. faucibus* Græv. 1.—2 Quinque codd. Oxon. *Penates*, omisso *aras.* Mox, *ignem Vestæ sempiternum* complures codd. Erf. Steph. Lamb. 1584. Græv. Matthiæ. *omnium Deorum templa* codd. complures, Erf. Ven. 1480. Lamb. 1584. probante Garat.—3 Steph. *atque lib.* S χ ψ *fortunis omnibus.* Mox, *hodierna die* Barb. Ven. 1480. *vobis* deest in H S χ.—4 Cod. ψ *quem.* Mox, post *datur*, quinque codd. Oxon. Rom. 1480. Brix. Mediol. Ald. addunt *ut sui oblitus, alii memoretur.* Hæc desunt in ed. Wald. Delevit Victor. Deinde, *universam remp. id quod* H χ. [*die* ante *primum* omittunt H, Græv. 2. *hodie primum* Lamb. 1584. probante Garat.—5 Verba, *fundatum i. q. v. stabilitam,*

NOTÆ

[a] *Penatium*] Penates Dii selecti sunt duodecim, qui et Dii patrii dicebantur, seu domestici, quod penes nos nati sunt, sive penitus insident, vel per quos spiramus.

[b] *Ignem Vestæ*] Ignis erat in ara perpetuus, quem curabant virgines Vestales.

[c] *Delubra*] Delubra sacella sunt in templis.

[d] *De focis*] Focus locus est, ubi ignis fovetur, et ubi putabant Deos Penates et domesticos Lares residere.

benignitate auctas exaggeratasque fortunas una nox[c] pæne delerit. Id ne unquam posthac non modo[6] confici, sed ne cogitari quidem possit a civibus, hodierno die providendum est. Atque hæc,[7] non ut vos, qui mihi studio pæne præcurritis,[d] excitarem, locutus sum; sed ut mea vox, quæ debet esse in republica princeps,[e] officio functa consulari videretur.

X. 20. [*p.* 123.] Nunc[1] antequam, P. C., ad sententiam redeo, de me pauca dicam. Ego, quanta manus[f] est conjuratorum, quam videtis[2] esse permagnam, tantam me inimicorum multitudinem suscepisse video: sed eam[f] esse judico turpem et infirmam, contemtam et abjectam. Quodsi aliquando, alicujus furore et scelere concitata manus ista plus valuerit,[g] quam vestra[3] ac reipublicæ dignitas; me tamen meorum factorum atque consiliorum nunquam, patres conscripti, pœnitebit. Etenim mors, quam illi mihi fortasse[4] minitantur, omnibus est parata: vitæ tantam laudem, quanta vos me vestris decretis honestastis, nemo est assecutus. Ceteris enim semper[5] bene gestæ,[g] mihi uni conservatæ reipublicæ gratulationem decrevistis.

[d] *Prævenitis.* [e] *Prima.* [f] *Multitudo.* [g] *Potuerit.*

desunt in C. *et quanam virtute* Græv. 1. *quanam quanta* Franc. Mox, *una vox* ψ. *pene deleverit* Duisb. *quam pæne delerit* Erf. Col. Græv. 2. Paris. cum edd. Græv. et Lall.—6 Steph. *non modo non.* Voc. *modo* deest in ψ. Pro *a civibus*, quod servant H F U, Erf. Barb. et edd. vett. *a vobis* habent Pall. et edd. quædam ante Grut. *vobis*, sine præpositione, quinque codd. Oxon. Ven. 1483. aliæ edd. vett. *a civibus vobis* Hervag. et al. ap. Græv. *a civibus nobis providendum* Franc.—7 *Atque hoc* C H S χ. *officio f. c. videatur* C ψ.

Cap. x. 1 *Nunc autem* ψ. Mox, *P. C.* addidit Ernesti e cod. Erf. ed. Wald. et Ven. 1480. *Patres conscripti* Orell. *ad sententias* ψ. *pauca dicam* χ ψ.—2 Heum. *quam video.* Mox, *et contemtam* Manut. Grut. Græv. *contemtam* omittunt codd. aliquot.—3 Cod. ψ *quam nostra.* Mox, *me tamen eorum* C H S χ.—4 Steph. et Matthiæ *illi fortasse;* C *illi mihi forsitan.* Mox, *vitæ vero* ψ. *quantam vos* C H S. *honestatis* ψ.—5 Voc. *semper* deest in H U ψ, Erf. Duisb. et ed. Græv. Mox, *gesta .. conservata re publica* codd. aliquot, Erf.

NOTÆ

[e] *Una nox*] Saturnalium nocte cædem facere debebant conjurati.

[f] *Sed eam*] Multitudinem eam dicit conflatam e vili plebecula, a qua nihil formidandum.

[g] *Bene gestæ*] Bene gesta respub. tum dicebatur, cum hostes devicti erant.

21. Sit Scipio clarus[b] ille, cujus consilio atque virtute[6] Hannibal in Africam redire, atque ex Italia decedere coactus est: ornetur alter[i] eximia laude Africanus, qui duas urbes huic imperio infestissimas, Carthaginem[k] Numantiamque[l] delevit: habeatur[7] vir egregius L. Paulus, ille,[m] cujus currum[n] rex potentissimus quondam, et nobilissimus, Perses honestavit: sit in æterna gloria Marius,[o] qui bis Italiam obsidione et metu servitutis liberavit: anteponatur omnibus Pompeius,[p] cujus res gestæ atque virtutes, iisdem, quibus solis cursus, regionibus ac terminis continentur.[8] Erit profecto inter horum laudes aliquid loci nostræ gloriæ; nisi forte majus est patefacere nobis provincias, quo exire possimus, quam curare, ut[9] etiam illi, qui absunt, habeant, quo victores revertantur.[q] 22. Quan-

et Græv.—6 C *ac virtute.* Mox, *atque Italia* Cam. Steph. *cedere* Matthiæ. *alter* deest in quinque codd. Oxon. Heum. vero censebat voc. *Africanus* delendum.—7 Cod. ψ *habebatur.* Mox, *rex* deest in eodem codice. *sit æterna,* omissa præpositione, codd. Lambini, Barb. quinque Oxon. et Ven. 1480.

NOTÆ

[h] *Sit Scipio clarus*] Scipio Africanus major, anno 15. secundi belli Punici, traduxit exercitum in Africam: quare Hannibal decedere ex Italia, et subvenire patriæ coactus est. Vide Liv. lib. xxx.

[i] *Ornetur alter*] Minor Africanus, filius Pauli, adoptatus est a superioris Africani filio. Vide Flor. II. 1. et 18.

[k] *Carthaginem*] Carthago fuit urbs Africæ celeberrima, et Romæ æmula, a Dido condita septuagesimo post Romam anno: a Scipione deleta fuit cum Carthagine Nova in Hispania Bætica.

[l] *Numantiam*] Numantia urbs fuit Hispaniæ Tarraconensis, a Romanis obsessa et victa.

[m] *Paulus ille*] Hujus vitam scripsit Plutarchus.

[n] *Cujus currum*] Cum triumpharent victores, ante eorum currum victi duces duci solebant in pompam.

[o] *Marius*] Marius Teutones et Ambrones duobus præliis ad Aquas Sextias in Provincia, et Cimbros eorum socios in agro Claudio superavit, cæsis eorum ducentis millibus, et captis nonaginta. Vide Plutarchum in Vita Marii.

[p] *Pompeius*] De eo fuse in oratione pro Lege Manil.

[q] *Quo victores revertantur*] Debent habere victores urbem quo revertantur, ut ibi debitum suæ virtuti triumphum referant. Unde Offic. lib. I. refert ipse Cicero de Pompeio, quod sibi dixerit, 'frustra se triumphum tertium deportaturum fuisse, nisi meo in rempub. beneficio, ubi triumpharet, habiturus esset.' Cum autem arderet hæc conjuratio, tum in Asia Pompeius cum Mithridate bellum gerebat.

quam est uno[10] loco conditio melior externæ victoriæ, quam domesticæ; quod hostes alienigenæ[h] aut oppressi serviunt, aut recepti[r] beneficio se obligatos putant; qui autem ex numero civium, dementia aliqua depravati, hostes patriæ semel esse cœperunt, eos, cum a pernicie reipublicæ repuleris,[11] nec vi coërcere, nec beneficio placare possis. Quare mihi cum perditis civibus æternum bellum susceptum esse video: quod ego[12] vestro, bonorumque omnium auxilio, memoriaque tantorum periculorum, (quæ non modo in hoc populo, qui servatus est, sed etiam in omnium gentium sermonibus ac mentibus semper hærebit) a me atque a meis facile propulsari posse confido: neque ulla profecto tanta vis reperietur,[13] quæ conjunctionem vestram equitumque Romanorum, et tantam conspirationem bonorum omnium perfringere et labefactare possit. XI. 23. Quæ cum ita sint, patres conscripti, pro imperio,[s] pro exercitu, pro provincia, quam neglexi, pro triumpho, ceterisque laudis insignibus, quæ sunt a me, propter urbis vestræque[1] salutis custodiam, repudiata; pro clientelis[t]

[h] *Externi.*

1483. *bis* deest in ψ.—8 C H S *continetur.*—9 Particula *ut* deest in C.—10 Ita codd. Lambini, Gruteri, Grævii, Barb. *inest in uno* C S χ ψ, Ven. 1483. *est in uno* H, Hervag. Naug. Cam. Lamb. *inest uno* Ven. 1480. Paulo post, *aut recepti in amicitiam* Barb. margo Lamb. Hervag.—11 Græv. 1. *remoreris;* unde Beck. conj. *removeris;* C habet *repuleritis.* Mox, *neque vi c. neque* H S, Lamb. al. vett.—12 Steph. *id ego.* Paulo post *etiam* omittunt C H S χ, Venet. 1483. Crat. Victor. Steph. Mox, *atque meis* C H S, Oliv. *propulsari atque proculcari posse* Franc.—13 Voc. *reperietur* deest in H. Actutum, *quæ conductionem vestram* Græv. 2. et Franc. Deinde, *confringere et l. possit* Græv. 2. et C.

CAP. XI. 1 Ita Hervag. Naug. et seqq. *propter hanc urbem vestram* quinque codd. Oxon. Venet. 1480. *propter urbem vestram* Venet. 1483. Crat. *propter urbem vestramque* Duisb. *propter urbem vestræque* Græv. 2. Mox, *pro hospitio officii pro provincialibus* C S. *pro officio hospitii* H. *pro provincialibus, pro hospitio* χ. *pro hospitiis prov.* tantum legitur in Barb. *pro clientibus, pro hospitio officii, pro prov.* Venet. 1480. *pro clientibus, pro provincialibus, pro*

NOTÆ

[r] *Recepti*] Qui se dedunt, recipiuntur in populi Rom. amicitiam.

[s] *Pro imperio*] Consulibus provinciæ administrandæ decernebantur, dabantur exercitus, et re bene gesta triumphus decernebatur, quo nihil apud Romanos ad gloriam fuit illustrius.

[t] *Pro clientelis*] Clientes dicebantur qui patronos honorabant; nam

hospitiisque provincialibus,[u] quæ tamen urbanis opibus non minore labore tueor, quam comparo; pro his igitur[2] omnibus rebus, pro meis in vos singularibus studiis, proque hac, quam conspicitis, ad conservandam rempublicam diligentia, nihil aliud a vobis, nisi hujus temporis, totiusque mei consulatus memoriam postulo;[3] quæ dum erit vestris mentibus infixa, firmissimo me muro septum esse arbitrabor. Quodsi meam spem vis improborum fefellerit[4] atque superaverit; commendo vobis parvum meum filium;[x] cui profecto satis erit præsidii, non solum ad salutem, verum etiam ad dignitatem, si ejus, qui hæc omnia suo solus periculo conservaverit, illum esse filium memineritis. 24. Quapropter de summa salute vestra, populique Romani, patres conscripti,[5] de vestris conjugibus ac liberis, de aris ac focis,

hospitio officii Venet. 1483. Ex hac varietate Garat. eruit, *pro clientelis, pro hospitiis, officiisque provincialibus.* Paulo post, *quam paro* C H S χ, Venett. 1480. 1483.—2 Hitt. *pro his ergo;* Gulielm. conj. *pro his ego.* Mox, *et pro meis* edd. vett. item Oliv. et Lall. *pro meis in omnes* Venet. 1480. *quam perspicitis* codd. Lambini, Erf. Duisb. Venet. 1480. *quam prospicitis* H S χ ψ, Venet. 1483. Naug. Actutum, *ad conservandum populum Rom.* Barb. et ed. Wald. *ad conservandum remp.* Græv. *adeo conservanda reip.* Erf. Græv. 1. *adeo conservandæ reip.* conj. Grævius. Voc. *aliud* deest in quinque codd. Oxon. et Duisb.—3 Franc. et Erf. *postulabo.* Mox, *fixa mentibus* C. *confixa mentibus* ψ. *quæ erit in vestris fixa mentibus* Franc. et Erf. *in vestris mentibus fixa* margo Lamb. e codd. *quæ dum erit vestris infixa mentibus* Barb. et Venet. 1480. Pro *firmissimo,* codd. Lambini, Erf. et Græv. 1. habent *tutissimo:* Barb. *firmissimo tutissimoque muro me septum arbitror,* ascripto tamen verbo *esse;* Venet. 1480. *firmissimo me septum esse muro arbitror.* Verbum *arbitror* habent etiam Barb. C H S χ, Venet. 1483.—4 Græv. 2. *refellerit.* C *recommendo vobis.* Pro *verum etiam,* H S χ habent *sed.* Mox, pro *solus,* quod habent Venet. 1483. Lamb. Grut. Schutz. *solius* legunt codd. optimi, Erf. Græv. Lall. Beck. Matthiæ, Orell. Deinde, *conservavit* Duisb. et χ. *conservarit* Græv. 2. *serviant* ψ. *esse* deest in Græv. 2.—5 Erf. Barb. Venet. 1480. et Græv. *de s. s. vestra, P. C. populique Rom.* Verba *populique Rom.* desunt in

NOTÆ

Romulus, cum patres plebeiosque discrevisset, ne qua inter eos esset dissensio, permisit unicuique plebeio, ut quemcumque e patribus vellet, patronum sibi compararet: hunc autem, honoris causa, domo deducebant in senatum, &c. Vide Sigon. in Liv. I. 7.

[u] *Hospitiisque provincialibus*] Hospitia multa sibi in provincia Siciliæ comparavit Cicero.

[x] *Meum filium*] M. Ciceronem filium senatui commendat, cui postea scripsit libros de Officiis, et qui legitima ætate collega Octavii Augusti Cæsaris in consulatu, Antonii statuas dejecit, qui interficiendum Ciceronem patrem curaverat.

de fanis ac templis, de totius urbis tectis ac sedibus, de imperio, de libertate, de salute Italiæ, deque universa republica decernite diligenter, ut instituistis, ac fortiter. Habetis enim eum consulem,[6] qui et parere vestris decretis[y] non dubitet, et ea, quæ statueritis, quoad vivet, defendere et per se ipsum præstare[z] possit.

C H S χ, et Venet. 1483. *patres conscripti* omisit Steph. *de aris ac focis* desunt in edd. Lamb. *de aris ac de focis* habet Græv. 1. Mox, *de imperio ac libertate* C.—6 Ita Barb. ed. Wald. Venet. 1480. Beck. Schutz. Orell. *Habetis eum cons.* codd. aliquot, Græv. Matthiæ; *Habetis enim cons.* Venet. 1483. Lamb. Grut. Pro *quoad vivet,* Græv. 1. et Pith. habent *quo adjuvet;* Græv. 2. *coadjuvet.* Denique *præstare, quoad possit* Colon. et Græv. 2. unde Græv. conj. *et per se ipsum, quoad possit, præstare,* prob. Ernesti; recepit Otto. 'F. A. Wolfius, criticorum sui temporis princeps, dum Turici degit, amicis discipulisque suis significavit, unam Catilinariam subditiciam sibi videri: quam inter quatuor, ut per totam vitam erat εἴρων, nobis divinandum benigne reliquit: famam scilicet suam in re tam ancipiti periclitari nolebat. Ego vero subridens virum summum ita jocari vehementer lætatus sum.' *Orell.*

NOTÆ

y *Parere vestris decretis*] Pollicetur se obtemperaturum esse senatus decretis, si velit conjuratos morte mulctari.

z *Per se ipsum præstare*] Pollicetur iterum se statuta a senatu, sine cujusquam alterius ope et periculo, præstiturum.

M. TULLII CICERONIS

PRO L. MURENA

ORATIO XXIII.

ARGUMENTUM.

Consulibus Cicerone et Antonio, cum, Cicerone comitia consularia habente, Decimus Silanus et L. Murena essent in futurum annum designati, repulsam autem tulisset Serv. Sulpicius; ea contumelia commotus Sulpicius, ambitus Murenam accusavit cum tribus subscriptoribus, M. Catone, Cn. Postumio, et Serv. Sulpicio adolescente. Tribus ergo actionibus, pro illius temporis more, causa est perorata. Prima actione defensus est a Q. Hortensio, altera a M. Crasso, tertia a Cicerone consule. In tota igitur oratione hoc agitur, ut cum ceteræ criminationes retundantur, tum inprimis illa de tribubus largitione corruptis. Antequam ipsam causam ingreditur, satisfacit M. Catoni et Serv. Sulpicio; quorum alter negabat fas esse, Ciceronem consulem, qui de ambitu legem tulisset, defendere reum de ambitu; alter autem conquestus erat, Murenæ causam a summo amico suo contra se suscipi. Deinde ad singulas accusationis partes accedit, quæ omnino tres erant: prima in reprehensione vitæ; altera in contentione dignitatis, h. e. utrum Sulpicius, an vero Murena dignior consulatu; tertia in criminibus ambitus versabatur. Habet autem hæc oratio plurimum suavitatis et artis. Nam illa contentio jurisconsulti cum imperatore, et reprehensio juris scientiæ ac philosophiæ Stoicæ longe jucundissima est, sed ita comparata, ut non posset magnopere aut Sulpicium aut Catonem offendere, quanquam Plutarchus commemorat, Catonem, cum ita disputaret Cicero, dixisse omnibus audientibus, ut erat in isto genere magna Romæ libertas, 'O! Dii boni! quam ridiculum consulem habemus!' Ceterum juvat, de hac Stoicæ philosophiæ reprehensione, audire, Cicero quid dixerit de Fin. B. et M. IV. 27. 'Omnia peccata paria dicitis. Non ego jam tecum ita loquar, Cato, ut iisdem his de rebus, cum L. Murenam, te accusante, defenderem. Apud imperitos tum illa dicta sunt: aliquid etiam coronæ datum. Nunc agendum subtilius.' De artificio autem, quo Sulpicium et Catonem reprehendit, ita Quintilianus XI. 1. 'Multum est difficultatis, ubi ipsos, contra quos dicimus, veremur offendere. Duæ simul hujusmodi personæ Ciceroni pro Murena dicenti obstiterunt, M.

Catonis et Serv. Sulpicii. Quam decenter tamen Sulpicio, cum omnes concessisset virtutes, scientiam petendi consulatus ademit! quid enim aliud esset, quo se homo nobilis et juris antistes victum magis ferret? Ut vero rationem suæ defensionis reddidit, cum se studuisse petitioni Sulpicii contra honorem Murenæ, non idem debere accusationi contra caput, diceret! Quam molli autem articulo tractavit Catonem! cujus naturam summe admiratus, non ipsius vitio, sed Stoicæ sectæ, quibusdam rebus duriorem videri factam volebat, ut inter eos non forensem contentionem, sed studiosam disputationem crederes incidisse.' Itaque nec mirum, si Murena absolutus est, quod ex Orat. pro Flacco c. 13. intelligitur: 'Nonne ipso Pompeio auctore, Silano et Murena coss. decrevimus,' &c.

[*Ed. Ald. p.* 124.] I. 1. Quæ deprecatus a Diis immortalibus sum,[1] judices, more[a] institutoque[b] majorum, illo die, quo auspicato,[c] comitiis centuriatis,[d] L. Murenam consulem renuntiavi;[a] ut ea res mihi magistratuique[b] meo, populo plebique[e] Romanæ, bene atque feliciter eveniret;

[a] *Declaravi.* [b] *Consulatui.*

Cap. I. 1 Ita Guelf. Venet. 1480. Junt. Cam. Beck. Schutz. *Quæ deprecatus sum a Diis im.* Venet. 1483. Grut. Græv. Matthiæ; *Quæ precatus sum a Diis im.* Ald. Crat. Hervag. Lamb. Lall. Mox, *mihi fides magistratuique* Memm. S. Victor. Pal. 2. 3. unde Lamb. conj. *mihi, fidei, mag.* Pal. 8. ha-

NOTÆ

[a] *More*] Julius Festus, lib. XIII. de Verborum Significatione, 'Mos est,' inquit, 'institutum patrium pertinens ad religiones cærimoniasque majorum.'

[b] *Institutoque*] Ex Macrob. Saturn. III. 8. 'institutum certi auctoris est:' quod vulgus laudabilem consuetudinem appellat.

[c] *Auspicato*] Id est, captatis auspiciis, sine quibus nihil prorsus vel publice, vel privatim apud Romanos agebatur.

[d] *Comitiis centuriatis*] Centuriata comitia fuerunt maxima et justa, in quibus consul, et majores magistratus, creabantur a populo, ex singulis centuriis, secundum censum ordinis et ætatis, descripto. Curiata vero minora fuere, quibus ex generibus, omnium ætatum, ordinum promiscua multitudine, populus de minoribus magistratibus et rebus militaribus suffragium ferebat. Vide quæ de iis jam dicta sunt in oratione secunda pro Lege Agr. § 27.

[e] *Populo plebique*] Plebs a populo eo differt, quo species a genere; nam appellatione populi, universi cives significantur, connumeratis etiam patriciis et senatoribus. Plebis autem appellatione, sine patriciis et senatoribus, ceteri cives significantur. Hinc plebiscitum definitur lex quam plebs, non populus accipit. Ad plebem autem pertinere censebantur opifices, rustici qui agros colebant, et denique hominum genus abjectum quod vitam laboribus propter inopiam tolerabat.

eadem precor[2] ab iisdem Diis immortalibus ob ejusdem hominis consulatum una cum salute[c] obtinendum, et ut vestræ mentes atque sententiæ cum populi Romani voluntatibus suffragiisque[f] consentiant, eaque res vobis, populoque Romano, pacem, tranquillitatem, otium, concordiamque afferat. Quodsi illa solennis[g] comitiorum precatio, consularibus auspiciis consecrata, tantam habet in se[3] vim et religionem, quantam reipublicæ dignitas postulat; idem ego sum precatus, ut eis quoque hominibus,[h] quibus hic consulatus, me rogante,[i] datus esset, ea res fauste, feliciter, prospereque eveniret. 2. Quæ cum ita sint, judices, et cum omnis Deorum[4] immortalium potestas aut translata sit ad vos, aut certe[d] communicata vobiscum; idem consul eum vestræ fidei commendat, qui antea Diis immortalibus commendavit; ut ejusdem hominis voce et declaratus consul,[5] et defensus, beneficium populi Romani[k] cum vestra atque omnium civium salute tueatur. Et quoniam[l] in hoc

[c] *Absolutione.* [d] *Sallem.*



bet *mihi sibi mag.* Pal. 1. et Franc. nihil addunt: *meo* deest in Franc.—2 C H *pretor.* T *ab eisdem;* et sic Græv. e cod. Franc. edidit. Paulo post, pro *voluntatibus,* quod servant quatuor Pall. S. Victor. Memm. Franc. quinque Oxon. edd. 1478. Venet. 1483. *voluntate* habet T., ut multæ edd. ante Grut. Mox, *suffragiisque conveniant* T.—3 H χ *ut in se.* Mox, pro *ut eis,* quod habent codd. Grævii, Memm. Venett. 1480. 1483. Lamb. Græv. *ut iis* præbent edd. vett. Paulo post, *me interrogante* Manut.—4 C *omnium Deorum.* Mox, *aut tralata* Memm. *idem* deest in T. *consul ei vestræ* C T χ. *consul eidem vestræ* H.

NOTÆ

[f] *Suffragiis*] Populi suffragiis consules eligebantur, iisque consul Murena factus est.

[g] *Quodsi illa solennis*] Auget illam ipsam sententiam: si qua vis est in precatione, quod ad publicum jus attinet, eandem esse ait in privato: cum igitur facta sit pro toto pop. Rom. etiam facta est pro Murena.

[h] *Eis quoque hominibus*] Silano et Murenæ fausta precatus est, cum pro toto populo preces fecit.

[i] *Me rogante*] Vel ait se præfuisse comitiis centuriatis, in quibus Murena creatus est; vel se populum rogavisse, ut Muræaam consulem eligeret. Sic autem consul rogabat, 'Velitis, jubeatis, Quirites, hunc aut illum consulem fieri?'

[k] *Beneficium pop. Rom.*] Consulatum beneficium populi vocat, quia a populo Romano suffragiis Murenæ et consuli cuivis concedebatur.

[l] *Et quoniam*] Altera pars exordii, in qua objectis sibi criminibus respondet.

officio studium meæ defensionis ab accusatoribus atque etiam ipsa susceptio causæ reprehensa est; antequam pro L. Murena dicere instituo,[6] pro me ipso pauca dicam; non quo mihi potior, hoc quidem in tempore, sit officii mei, quam hujusce salutis defensio, sed ut, meo facto vobis probato, majore auctoritate ab hujus honore,[7] fama, fortunisque omnibus, inimicorum impetus propulsare possim.

II. 3. Et primum M. Catoni,[1] [m] vitam ad certam rationis normam dirigenti, et diligentissime perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo respondebo. Negat fuisse rectum [e] Cato, me et consulem, et legis ambitus latorem,[n] et tam severe [2] gesto [o] consulatu, causam L. Murenæ attingere: cujus reprehensio me vehementer movet, non solum ut vobis, judices, quibus maxime debeo, verum etiam ut ipsi Catoni,[p] gravissimo atque integerrimo viro, rationem facti mei probem. A quo tandem,[q] M. Cato, est

[e] *Justum.*

consul et vestræ ψ.—5 Voc. *consul* deest in χ.—6 T *instituto.* Mox, *non quod mihi* Lamb. Oliv.—7 Cod. ψ *ab hujusce honore.* Pro *impetus,* χ habet *impetum.*
CAP. II. 1 *M. Catoni primum* Franc. *et vitam diligentissime* T.—2 C χ *et*

NOTÆ

[m] *M. Catoni*] Sic et philosophum Catonem, et Stoicum significat. Ut Stoicus omnia ad certam rationis normam dirigebat: est autem insignis translatio proverbialem figuram complectens, quali et Græci uti solent, cum maximam curam et exquisitiorem significare volunt. *Norma* enim est, quam veteres *κανόνα* dixere, quæ constituit rectum angulum. Ut philosophus, omnia officiorum genera et veluti particulas perpendebat, ne quid insidiose, simulate, aut fallaciter diceretur.

[n] *Legis ambitus latorem*] Ambitus et ambitio differunt hoc, quod prior appellatio sit criminis, posterior cupiditatis. Ambitus autem committebatur, cum benigne quis per tribus appellabat populum, et suffragia corrogabat. Verum cum profusione et largitionibus corrumpebat populum, et suffragia mercede comparabat, reus ambitus dicebatur, et lege lata puniebatur. Refert Dio hujus legis auctorem, et suasorem Ciceronem fuisse.

[o] *Severe gesto*] Consulatum severe gessit, præcipue in Catilinam, et alios ejusdem conjurationis socios et participes, qui morte mulctati sunt.

[p] *Ipsi Catoni*] Laudat Catonem, ne virum tantæ virtutis apud Rom. sibique amicum lædere videatur, cujus consilio ipse consul rempub. administravit, et reliqua vita semper observavit, ut notat in Cat. Plutar.

[q] *A quo tandem*] Affert rationes

æquius[3] consulem defendi, quam a consule? Quis mihi in republica potest aut debet esse conjunctior, quam is, cui respublica a me una[4] [r] traditur sustinenda, magnis meis laboribus et periculis sustentata? Quodsi in iis[5] rebus repetendis, quæ mancipi sunt,[s] is periculum judicii præstare debet, qui se nexu obligavit;[t] profecto etiam rectius in judicio consulis designati, is potissimum consul, qui consulem declaravit, auctor[f] beneficii populi Romani defensorque periculi esse debebit.[6] 4. Ac, si,[7] ut nonnullis in civitatibus fieri solet, patronus huic causæ publice constitueretur; is potissime honore affecto[g] defensor daretur, qui eodem honore præditus non minus afferret ad dicendum auctoritatis, quam facultatis. Quodsi portu solventibus,[8] ii, qui jam in portum ex alto[h] invehuntur, præcipere summo studio solent et tempestatum rationem, et prædonum, et

[f] *Testis.* [g] *Gerenti magistratum.* [h] *Mari.*

tam severa. Actutum, *gestu* χ. Paulo post, *me* deest in C.—3 C *est æquus.* —4 Ita plerique codd. etiam χ ψ, et edd. vett. Venet. 1483. Crat. Grut. Beck. Schutz. *a me uno* quatuor codd. Oxon. Franc. a m. sec. Junt. Lamb. Græv. Oliv. Lall. *una* delendum censent Ernesti et Schutz.—5 *Quod si in his* C T. *repetentis* C. Mox, *mancipii* T χ, et edd. quædam vett. *is periculi* Franc. Deinde, *profectum etiam* ψ.—6 T *debebat.*—7 *At si* Franc. C T ψ. Actutum, *ut* deest in ψ. Mox, *is potissimo* C H S χ ψ, Venett. 1480. 1483. aliæ vett. ante Grut. *is potissimum* Junt. Verba *affecto d. d. qui e. honore* desunt in T.—8 Ita Franc. Guelf. sex codd. Oxon. Venet. 1483. Junt. Crat. Græv. Beck. Schutz. Orell. *e portu solv.* Quintil. v. 11. Victor. Hervag. Cam. Lamb. Grut. Oliv. Lall. *portus*, omisso *solv.* C. *hi* habent C H T. *jam* deest in H. *ex alto* desunt in T. Pro *præcipere,* idem cod. habet *percipere;* codd. multi Quintiliani l. l. *prædicere;* et sic Barb. a m. sec. *solent ejus tempestatem*

NOTÆ

quibus honeste adductus est ad Murenam defendendum.

[r] *A me una*] Suas vices imperii habebant consules in comitiis: iis igitur præerat Cicero, cum Murena consul designatus est.

[s] *Quæ mancipi sunt*] Omnes res quæ abalienari possunt, id est, quæ a nostro ad alterius transire dominium possunt, mancipi dictæ sunt: est autem vocabulum factum a manus capione, ne quid is, qui emit, damni patiatur.

[t] *Qui se nexu obligavit*] Id est, qui se vendidit, efficere debet, ut venditio rata sit: nexus autem solennitas quædam juris fuit, ut adhibitis quinque testibus, et libripende, homo, seu res ei daretur mancipio; hoc est, potestati illius traderetur, qui suum emtione coram iis testibus fecisset.

locorum; quod natura fert[9] ut eis faveamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediantur; quo tandem me animo esse oportet, prope jam ex magna jactatione terram videntem,[u] in hunc, cui video maximas reipublicæ tempestates esse subeundas? [*p.* 125.] Quare si est boni consulis, non solum videre, quid agatur, verum etiam providere,[10] quid futurum sit; ostendam alio loco, quantum salutis communis intersit, duos consules[v] in republica Kalendis Jan. esse.[y] 5. Quod si ita est, non tam me officium debuit ad hominis amici fortunas, quam respublica[11] consulem ad communem salutem defendendam vocare. III. Nam quod legem de ambitu[z] tuli, certe ita tuli, ut eam, quam mihimet ipsi jampridem tulerim de civium periculis defendendis,[1] non abrogarem. Etenim si largitionem factam esse confiterer, idque recte factum esse defenderem; facerem improbe, etiamsi alius legem tulisset: cum vero nihil commissum contra legem esse defendam, quid est, quod meam defensionem latio legis impediat? 6. Negat esse ejusdem severitatis,[2] [a] Catilinam,

C. *solent eis temp.* Franc. H S. *solent ei temp. rationum* T.—9 Ita Quintiliani codd. plerique, Lamb. 1566. seqq. *affert* codd. Ciceronis omnes, aliquot Quintiliani, edd. ante Lamb. Grut. Græv. Mox, *ingredientur* χ. *ingrediuntur* Franc. Græv. Lall.—10 Alii legi malunt *prævidere*, improbante Lambino. Paulo post, *Kalendis Januariis* Græv. et T. *Kalendis Januarii* Oliv. *in rep. januarii*, omisso *Kalendis*, C.—11 Cod. ψ *reipublicæ*. Mox, pro *vocare* H habet *vacare*.

Cap. III. 1 ‘Voc. *defendendis* mihi interdum glossam olere visum est.’ *Ernesti.*—2 Hotom. Obss. II. 11. legit *severitatis Cato*, quam lect. recepit

NOTÆ

[u] *Ex magna jactatione terram videntem*] Allegorice loquitur de consulatu suo, qui Kalendis Januariis proximis finire debebat, quem variis agitatum fuisse tempestatibus ait propter Catilinæ conjurationem.

[v] *Duos consules*] D. Silanus et Murena, Ciceroni et Antonio in consulatum successerunt.

[y] *Kalend. Januariis esse*] Kalendis Januariis jam designati magistratum inibant.

[z] *Legem de ambitu*] Tulit Cicero consul legem, ut senatoribus ambitus damnatis aqua et igni interdiceretur ad annos decem, et ut in plebem pœna gravior esset, quam lege Calpurnia fuisset. Itaque respondet Catoni, 1. quod priorem hac ambitus lege imposuerit, cives videlicet defendere: 2. huic posteriori priorem non obstare in hac causa, quia nulla largitio a Murena facta est.

[a] *Negat esse ejusdem severitatis*]

exitium reipublicæ intra mœnia molientem, verbis et pæne imperio urbe expulisse; et nunc pro L. Murena dicere. Ego autem has partes[3] lenitatis et misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter: illam vero gravitatis severitatisque personam non appetivi; sed ab republica mihi impositam sustinui, sicut hujus imperii dignitas, in summo periculo civium, postulabat. Quodsi tum, cum respublica vim et severitatem desiderabat, vici naturam, et tam vehemens fui, quam cogebar, non quam volebam;[4] nunc, cum omnes me causæ ad misericordiam atque ad humanitatem vocent, quanto tandem studio debeo naturæ meæ consuetudinique servire![a] Ac de officio defensionis meæ, ac[5] de ratione accusationis tuæ, fortasse etiam alia in parte orationis dicendum nobis erit.

7. Sed me, judices, non minus hominis sapientissimi atque ornatissimi,[6] Ser. Sulpicii, conquestio, quam Catonis accusatio commovebat; qui gravissime et acerbissime ferre dixit, me familiaritatis necessitudinisque oblitum, causam L. Murenæ contra se defendere. Huic ego, judices, satisfacere cupio, vosque adhibere arbitros.[7] Nam cum grave est, vere accusari in amicitia, tum, etiamsi falso accuseris, non est negligendum. Ego, Ser. Sulpici,[8] me in petitione[b] tua tibi omnia studia[c] atque officia, pro nostra necessitu-

[a] *Obedire.*

Lamb. in ed. 1566. Paulo post, *et urbe* T χ. *ex urbe* ψ.—3 H S T χ, Venett. 1480. 1483. *has artis;* ψ *has artes;* Naug. Hervag. Manut. *has parteis.* Mox, *ipsa* deest in χ. Paulo post, *hujus* deest in ψ. Pro *postulabat*, T habet *sustinebat.*—4 Hæc omnia, *Quod si tum . . . quam volebam,* desunt in T. *tum* tantum deest in χ. *cogebat nunquam volevam* habet ψ. Mox, *atque humanitatem,* omissa præpositione *ad,* χ.—5 Ita codd. omnes et edd. vett. *At de o. d. m. ac* Schutz. Matthiæ, Orell. de Gœrenzii conjectura ad Acad. II. 2. *Ac de o. d. m. et* Lamb. Mox, *nobis* deest in T.—6 C. *atque hornatissimi.* Pro *conquestio,* Franc. habet *questio,* improbante Græv̄io. Mox, pro *accusatio,* Pal. 2. exhibet *captio;* S. Victor. *cattio.* In C *accusatio* deest a m. pr. Deinde, pro *ferre,* Franc. C H S χ ψ legunt *ferme;* Lamb. *se ferre.*—7 Cod. ψ *arbitror.*—

NOTÆ

Tertia Catonis objectio, qua Cato inconstantiæ arguere Ciceronem videbatur, quod severus antea in Catilinæ causa, jam lenis sit in Murenæ defensione.

[b] *In petitione*] Sulpicius cum Murena petebat consulatum.

[c] *Studia*] Testatur Cicero se stu-

dine, et debuisse confiteor, et præstitisse arbitror: nihil tibi, consulatum petenti, a me defuit, quod esset aut ab amico,[9] aut a gratioso,[d] aut a consule postulandum. Abiit illud tempus;[10] mutata ratio est: sic existimo, sic mihi persuadeo, me tibi contra honorem[e] L. Murenæ, quantum tu a me postulare ausus sis, tantum debuisse; contra salutem, nihil debere. 8. Neque enim, si tibi tum,[11] cum peteres consulatum, affui, idcirco nunc, cum Murenam ipsum petas, adjutor eodem pacto esse debeo. Atque hoc non modo non laudari, sed ne concedi quidem potest, ut amicis nostris accusantibus, non etiam alienissimos[f] defendamus. IV. Mihi autem cum Murena, judices, et vetus, et magna[1] amicitia est, quæ in capitis dimicatione[g] a Ser. Sulpicio non idcirco obruetur, quod ab eodem in honoris contentione[b] superata est. Quæ si causa non esset,[h] tamen vel dignitas hominis, vel honoris ejus, quem adeptus est, amplitudo, summam mihi superbiæ[2] crudelitatisque famam

[b] *In petitione consulatus.*

8 *Sulpiti* C.—9 Cod. ψ *quod esset ut amico.* Mox, *aut a gratioso consule* Franc. omissis interjectis duobus vocabb.—10 *Abiit tempus illud* Lamb. Mox, prænomen *L.* deest in χ.—11 Particula *tum* deest in H. Mox, *consulatum affui, idcirco nunc* desunt in C S T χ ψ. *consulatum affui nunc* habet H. Deinde, pro *petas,* Ernesti conj. *petis,* quod habent edd. Lambini, non improbante Orell.

Cap. IV. 1 Junt. *et magna, et vetus.* Mox, *a P. Sulpicio* χ. Deinde, *superatus est* T.—2 H χ *superbiam.* Mox, pro *famam,* Gulielm. conj. *infamiam.* Pro *inussisset,* T habet *injunxisset;* χ *junxisset;* ed. Wald. *immisisset.*

NOTÆ

duisse et favisse Sulpicio consulatum petenti: per illud suum studium, propensionem in illum, per officium voluntatem significat.

[d] *Gratioso*] Gratiosus est, qui multa gratia valet apud multos potentes.

[e] *Me tibi contra honorem*] Ostendit sibi fas esse Murenam defendere, quia non de petendo honore, seu consulatu, sed de perdendo illo Sulpicius meditatur: at amicis subvenire in periculo par est.

[f] *Alienissimos*] Qui nullo modo sunt amici, alienissimi sunt.

[g] *In capitis dimicatione*] Dimicatio capitis sumitur pro causa capitali. Capitis autem causa ea est, cum reo capitis pœna infertur, ad quam pœnam non tantum ultimum supplicium, sed etiam exilium pertinet, quo civis eximitur a numero civium.

[h] *Quæ si causa non esset*] Hujus Murenæ defensionis causa est amicitia, quæ jubet præsto nos esse amicis.

inussisset,[c] si hominis, et suis et populi Romani ornamentis amplissimi,[i] causam tanti periculi repudiassem. Neque enim jam mihi licet, neque est integrum, ut meum laborem hominum periculis sublevandis[d] non impertiam.[3] Nam cum præmia mihi tanta[k] pro hac industria sint data, quanta antea nemini; labores, per quos ea ceperis,[4] cum adeptus sis, deponere, esset hominis et astuti et ingrati.[l] [*p.* 126.] Quodsi licet desinere, si te auctore possum,[5] si nulla inertiæ, nulla superbiæ turpitudo, nulla inhumanitatis culpa suscipitur; ego vero libenter desino. 9. Sin autem[6] fuga laboris desidiam, repudiatio supplicum superbiam, amicorum neglectio improbitatem coarguit; nimirum hæc causa est ejusmodi, quam nec industrius, nec misericors, nec officiosus deserere possit.[7] Atque hujusce rei conjecturam de tuo ipsius studio, Servi, facillime ceperis.[8] Nam si tibi necesse putas, etiam adversariis amicorum tuorum, de jure consulentibus, respondere; et, si turpe existimas, te

[c] *Attulisset infamiam.* [d] *Defendendis reis.*

Deinde, *et* ante *pop. Rom.* deest in C. *amplissimis* C H.—3 Franc. et C *impertiar.*—4 C H ψ *sic et si ceperis eos;* T *sic excipies eos;* χ *sic eos.*—5 Cod. χ *possim.* Mox, *nulla inertiæ* desunt in Venet. 1480. *nulla superbiæ* desunt in T. Post *inertiæ* Camer. et Lamb. *nota,* sive *macula,* inseri vellent: *nota* addidit Lamb. eumque secutus est Matthiæ: codd. non juvant.—6 *Sin autem inertiam* H S, Venett. 1480. 1483. *inertiam erga* χ inter lin. *ineptiam* additur in ψ. *et desidiam* Venett. 1480. 1483. Nostram lect. servant Franc. S. Victor. aliique codd. et edd. vett. Mox, pro *supplicum,* χ ψ, Venet. 1480. habent *supplicium,* quam tamen genitivi formam Priscian. p. 772. ed. Putsch. respuere videtur. Deinde, *causarum est ejusmodi* C T ψ. *quam nec misericors* C S T χ, Pall. plerique, Franc. et edd. vett. *quisquam nec misericors* Gulielm. et Matthiæ. Nec *quam,* nec *quisquam,* legitur in Pal. 1. et duobus codd. Oxon.—7 C H S χ ψ

NOTÆ

[i] *Ornamentis amplissimi*] Habet domestica ornamenta Murena, nobilitatem generis, et familiæ quæstoriæ et prætoriæ, virtutem, scientiam rei militaris; populi vero Rom. gestos honores ædilitatis, præturæ, et nunc renuntiati consulatus.

[k] *Præmia mihi tanta*] Videtur hic indicare Cicero propter defendendi studium et labores, se factum consulem fuisse.

[l] *Astuti et ingrati*] Astutus et ingratus est, qui frustratur populum Rom. et tantum ad tempus illi inservit commodi sui causa; affertque ipsius Sulpicii exemplum ad excusandam defensionem suam, qui jurisconsultus sæpe respondere inimicis suis tenetur de jure: cur igitur etiam orator amicos non defendet?

advocato,[m] illum ipsum, quem contra veneris,[n] causa cadere;[e] [9] noli tam esse injustus, ut, cum tui fontes vel inimicis tuis pateant,[o] nostros rivulos etiam amicis putes clausos esse oportere. 10. Etenim, si me tua familiaritas[10] ab hac causa removisset, et, si hoc idem Q. Hortensio, M. Crasso, clarissimis viris, si item ceteris, a quibus intelligo tuam gratiam magni æstimari, accidisset; in ea civitate consul designatus defensorem non haberet, in qua nemini unquam infimo majores nostri patronum deesse voluerunt. Ego vero, judices, ipse me existimarem nefarium, si amico, crudelem, si misero, superbum, si consuli defuissem. Quare quod dandum est amicitiæ,[11] large dabitur a me, ut tecum agam, Servi, non secus, ac si meus esset frater, qui mihi est carissimus, isto in loco: quod tribuendum est officio, fidei, religioni, id ita moderabor, ut meminerim, me contra amici studium pro amici periculo dicere.

V. 11. Intelligo, judices, tres totius accusationis partes[1] fuisse, et earum unam in reprehensione vitæ, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus esse versatam. Atque harum trium partium prima illa, quæ gravissima esse debebat, ita fuit infirma et levis, ut illos

[e] *Perdere litem.*

posset; T *potest.*—8 Cod. ψ *reperis.*—9 C *causæ cedere;* T *causæ cadere.* Mox *rivulos* deest in Franc. sex codd. Oxon. Venett. 1480. 1483. Addendum esse jam viderat Camer. Deinde, *etiam amicos* T.—10 *Etenim si me tui fam.* χ.—11 *Quare q. dandum amicitiæ* T. Mox, *meus esses frater* L M S U, Franc. et plurimæ edd. ante Grut. qui e codd. Pall. emendavit. Post *carissimus* Franc. colo interpungit, et deinde habet, *isto in loco, quod mihi trib. &c.* Ita quoque edd. vett. *mihi* tacite sustulit Grut. et interpunctionem mutavit. Paulo post, *id ita meditabor* χ.

CAP. V. 1 Venett. 1480. 1483. *tris t. a. partis:* ita quoque cod. Goth. ap.

NOTÆ

[m] *Te advocato*] Advocatus dicitur, aut qui in judicio jus suggerit, aut amico suam præsentiam commodat: hic priori significatione sumitur.

[n] *Quem contra veneris*] Nempe adversarium amici tui, contra quem alio tempore, in alio judicio veneris.

[o] *Fontes vel inimicis tuis pateant*] Tam sancta fuit apud illos veteres juris professio, ut ne quidem inimicis jurisconsulti responsum negarent.

lex[a] magis quædam accusatoria, quam vera maledicendi facultas de vita L. Murenæ dicere aliquid coëgerit. Objecta est enim Asia;[a] quæ ab hoc non ad voluptatem et luxuriam expetita est, sed in militari[2] labore peragrata: qui si adolescens, patre suo imperatore,[b] non meruisset;[b] aut hostem, aut patris imperium timuisse, aut a parente repudiatus videretur. An,[3] cum sedere in equis triumphantium prætextati potissimum filii[c] soleant, huic donis militaribus[d] patris triumphum decorare fugiendum fuit,[e] ut rebus communiter gestis pæne simul cum patre triumpharet? 12. Hic vero, judices, et fuit in Asia, et viro fortissimo, parenti suo, magno adjumento in periculis, solatio in laboribus, gratulationi[4] in victoria fuit. Et, si habet Asia su-

[a] *Consuetudo.* [b] *Militasset.*



Quintil. Mox, *in reprehensionem vitæ* T. *in contemtione* C.—2 C T *sed et in militari.* Mox, pro *imperatore,* χ habet *in patria.* Deinde, *imperium timuisset* C U ψ. *repudiatus esse videretur* Lamb.—3 *Aut* codd. sex Oxon. et U. Verba, *prætextati p. f. s. h. d. m. p. triumphum,* desunt in T. Mox, *ut ne rebus* C H

NOTÆ

[a] *Asia*] T. Livius lib. XXXIV. Asiam ait omnibus libidinum illecebris repletam fuisse, et inde Romanam luxuriam ortam fuisse: et lib. XXXIX. luxuriæ peregrinæ originem ab exercitu Asiatico invectam in urbem fuisse.

[b] *Patre suo imperatore*] L. Murena, illius parens, in Asia in bello Mithridatico Sullæ legatus fuit. Is, cum Sulla, icto fœdere cum Mithridate, civilium contentionum causa Romam revertisset, cum Mithridate bellum renovavit. Nam, ut reliquam Asiam componeret, cum duabus legionibus relictus est.

[c] *Prætextati potissimum filii*] Primus omnium Tarquinius Priscus de Sabinis triumphans filium annos 14. natum, quod hostem in eo bello percusserat, et pro concione laudavit, et bulla aurea, prætextaque donavit. Prætextati autem a prætexta dicti sunt. Fuit autem illa toga quidem alba, sed quæ in ora habebat purpuram. Hac utebantur pueri, magistratus, sacerdotes, et ii qui publicum munus curabant. Hinc, et qui in ætate essent prætextata, id est, puerili, et qui in magistratu, prætextati dicti sunt.

[d] *Donis militaribus*] Dona militaria dicebantur, quæ virtutis ergo ab imperatore triumphaturo militibus dabantur, ut coronæ, torques, armillæ, hastæ puræ, phaleræ, cornicula, &c.

[e] *Fugiendum fuit*] Ironia: quasi propter vitam in Asia turpiter actam fugiendum fuisset Murenæ, ne parentis triumphum decoraret: pater enim ejus post Sullam de Mithridate triumphavit.

spicionem luxuriæ quandam; non Asiam nunquam vidisse, sed in Asia continenter vixisse, laudandum est. Quamobrem non Asiæ nomen objiciendum Murenæ fuit, ex qua laus familiæ, memoria generi, honos et gloria nomini constituta est; sed aliquod aut in Asia susceptum, aut ex Asia deportatum flagitium ac dedecus. Meruisse vero stipendia in eo bello, quod tum populus Romanus non modo maximum,[f] sed etiam solum[g] gerebat, virtutis;[c] patre imperatore libentissime[5] meruisse, pietatis; finem stipendiorum, patris victoriam ac triumphum fuisse, felicitatis fuit: maledicto[h] quidem idcirco nihil in hisce rebus loci est, quod omnia laus occupavit. VI. 13. Saltatorem[1][i] appellat L. Murenam Cato. Maledictum est, si vere objicitur, vehementis accusatoris; sin falso, maledici conviciatoris. Quare cum ista sis auctoritate, non debes, M. Cato,[2] arripere maledictum ex trivio,[k] aut ex scurrarum[l] aliquo convivio, neque temere consulem populi Romani saltatorem vocare; [*p.* 127.] sed conspicere, quibus præterea vitiis affectum esse necesse sit eum, cui vere istud objici possit. Nemo

[c] *Fortitudinis.*

S T ψ.—4 Cod. ψ *gratulationibus.*—5 Idem cod. *libentissimo.* Paulo post, *idcirco in hisce rebus locus est*, omisso *nihil*, χ.

CAP. VI. 1 *Psaltatorem* C. *Spatiatorem* conj. Pithœus. Actutum, *appellat falso* H S χ. *appellat fuisse* T. *appellat N. falso* ψ. *Fl. Murenam* C. *M. Cato* Venet. 1480. Paulo post, *vehementius accusatoris* ψ. *maledici conviciatis* χ. *maledicti conviciatoris* ψ.—2 *Marci* C H S, Venett. 1480. 1483. probante Garat. Actutum, *corripere* χ. *aut scurrarum* in eodem cod. *aut Scaurum* T. Mox, pro *convivio*, quod e Lambini conj. primus recepit Ernesti, *convicio* habent omnes codd. et edd. vett. *commicio* solus T. Ernestium secutus est

NOTÆ

[f] *Non modo maximum*] Bellum Mithridaticum, quod etiam in orat. pro Lege Manil. maximum vocat, ubi fuse de eo dictum est.

[g] *Sed etiam solum*] Nondum bellum Sertorii exarserat in Hispania, quod ante fuit exortum, quam Lucullus contra Mithridatem proficisceretur.

[h] *Maledicto*] Maledictum nihil habet propositi præter contumeliam, quæ si petulantius jactatur, convicium; si facetius, urbanitas vocatur.

[i] *Saltatorem*] Turpe fuit et indecorum apud Romanos saltare.

[k] *Ex trivio*] Maledictum ex trivio, seu fæce populi, cujus mos est, ut cum quis cui conviciatur, eum saltatorem vocet.

[l] *Scurrarum*] Moriones a Græcis scurræ dicuntur, leve hominum genus, et ridiculum.

enim fere saltat sobrius, nisi forte insanit;[3] neque in solitudine, neque in convivio moderato atque honesto: tempestivi convivii, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Tu mihi arripis id,[4] quod necesse est omnium vitiorum esse postremum;[m] relinquis illa, quibus remotis hoc vitium omnino esse non potest: nullum turpe convivium, non amor, non comissatio, non libido, non sumtus ostenditur: et, cum ea non reperiantur, quæ voluptatis nomen habent, quæque vitiosa sunt;[5] in quo ipsam luxuriam reperire non potes, in eo te umbram luxuriæ reperturum putas? 14. Nihil igitur in vitam[6] L. Murenæ dici potest? nihil, inquam, omnino, judices. Sic a me consul designatus defenditur, ut ejus nulla fraus, nulla avaritia, nulla perfidia, nulla crudelitas, nullum petulans dictum in vita[7] proferatur. Bene habet: jacta sunt fundamenta defensionis. Nondum enim nostris laudibus, quibus utar postea,[8] sed prope inimicorum confessione, virum bonum, atque integrum hominem defendimus. VII. Quo constituto, facilior est mihi aditus ad contentionem[1] dignitatis; quæ pars altera fuit accusationis.

15. Summam video esse in te, Ser. Sulpici, dignitatem[a] generis, integritatis, industriæ, ceterorumque ornamento-

[a] *Nobilitatem.*

Schutz. Deinde, *consules p. r. salutem vocare* χ. *sed circumspicere* conj. Gulielm. recepit Matthiæ. *sed considerare* malit Lamb.—3 T *insaniat.* Mox, *intempestivi convivii* C H S T ψ, Franc. Medic. aliæ edd. ante Lamb. *tempestivo convivio* χ. Deinde, *comes sit saltatio* T.—4 *Tu mihi arripis hoc* C T ψ. Mox, *relinquimus illa* χ. Paulo post, *quæ comessatio* H T. *quæ comisatio* codd. Lambini; *quæ commensatio* ψ.—5 Codd. χ ψ *quæque vitiosa sunt.*—6 Cod. ψ et ed. Wald. *in vita.* Mox, codd. Lambini, *nihil, nihil inquam, &c.* Pro *judices*, C H S χ ψ habent *judicio.*—7 ' Hæc verba, *in vita*, ab h. l. aliena recte judicavit Ernesti, et temere e superioribus, *in vitam*, ubi ed. Wald. *in vita*, repetita. Itaque uncis inclusi.' *Beck.* Delevit Schutz. servarunt Orell. et Matthiæ.—8 *Nondum enim n. l. q. u. postea* desunt in H. *nostris* omittitur in χ. Mox, *atque integerrimum* C.

NOTÆ

[m] *Vitiorum esse postremum*] Reprehendit Catonem, quod cum mores Murenæ reliqui honesti sint, quos non reprehendit, extremum convicium, et omnium turpissimum arripiat.

rum omnium, quibus fretum[2] ad consulatus petitionem aggredi par est. Paria cognosco esse ista in L. Murena, atque ita paria,[3] ut neque ipse dignitate vinci potuerit, neque te dignitate superarit. Contemsisti L. Murenæ genus; extulisti tuum. Quo loco si tibi hoc sumis,[b] [4] nisi qui patricius[a] sit, neminem bono esse genere natum; facis, ut rursus plebs[5] in Aventinum[b] sevocanda esse videatur. Sin autem sunt amplæ[6] et honestæ familiæ plebeiæ; et proavus L. Murenæ, et avus, prætores fuerunt, et pater cum amplissime atque honestissime ex prætura[c] triumphasset, hoc faciliorem huic gradum consulatus adipiscendi reliquit, quod is jam patri debitus,[d] a filio petebatur. 16. Tua vero nobilitas, Ser. Sulpici, tametsi summa est, tamen hominibus literatis et historicis est notior; populo[7] vero et suffragatoribus obscurior.[e] Pater enim fuit equestri loco;[f]

[b] *Arrogas.*

CAP. VII. 1 C *contemtionem.*—2 Cod. ψ *quibus fretus.* Actutum, *ad cons. suspicionem.*—3 Cod. χ *atque ita esse paria.*—4 Idem codex *sumus.*—5 Ita plerique codd. et edd. etiam Matthiæ; *plebes* cod. opt. Lambini, C ψ, Lamb. Beck. Schutz. Orell.—6 Voc. *amplæ* deest in χ. Mox, *familiæ præbere et proavis* χ. *L. Murere, et a. patruus fuit* C. *prætor fuit* H T ψ. Actutum, *et* deest in χ. ' Utraque Venet. *prætor fuit, et pater:* tum sequuntur illa, quæ c. 8. leguntur: *etenim mihi ipsi accidit, &c.* usque ad verba c. 9. *quæ sit multis profutura.* Postea hæc repetuntur, *cum amplissima, &c.* non mediocris trajectio, quæ etiam in χ ψ esse videtur, quanquam ab ed. Oxon. non satis clare

NOTÆ

[a] *Patricius*] Patricii dicebantur, qui ex primis illis senatoribus, quos Romulus instituit, genus ducebant.

[b] *In Aventinum*] Romæ factæ sunt tres plebis secessiones, una in Montem Sacrum, altera in Aventinum, tertia in Janiculum. Libido App. Claudii decemviri, qui in Virginii filiam exarserat, secessionem hanc in Aventinum excitavit, propter quam decemviri magistratu abdicare se coacti sunt. Vide Liv. lib. III.

[c] *Ex prætura*] Murena pater in prætura Asiæ multa præclare gessit: nam in ea Mithridate debellato triumphum obtinuit; ut ipse Cicero dixit in orat. pro Lege Manilia.

[d] *Patri debitus*] Ob triumphum debitus fuerat Murenæ patri consulatus, ideoque petenti filio facilius fuit eum obtinere.

[e] *Populo et suffragatoribus obscurior*] Etiamsi nobiliori ex genere natus sit Sulpicius, tamen ejus non tam fuit nota populo, quam Murenæ nobilitas, cujus patrem proxime viderat triumphantem.

[f] *Pater enim fuit equestri loco*] Dixit mox ante Sulpicium patricium fuisse: ex quo licet conjicere, nonnullos equestri genere natos, esse patricios. Patricii autem proprie sunt illi no-

avus nulla illustri laude celebratus. Itaque non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate [g] eruenda est memoria nobilitatis tuæ.[8] Quare ego te semper in nostrum numerum aggregare soleo, quod virtute industriaque perfecisti, ut, cum equitis Romani esses filius, summa tamen amplitudine [c] dignus putarere: nec mihi unquam minus in Q. Pompeio,[h] novo homine, et fortissimo viro, virtutis [9] esse visum est, quam in homine nobilissimo, M. Æmilio.[i] Etenim ejusdem animi atque ingenii est, posteris suis, quod Pompeius fecit, amplitudinem nominis, quam non acceperit, tradere; et, ut Scaurus, memoriam prope intermortuam [10] generis sui, virtute renovare. VIII. 17. Quanquam ego jam putabam,[1] judices, multis viris fortibus ne ignobilitas objiceretur generis, meo labore esse perfectum; qui, non modo Curiis,[k] Catonibus,[l] Pompeiis,[2]

[c] *Consulatu.*

indicata.' *Beck.* Paulo post, *adipiscendum* χ.—7 Cod. χ *a populo.*—8 Lamb. *memoria est n. tuæ;* ψ *est memoria vetustatis tuæ.*—9 Cod. χ *virtus.*—10 C *intermortuas.* Actutum, *generis* deest in χ.

CAP. VIII. 1 *Quanquam ego putabam* Oliv. nec tamen Oxon. varietatem notat.—2 *Appiis* legi jubet Manut. ut Appius Claudius, qui e Sabinis Ro-

NOTÆ

biles, qui a senatoribus a Romulo constitutis oriundi sunt.

[g] *Ex annalium vetustate*] Cicero de Clar. Orat. anno decimo post exactos reges Ser. Sulpicium cum M. Tullio consulem fuisse scribit, adeoque Sulpiciorum familia antiquissima fuit: videtur autem indicare Cicero ab illo tempore neminem ex illa Sulpiciorum familia rebus gestis illustrem extitisse.

[h] *In Quinto Pompeio*] Q. Pompeius cum L. Cornelio Sulla consul fuit, anno ab urbe condita 666. et altero post consulatum anno, cum Italicis copiis præfectus esset, odio et invidia interfectus est.

[i] *M. Æmilio*] M. Æmilius Scaurus humili vita et genere ad summos honores elatus est, de quo ita Asconius scribit: 'M. Scaurus ita fuit patricius, ut tribus supra ætatibus jacuerit domus ejus fortuna; nam neque pater, neque avus, neque etiam proavus, ut puto, propter tenues opes, et nullam vitæ industriam, honores adepti sunt. Itaque M. Scauro æque ac novo homini laborandum fuit.' Cicero pro Deiotaro, M. Scaurum principem civitatis appellat.

[k] *Curiis*] M. Curius Dentatus ter triumphavit, primum de Samnitibus, deinde de Sabinis, postremo de Pyrrho.

[l] *Catonibus*] M. Porcius Cato, referente Plutarcho, se quidem hominem novum, quo ad honores et æstimationem attineret; rebus autem gestis, et majorum virtute, perantiquum dicebat.

antiquis illis, fortissimis viris, novis hominibus, sed his recentibus, Mariis,[m] et Didiis,[n] et Cœliis[o] commemorandis, jacebant.[p] Cum ego vero tanto intervallo[q] claustra ista nobilitatis[r] refregissem,[3] ut aditus ad consulatum posthac, sicut apud majores nostros fuit, non magis nobilitati, quam virtuti, pateret; non arbitrabar, cum ex familia vetere et illustri consul designatus ab equitis Romani filio, consule, defenderetur, de generis novitate accusatores esse dicturos. Etenim mihi ipsi accidit, [*p.* 128.] ut cum duobus patriciis,[s] altero improbissimo atque audacissimo, altero modestissimo[4] atque optimo viro, peterem; superavi tamen dignitate Catilinam, gratia Galbam. Quodsi[5] id crimen homini novo[t] esse deberet; profecto mihi neque inimici, neque invidi defuissent. 18. Omittamus igitur de genere dicere, cujus est magna in utroque dignitas: videamus cetera.

Quæsturam una[6] petiit,[u] et sum ego factus prior. Non

mam demigravit, intelligatur, Liv. II. 16. Mox, pro *Cœliis,* C habet *Clodiis.* Deinde, *jacebum* H. *jacebunt* χ.—3 Idem codex *infregissem.* Idem mox, *sic apud majores . . . virtuti pareret.* Tum, pro *vetere,* Priscian. p. 763. Putsch. legit *veteri.* Deinde, *ab equitibus Romanis* ψ. *filio* deest in C. *accusatores* omittit χ.—4 C *medestissimo.*—5 *Quid si* H.—6 *Quæsturam unam* χ. ' Hotomannus Obss. I. 37. II. 12. putat locum aliquot versibus esse mutilum, quibus

NOTÆ

[m] *Mariis*] Marius Arpinate ex humili loco natus, multas victorias retulit, et septies consulatum adeptus est.

[n] *Didiis*] Didius prætor fuit post Cimbricum, et Teutonicum bellum, sub quo tribunus militum Sertorius fuit. Vide Plut. in Sert.

[o] *Cœliis*] T. Livius lib. LXXIII. scribit in Gallia Salvios a Cœlio victos esse.

[p] *Jacebant*] Hominum eorum majores ad honores, et consulatum non evehebantur, quibus posteri eorum potiti sunt.

[q] *Tanto intervallo*] Indicat Cicero se novum hominem primum post C. Cœlium factum esse consulem.

[r] *Claustra nobilitatis*] Claustrum a claudo dicitur: significat autem penes se quasi inclusum consulatum habuisse nobiles, et eum locum, quem nobilitas firmatum præsidiis et omni ratione vallatum tenebat, se duce rescidisse.

[s] *Ut cum duobus patriciis*] Cum Catilina et Galba e patricio genere, Cicero consulatum petebat.

[t] *Homini novo*] Se novum hominem Cicero dicit, quia ex ejus familia nemo consul factus erat, quamvis ex eadem aliqui jam prætores extitissent.

[u] *Quæsturam una petiit*] Affert con-

est respondendum ad omnia: neque enim quenquam vestrum fugit, cum[7] multi pares dignitate fiant unus, autem primum solus possit obtinere; non eundem esse ordinem dignitatis et renuntiationis; propterea quod renuntiatio[x] gradus habeat, dignitas autem sit[8] persæpe eadem omnium. Sed quæstura[y] utriusque propemodum pari momento sortis fuit.[9] [z] Habuit hic lege Titia[10] [a] provinciam tacitam[d] [b] et quietam; tu illam, cui, cum[11] quæstores sortiuntur, etiam acclamari solet, Ostiensem,[c] non tam gratiosam[12] [d] et illustrem, quam negotiosam et molestam. Con-

[d] *Pacatam.*

de comitiorum consuetudine et renuntiationis gradibus dictum esset: nam verba *pares dign. f.* non habere quo referantur, et in verbis, *unus autem solus, &c.* deesse voc. *gradus.* At Lamb. nihil deesse docet.' *Beck.*—7 Pro *cum,* T habet *cura.* Mox, pro *pares dignitate,* quod habent Franc., duo codd. Oxon. Venett. 1480. 1483. al. *pari dignitate* legunt duo Pall. H S χ ψ. *pare dignitate* liber Victorii. Hæc verba desunt in Pal. 3. et in edd. 1473. 1478. Tum, pro *primum* T et Lamb. habent *primus,* improbante Grutero. *solus posset* C H S T χ.—8 Cod. ψ *dignitas autem sic.*—9 Idem codex *fortis fuit.*—10 Manut. *lege lautia.* Actutum, provinciæ nomen excidisse putat Pighius.—11 Cod.

NOTÆ

tentionem dignitatis ex paribus honoribus, quam Cicero per prosopopœiam Sulpicii gloriantis exprimit. Primum de quæstura loquitur, in qua ita competitores Sulpicius et Murena fuerunt, ut Sulpicius priori loco renuntiatus sit, unde Sulpicius præstantiam dignitatis suæ demonstrabat.

[x] *Renuntiatio*] Jam contendit Cicero in appellatione seu nominatione eorum qui alicujus sunt dignitatis, non posse omnes esse primos; quare necesse est ut hic sit primus, ille secundus, &c.

[y] *Sed quæstura*] Quæstura primus omnium magistratus gerebatur, deinde ædilitas, tum prætura, ac tandem consulatus.

[z] *Pari momento sortis fuit*] Id est, eodem fere temporis puncto facta est quæsturarum sortitio, utra utri provincia obveniret. Nam solebant qui quæstores designati erant, sortiri provincias in quas proficiscerentur.

[a] *Lege Titia*] De ista lege Titia nihil reperitur, nec quo tempore lata sit. Credunt aliqui senatusconsultum aliquod fuisse a Porcio et Decio coss. quo latum est, ut quæstores, sicut alii magistratus, provincias sortirentur.

[b] *Provinciam tacitam*] Provincia tacita et quieta est, in qua nulla est belli perturbatio.

[c] *Ostiensem*] Difficilis fuit et negotiosa, propter salinas, Ostiensis provincia; quare qui eam sortiebatur, populi acclamationibus, vel in signum approbationis, si vir negotiosus esset et strenuus; vel indignationis, si deses et languidus, excipiebatur.

[d] *Gratiosam*] Gratiosa provincia dicitur, a qua multam sibi gratiam conciliat qui eam administrat.

sedit[e] utriusque nomen in quæstura; nullum enim vobis sors campum dedit,[e] in quo excurrere[13] virtus cognoscique posset. 19. Reliqui temporis[f] spatium in contentionem[14] vocatur: ab utroque dissimillima ratione tractatum est. IX. Servius hic nobiscum hanc urbanam militiam respondendi, scribendi, cavendi, plenam solicitudinis ac stomachi,[f] secutus est: jus civile didicit: multum vigilavit: laboravit: præsto multis fuit:[1] multorum stultitiam perpessus est: arrogantiam pertulit: difficultatem exsorbuit:[g] vixit ad aliorum arbitrium, non ad suum. Magna laus, et grata[2] hominibus, unum hominem elaborare in ea scientia, quæ sit multis profutura. 20. Quid Murena interea? fortissimo et sapientissimo viro, summo[3] imperatori, legatus L. Lucullo fuit; qua in legatione duxit exercitum: signa contulit: manum conseruit: magnas copias hostium fudit: urbes partim vi, partim obsidione cepit: Asiam istam refertam,[4] et eandem delicatam,[g] sic obiit, ut in ea neque avaritiæ, neque luxuriæ vestigium reliquerit: maximo in bello sic est versatus, ut hic multas res et magnas sine imperatore gesserit, nullam sine hoc imperator. Atque hæc, quanquam[5] præsente L. Lucullo[h] loquar, tamen,

[e] *Jacuit.* [f] *Molestiæ.* [g] *Exhausit.*

χ *eum.*—12 Idem cod. *gratiosum.*—13 Codd. χ ψ *excuti.*—14 C *contemtionem;* H S *contionem;* χ *contione.* Mox, pro *tractatum est*, Franc. Paris. Lall. habent *certatum est*, probante Græv. *traductum est* conj. Matthiæ.

Cap. IX. 1 Cod. ψ *fuit inultis.*—2 Cod. χ *et gratia.* Mox, *unum h. laborare in ea sententia* Franc.—3 Voc. *summo* deest in C H S ψ, Franc. 'At tum etiam *viro* deleri debuerit.' *Beck.*—4 C *referctam;* χ *refertan.* Paulo post, *hic* deest in Franc. et abesse posse, monet Grævius. Deinde, *nullam sine hoc imperatore* C.—5 Pro *quanquam*, χ habet *quam.* Pro *loquar* Ernesti conj. *loquor*, probante Spalding. et Matthiæ. Mox, *concessam videuntur* χ.—

NOTÆ

[e] *Campum dedit*] Nulla sors provinciam dedit Sulpicio, in qua laudem colligeret, quemadmodum colligitur ex provinciis in quibus bellum geritur.

[f] *Reliqui temporis*] Sequitur studiorum comparatio, in qua primo utriusque studii dignitatem ita per congeriem partium amplificat, ut tamen ex ipsarum partium inter se collatione appareat, L. Murenæ studium Sulpiciano anteferri.

[g] *Refertam et delicatam*] Asia plena opibus, et luxui dedita fuit.

[h] *Præsente L. Lucullo*] Lucullus, qui imperator fuerat in Asia contra Mi-

ne ab ipso, propter periculum nostrum,[i] concessam videamur habere licentiam fingendi, publicis literis testata sunt omnia; quibus L. Lucullus tantum [6] laudis impertiit, quantum neque ambitiosus [h] imperator, neque invidus, tribuere alteri in communicanda gloria debuit. 21. Summa in utroque [k] est honestas, summa dignitas; quam ego, si mihi per Servium liceat, pari atque eadem in laude ponam: [7] sed non licet: agitat [i] rem militarem: insectatur totam hanc legationem: assiduitatis [l] et operarum harum quotidianarum [m] putat esse consulatum. Apud exercitum mihi fueris,[n] inquit, tot annos? forum non attigeris? abfueris tamdiu? et, cum longo [8] intervallo [k] veneris, cum iis, qui in foro habitarunt, de dignitate contendas? Primum ista nostra [9] [o] assiduitas, Servi, nescis, quantum interdum afferat hominibus

[h] *Cupidus gloriæ.* [i] *Vituperat.* [k] *Post longum spatium.*

6 Post *tantum* quatuor codd. Oxon. Oliv. et Lall. addunt *Murenæ.* Pro *impertiit*, C H S habent *impartit;* ceteri codd. et edd. ante Ernesti *impertit.* Ernestium secuti sunt Beck. Schutz. ' Recte præsens revocavit Mœb.' *Orell.* Mox, *in convenienda gloria* χ.—7 Idem cod. *ponere.*—8 C H S χ ψ, Venett. 1480. 1483. Victor. *ut cum longo.* Pro *longo,* T habet *loco post;* Venet. 1480. exhibet *longo post intervallo.* Quintil. v. 13. habet *et cum tam longo*, magno codd. consensu. Mox, *habitarint* T χ. *habitaverint* Guelf. Actutum, præpositio *de*, quod Barb. plurimique codd. Venett. 1480. 1483. Hervag. Naug. Manut. et recentt. post Græv. servant, deest in edd. 1584. Grut. 1618. Græv. deest etiam ap. Quintil. in edd. Burm. et Gesn.—9 Voc. *nostra* deest

NOTÆ

thridatem, judex erat in hac causa.

[i] *Periculum nostrum*] Periculum Murenæ intelligit, ne videlicet damnetur a judicibus.

[k] *In utroque*] In Murena et Sulpicio summa est dignitas, propter gestos ab utroque magistratus, non propter generis nobilitatem; quia Sulpicius patricius erat, Murena plebeius. Contendit tamen Murenam superiorem esse dignitate propter rem militarem, quam cognitioni juris civilis anteponit.

[l] *Assiduitatis*] Assiduitas de iis dicitur, qui proprie resident: unde assiduus dicitur qui residet.

[m] *Operarum harum quotidianarum*] Sulpicius consulatum tantum ad eos pertinere putabat, qui Romæ sunt assidui; adeoque se Murenæ anteponendum, qui sæpe aberat propter bellicas expeditiones.

[n] *Apud exercitum mihi fueris*] *Mihi* ad venustatem orationis ponitur; id est, fueris in exercitu. Hoc autem, et quæ sequuntur, quasi per indignationem refert Sulpicius.

[o] *Ista nostra*] Respondet Cicero Sulpicio, ejus, et suam assiduitatem in foro et in causis, utrique eorum molestam fuisse.

fastidii, quantum satietatis: mihi quidem vehementer expediit, positam in oculis esse gratiam;[l] [p] sed tamen ego mei satietatem magno meo labore superavi,[q] et tu idem[10] fortasse: verumtamen utrique nostrum desiderium[m] nihil obfuisset. 22. Sed, ut, hoc omisso,[a] ad studiorum atque artium contentionem revertamur; qui[11] potest dubitari, quin ad consulatum adipiscendum multo plus afferat dignitatis, rei militaris, quam juris civilis gloria? Vigilas[12] tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas; ille, ut eo, quo intendit,[13] mature cum exercitu perveniat: te gallorum, illum buccinarum cantus exsuscitat: [*p.* 129.] tu actionem instituis, ille aciem instruit: tu caves, ne tui consultores; ille, ne urbes aut castra capiantur. Ille tenet et scit, ut hostium copiæ; tu, ut aquæ pluviæ[b] arceantur: ille exercitatus est[14] in propagandis finibus; tu in regendis:[c] ac nimirum (dicendum est enim, quod sentio) rei militaris virtus præstat ceteris omnibus. x. Hæc nomen populo Romano,[1] hæc huic urbi æternam gloriam peperit: hæc

[l] *Ante oculos beneficium esse.* [m] *Absentia.*

in χ. Mox, pro *expediit*, sex codd. Oxon. Ven. 1483. Junt. *expedit.*—10 Orell. conj. *et tu item.*—11 Memm. *quis.* Idem cod. cum C T χ ψ *potest dubitare.* Mox, *res militaris* C H χ ψ.—12 *Vigilias* χ.—13 Ita Quintil. IX. 3. 32. Contra IX. 2. 10. *ut, quo contendit,* ubi tamen codd. aliquot *intendit.* Hinc Lamb. *ut quo intendit.* Jul. Rufin. de Fig. c. 37. *ut mature quo intendit.* Mox, *tu actionem intruis* ψ. Deinde, *castra capiuntur* χ.—14 Codd. aliquot Quintiliani IX. 3. 32. ejusque edd. vett. et Spalding. *exercitatur;* unde h. l. receperunt Schutz. Matthiæ, et Mœb. Mox, *tuque in regendis* C χ.

CAP. X. 1 C H *populi R.* Mox, *ecternam* C. unde Beck. conj. *externam.*

NOTÆ

[p] *Positam esse gratiam*] Innuit Cicero, plus revera valere, ad honores assequendos, esse domi quam foris; quia populus plus oculis quam auribus prospicit: quare cum e quæstura Siciliensi rediit, statuit assidue Romæ versari.

[q] *Labore superavi*] Hanc urbis satietatem et fastidium reorum defensione superavit.

[a] *Sed ut, hoc omisso*] Transit ad contentionem artium quas uterque factitavit.

[b] *Aquæ pluviæ*] Aqua pluvia ea dicitur quæ de cœlo cadit, et imbre excrescit, sive illa noceat, sive cum alia mixta sit.

[c] *Tu in regendis*] Fines regi dicuntur, cum propriis ager quisque finibus terminatur. Hinc finium regundorum, vel finibus regundis judicium est, quod inter confines redditur, ut fines agrorum vicinorum dirigantur.

orbem terrarum parere huic imperio coëgit: omnes urbanæ res, omnia hæc nostra præclara studia, et hæc forensis laus et industria, latent[2] in tutela ac præsidio bellicæ virtutis: simul atque increpuit suspicio tumultus,[d] artes illico nostræ conticescunt.

23. Et, quoniam mihi videris[3] istam scientiam juris, tanquam filiolam osculari tuam, non patiar te in tanto errore versari, ut istud nescio quid, quod tantopere didicisti, præclarum aliquid esse arbitrere. Aliis ego te virtutibus, continentiæ, gravitatis, justitiæ, fidei,[4] ceteris omnibus, consulatu et omni honore semper dignissimum judicavi: quod quidem jus civile didicisti; non dicam, operam perdidisti; sed illud dicam, nullam esse in illa disciplina munitam ad consulatum viam. Omnes enim artes, quæ nobis[5] populi Romani studia conciliant, et admirabilem dignitatem, et pergratam utilitatem debent habere. XI. 24. Summa dignitas est in iis, qui militari laude antecellunt; omnia enim, quæ sunt in imperio, et in statu civitatis, ab iis defendi et firmari putantur: summa etiam[6] utilitas; siquidem eorum consilio et periculo, cum republica, tum etiam nostris rebus perfrui possumus. Gravis etiam illa est et plena dignitatis, dicendi facultas, quæ[7] sæpe valuit in consule deligendo, posse consilio atque oratione, et senatus, et populi, et eorum, qui res judicant, mentes permovere. Quæritur consul, qui dicendo nonnunquam comprimat tribunicios furores, qui concitatum populum flectat, qui largitioni[8] re-

H *gloria*. Tum, *huic i. cogit* C.—2 Cod. ψ *lateat*. Mox, idem cod. pro *nostræ* legit *vestræ*.—3 Cod. χ *videtis*. Post *patiar te* idem codex addit *diutius*. Idem mox, *nescio quid tantopere*.—4 Lamb. legi jussit, *continentia, gravitate, justitia, fide*. Paulo post, *dicam nulla esse* χ.—5 C *vobis*. In eodem mox, *conciliarit*. 'Jubente Ernestio pro vulg. *conciliant*, scripsi *concilient*.' Beck.

CAP. XI. 6 Cod. χ *summa enim*. Idem mox, pro *nostris*, affert *vestris*; et *pessimus* pro *possumus*.—7 'Voc. *quæ* uncinis inclusi, ut spurium.' *Beck*. Improbant Schutz. et Matthiæ. Mox, *diligendo* C.—8 C χ ψ *largitione*.—

NOTÆ

[d] *Increpuit suspicio tumultus*] Id est, insonuit (metaphora sumta a tubis) suspicio tumultus, belli videlicet Italici aut Gallici: hæc enim duo bella tumultus nomine significabantur.

sistat. Non mirum, si ob hanc facultatem homines sæpe etiam non nobiles[a] consulatum consecuti sunt; præsertim cum hæc eadem res plurimas gratias, firmissimas amicitias, maxima studia pariat; quorum in isto vestro artificio, Sulpici, nihil est. 25. Primum dignitas in tam tenui[4] scientia quæ potest esse? res enim sunt parvæ, prope in singulis literis atque interpunctionibus[b] verborum occupatæ. Deinde, etiamsi quid apud majores nostros fuit in isto studio[5] admirationis, id, enuntiatis vestris mysteriis,[e] totum est contemtum et abjectum. Posset agi[c] lege, necne, pauci[f] quondam sciebant: fastos enim vulgo non habebant:[g] erant in magna potentia, qui consulebantur; a quibus etiam dies, tanquam a Chaldæis,[h] patebatur.[6] Inventus est scriba quidam Cn. Flavius,[i] qui cornicum[7] oculos[k] confixerit, et

[a] *Homines novi.* [b] *Distinctionibus.* [c] *Litigari.*

4 *Primum d. in causa tenui* χ. Actutum, *scientia non potest* C H T χ ψ. Mox, *quo prope* ψ. *prope* deest in χ. *verborum* deest in eodem cod. Pro *interpunctionibus*, Venet. 1480. habet *interpretationibus*. Pithœus legi maluit *in pactionibus*.—5 Ita Venet. 1483. Junt. Hervag. seqq. *jure* Crat. Naug. *etiam si quid ap. m. n. fuit industriæ isti admirationis* Franc. non improbante Grævio: *istos duo a miserationis et denuntiatis* C. *iis tres dico ad miserationis id enuntiatis* χ ψ. *totum esse* H ψ. *contentum* χ.—6 Ita pro vulg. *petebantur* edidit Ernesti e cod. Guelf. *petabatur* C. *patebatur* χ.—7 Cod. ψ *corvicum*. Mox,

NOTÆ

[e] *Vestris mysteriis*] Proverbium translatum ex arcanis sacris Græcorum, in quibus Eleusinia fuere præcipua, quæ enuntiare, id est, profanis prodere, capitale fuit.

[f] *Pauci*] Pauci sciebant quibus diebus fas erat litigari; sed tandem a jurisconsultis omnes edocti sunt.

[g] *Fastos enim non habebant*] Fasti nihil aliud sunt quam distinctio quædam anni, et mensium dierumque descriptio, festorum et profestorum notatio, et sacrorum publicorum quasi indicatio. Fasti autem et nefasti dies a Numa Pompilio instituti sunt; quos Ovid. Fast. I. sic explicat: ‘Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur; Fastus erit per quem lege licebat agi.’ Tria illa erant verba, ‘Do,’ ‘Dico,’ ‘Addico:’ id est, nefastis illis diebus non fas erat prætori agere, et illa verba pronuntiare sine piaculo: fastis autem fas fuit, qui idcirco a fando dicti sunt. Lege plura apud Macrob. I. 16.

[h] *A Chaldæis*] Chaldæi pro astrologis dicuntur, quia apud populos illos floruit ars divinandi. Genethliaci quoque dicti sunt, quod die notato quo quisque in lucem prodierit, de vitæ fortuna, et exitu prædicere soleant.

[i] *Cn. Flavius*] De Flavio sic scribit Liv. lib. IX. ‘Fuisse callidum virum et facundum, et jus civile repositum in pontificum penetralibus evulgas-

singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit, et ab ipsis cautis jurisconsultis eorum sapientiam compilarit.[d] Itaque irati illi, quod sunt veriti, ne, dierum ratione pervulgata[8] et cognita, sine sua opera lege posset agi, notas[e] quasdam[9] composuerunt, ut omnibus in rebus ipsi interessent. XII. 26. Cum hoc fieri bellissime posset;[1] 'Fundus Sabinus[l] meus est; immo meus:' deinde judicium; noluerunt. 'Fundus,'[2] inquit,[m] 'qui est in agro, qui Sabinus vocatur.' Satis verbose:[3][n] cedo, quid postea? 'Eum ego ex jure Quiritium[o] meum esse aio.' Quid tum? 'Inde[4]

[d] *Furatus sit.* [e] *Formulas.*

configeret ... proponeret ... compilaret præferebat Ernesti. Pro *ediscendos*, C habet *eligendis;* S *ediscendis;* ψ *eliscendis.* Pro *cautis*, quod est in Ald. et seqq. *causis* habent Franc. C H S χ ψ, Rom. Venett. 1480. 1483. et Mediol. *catis* Manut. in notis, quod in Lamb. pro v. l. notatum est. Pro *jurisconsultis*, quod est in Naug. Cam. Lamb. Oliv. Lall. *viris consultis* habet χ. *jureconsultis* R. Steph. et Charis. p. 62. Putsch.—8 Franc. Naug. Græv. *promulgata.* —9 Ita Medic. *vero ac eadem*, vel *v. ac ædem*, edd. vett. etiam Venet. 1499. *possit vero accedam* C ψ. *posset* [lacuna] H. *posset vero* [lacuna] S. *possit vero ac edam* ψ. Mox, *interesse ut* in eodem cod.

CAP. XII. 1 Cod. χ *possit.* Mox, *voluerunt* ψ.—2 *Fundum* Lamb.—3 T *verbose meus dicitur.* Mox *Cum ego* χ ψ. Post *jure* Lamb. primus inseruit *Quiritium* e vestigiis codd. *jureque* C ψ. *jure* H S. *verbo jureque* T et Venet. 1480. *jure quod* χ. Dein, *esse animo* T χ.—4 *Inde ibi* plerique codd. edd. vett. Rom. 1480. Venett. 1480. 1483. Brix. 1499. Mediol. Græv. Beck. Schutz. Matthiæ, Orell. *ibi* omittunt Naug. Steph. Lamb. Grut.

NOTÆ

se.' Non pauci sunt, auctore Cic. in Epist. ad Att. lib. VI. qui credunt hunc fastos protulisse, actionesque composuisse.

[k] *Qui cornicum oculos*] Cornicum oculos configere, est proverbium quod de iis dicitur, qui callidos et prudentes, qui cavere et sciunt et debent, fallunt ac circumveniunt. Nam cornix,cum aliorum animalium oculos potissimum appetat, ipsam scilicet suis maxime prospicere oportet: unde proverbialiter dicitur unam cornicem alterius oculos non confodere.

[l] *Fundus Sabinus*] Ostendit Cicero, facilius esse de aliquo fundo contendere sine formulis jurisconsultorum, quam eas adhibere; quia per eas tota ratio judiciorum intricatur: sufficit enim ut petitor dicat, 'Iste fundus Sabinus meus est;' et respondeat defensor, 'meus est;' deinde uterque ad judicium veniat, et auditis utriusque partis rationibus, judex decidat.

[m] *Inquit*] At jurisconsultus, qui suas notas composuit, alias verborum ambages proponit, nempe, 'fundus qui est in agro Sabino,' &c.

[n] *Satis verbose*] Ridet has verborum tricas Cicero.

[o] *Jure Quir.*] Quiritium jus dicebatur, quod civium Rom. causa proprie constitutum erat, ut peregrini omnes ejus plane expertes essent.

ego te ex jure manu [p] consertum voco.' Quid huic [5] tam loquaciter litigioso responderet ille, unde petebatur,[q] non habebat. Transit idem [6] jureconsultus, tibicinis Latini modo:[r] 'Unde tu me,' inquit, 'ex jure [7] manu consertum vocasti, inde ego te revoco.'[s] [*p.* 130.] Prætor [8] interea, ne pulchrum se ac beatum putaret,[f] atque aliquid ipse sua sponte loqueretur,[t] ei quoque carmen [g] compositum est, cum ceteris rebus absurdum, tum vero in illo: 'Suis utrisque superstitibus,[u] [præsentibus,] istam viam dico: inite

[f] *Ne putaret se optima esse conditione.* [g] *Formula.*

Mox, *manum* Lamb. *manu'* Lall.—5 *Quid hoc* χ. *litigiose* H S ψ. *litigiosum* χ. *responderet, ille unde, &c.* C H.—6 *Transit ad eum* Lamb. Mox, *Latino* C. —7 Verba *ex jure* desunt in ψ. Mox, *inde ibi* omnes codd. et edd. ante Ernesti, quod revocarunt Beck. et Orell.—8 *Præter* sex codd. Oxon. Actutum, *interanne pulchrum* χ. Mox, pro *in illo: suis,* quod servant quatuor Pall. Guelf. χ ψ, ed. Wald. Rom. 1480. et Brix. *nullo usui* præbent Venett. 1480. 1483. *nullo usu* Hervag. Manut. Lamb. Oliv. Lall. *nullo ii sui* H. *Præsentibus* e gloss. natum videtur Hotomanno et Manutio: deest in χ. Deinde, pro *inite viam,* quod servant plurimi codd. *ite viam* Lamb. Beck. Priscian. p. 1166. et 1177. Putsch. et Serv. ad Virg. Æn. v. 862. *in te viam* C. *mire viam* χ. *inire viam* ψ. Pro *viam,* T habet *jam.*—

NOTÆ

[p] *Ex jure manu*] Ut conserere manum, vel manu, cum hoste, sic ex jure manu, vel manum, conserere dicitur, cum quis judicio contendit. Solebant autem quodam ritu glebam attingere, et testari se velle de hoc bono litigare.

[q] *Unde petebatur*] Per illas voces, 'unde petebatur,' intelligitur debitor seu defensor. Modus autem ille loquendi usitatus fuit apud veteres.

[r] *Tibicinis Latini modo*] Tibicinis Latini modo is transire dicitur, qui petitoris et defensoris causam agit, vel probationes invenit. Tibicines vero Latini dicebantur, quorum usus erat in feriis Latinis, qui præludebant jam huic, jam alteri choro. De his vide Liv. lib. IV. ait autem jurisconsultos veluti tibicines illos modo petitoris, modo defensoris notas componere, ut uterque jus suum tueri possit.

[s] *Inde ego* [*Inde ibi*] *te revoco*] Postquam jurisconsultus docuit petitorem quid dicere debet, jam docet defensorem quid dicat; nempe, ut eadem formula utatur, qua prior petitor usus est. 'Ibi' autem dicitur pro 'ad eum locum,' quod usitatum satis fuit veteribus. Sic Plautus: 'Pergam in ædibus nunc jam.'

[t] *Sua sponte loqueretur*] Ipsis prætoribus verba præripuere jurisconsulti, iisque propria verba assignarunt, seu formulas, quibus in pronuntianda sua sententia uterentur.

[u] *Utrisque superstitibus*] Superstitibus, id est, salvis, et ob eam causam præsentibus; qui enim morbo sontico laborabant, lege excusabantur a judicio.

viam.'[x] Præsto aderat sapiens ille,[y] qui inire viam[9] doceret. 'Redite viam:'[z] eodem duce redibant. Hæc jam tum apud illos[10] barbatos,[a] ridicula, credo, videbantur: homines,[b] cum recte atque in loco constitissent,[11] juberi abire; ut, unde abissent, eodem statim redirent. Iisdem ineptiis fucata sunt[12][c] illa omnia, 'Quando te in jure[d] conspicio:' et hæc, 'sed anne tu dicis, qui causa[e] vindicaveris?'[13] quæ dum erant occulta, necessario ab eis, qui

9 Franc. *qui jure viam;* χ *qui mire viam;* Lamb. Oliv. *qui ire viam.* Mox, *redire viam* ψ. *reddite viam* Franc.—10 *Hæc quæ apud illos* χ. *Hæc jam tu apud illos* H. Pro *barbatos,* Franc. H S T, et edd. quædam vett. legunt *barbaros.* Mox, *videbant* χ.—11 In H, ab eadem manu supra lin. scriptum *tuti essent,* ac si debeat esse *constituti essent:* χ *constituissent.*—12 C χ ψ *fugata sunt;* H *fugata sint.* Mox, pro *et hæc,* C H S legunt *sed hæc;* T *et hæc et similia.* Actutum, *sed* deest in H.—13 'Ita Guelf. Venett. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. Grut. *sed anne tu dicis causa v.* Lambini conj. Græv. Beck. Schutz. Matthiæ; eaque egregia sane videbatur lectio, donec repertus est Gaius, IV. 16. p. 306. 'qui prior vindicaverat, ita alterum interrogabat: *Postulo, anne dicas, qua ex causa vindicaveris;*' unde h. l. le-

NOTÆ

[x] *Inite viam*] Litigantibus decernebat prætor, ut viam consuetam, præscriptam nempe a jurisconsultis, sequerentur.

[y] *Præsto aderat sapiens ille*] Ironice sapiens vocatur ille jurisconsultus, quia in iis ineptiis fere tota ejus sapientia posita est.

[z] *Redite viam*] Idem jurisconsultus qui viam qua eundum erat, qua quoque redeundum erat, docebat; idem ait quod superius not. [r] dictum est.

[a] *Apud illos barbatos*] Id est, apud illos veteres graves et sapientes, qui prolixa barba erant.

[b] *Homines*] Petitorem et reum intelligit, qui ad fundum, de quo erat controversia, ire jubebantur, et inde statim ad prætorem redire.

[c] *Fucata sunt*] Fucata dicuntur quæ alieno colore picta sunt. Jam novam aliam jurisconsultorum formulam, tam ridiculam quam superiores, profert.

[d] *Quando te in jure*] Actionis formula est in auctorem præsentem: hæc autem ita exponitur a Valerio Probo, 'quando te in jure conspicio, postulo an fuas auctor.'

[e] *Sed anne tu dicis, qui causa* [*dicis causa*] Vox ista, 'dicis,' jurisconsultorum est, et, ut explicat Hotomannus, perinde significat ac, 'simulandi causa,' vel 'per simulationem.' Eustachius vero putat 'dicis' sumi pro more et consuetudine. Varro de LL. l. v. pro eo quod non serio, sed perfunctorie fit. Itaque varius esse potest sensus hujus sententiæ, *anne tu dicis causa vindicaveris?* quasi diceret, *Anne tu simulandi causa tu tuum illud ac proprium asseruisti;* vel, *pro more et consuetudine;* vel, *non serio, sed perfunctorie?* Sane cum truncatæ sint et mutilatæ sententiæ ex veteribus jurisconsultis, quæ non extant amplius, eas ad verum sensum explicare quis possit, cum in istis tantum nugetur Cicero?

ea tenebant,[h] petebantur: postea vero pervulgata, atque in manibus jactata et excussa,[i] inanissima prudentiæ reperta sunt; fraudis autem et stultitiæ plenissima. 27. Nam cum permulta[14] præclare legibus essent constituta, ea jureconsultorum ingeniis[k] pleraque corrupta ac depravata sunt. Mulieres omnes, propter infirmitatem consilii, majores in tutorum potestate[f] esse voluerunt: hi invenerunt[15] genera tutorum, quæ potestate mulierum continerentur.[g] Sacra interire[h] illi noluerunt:[16] horum[i] ingenio senes ad coëmtiones faciendas,[k] interimendorum sacrorum causa,[l] reperti sunt. In omni denique jure civili æquitatem reliquerunt, verba ipsa tenuerunt: ut, quia[17] in alicujus libris, exempli

[h] *Intelligebant.* [i] *Propius considerata et cognita.* [k] *Inventionibus.*

gendum, (omisso *sed* cum uno cod. Oxon. et Junt. quod ego uncis inclusi,) *et hæc: anne dicis, qua ex* (sive *e*) *causa v.* eoque ducunt etiam vestigia codd. plerorumque hic valde corruptorum.' *Orell.* Mox, *petebant* H. —14 *Nam cum multa* T. Mox, pro *jureconsultorum,* quod habent Venet. 1483. et Junt. *jurisconsultorum* legit Lamb.—15 Cod. χ *noluerunt: hi venerunt.* Mox, *quorum potestate m. continentur* T. *quæ potestatem* χ. *mulierum quæ in potestate tutorum* legi maluit Gulielm.—16 Cod. ψ *voluerunt.*—17 Pro *ut quia,*

NOTÆ

[f] *In tutorum potestate*] Antiquo jure mulieres sub perpetua tutela erant; neque ratum id habebatur quod a muliere sine tutoris auctoritate gestum erat. Id autem a legibus Atheniensium ad Romanos translatum fuit.

[g] *Potestate mulierum continerentur*] Andreas Alciatus hanc potestatem sic explicat, aitque 'mulieres servos suos actori publico concessisse; et postquam publici effecti essent, procurasse uti sibi in tutores darentur. Etenim tales hodie quoque non plane servi sunt, nec magis a tutela rejici, quam ceteri tabularii possunt; et tamen nec omnino liberi videntur, et propter reliquias prioris dominii, aliquo modo possunt dici potestate mulierum contineri.'

[h] *Sacra interire*] Præter sacra publica, erant etiam privata in familiis quæ perpetua conservabantur.

[i] *Horum*] Jurisconsultorum ingenio et argutiis exstinguendorum sacrorum ratio inventa est.

[k] *Ad coëmtiones faciendas*] Per coëmtiones, matrimonia intelligit, quæ per coëmtionem fiebant: coëmtio vero certis solennitatibus peragebatur, et sese invicem communicando interrogabant: vir ita, an sibi mulier materfamilias esse vellet? illa respondebat velle. Item mulier interrogabat, an vir sibi paterfamilias esse vellet? ille respondebat velle: itaque mulier in manum viri conveniebat, et vocabantur hæ nuptiæ, 'per coëmtionem.'

[l] *Interimendorum sacrorum causa*] Nulla prole procreata, privata sacra interibant.

causa, id nomen invenerant, putarunt, omnes mulieres, quæ coëmtionem facerent, Caias vocari.[m] Jam illud mihi quidem mirum videri solet, tot homines, tam ingeniosos, per tot annos[n] etiam nunc statuere non potuisse, utrum[18] diem tertium, an perendinum;[o] judicem, an arbitrum;[p] rem, an litem dici oporteret. XIII. 28. Itaque (ut dixi) dignitas in ista scientia consularis nunquam fuit; quæ tota ex rebus fictis commentitiisque constaret; gratiæ vero multo etiam[1] minores. Quod enim omnibus patet, et æque promtum[2] est mihi, et adversario meo, id esse gratum nullo pacto potest. Itaque non modo beneficii collocandi spem,[3] sed etiam illud, quod aliquamdiu fuit, 'licet consulere,'[q] jam

Pal. 1. Guelf. ed. pr. et Venet. 1483. *ut Gaia;* reliqui Pall. S. Victor. et χ *ut cura;* ψ *ut curia;* Franc. et C *ut cuja;* H *ut cum;* S tantum habet *ut in;* Junt. *ut quia Caja.* Grut. conj. *ut Caiam in a. l. e. causa invenerant;* Græv. *ut quia Caia in a. libri exemplo invenerant ... fecerant.* Franc. habet *libri ... fecerant;* χ etiam *libri.* C H T χ ψ *putarent.* Deinde, *Gaias vocari* C χ ψ.—18 Franc. *statuere posse, non utrum.* Mox, *dici oportere* χ.

CAP. XIII. 1 T *et.* Pro *minores,* quod servant Pall. S. Victor. Franc. Paris. edd. vett. Lall. *minus* habent Naug. Junt. Crat. Hervag. Cam. Manut. Lamb. probante Schutz.—2 Edd. quædam vett. *quod æque promtum.*—3 Franc. *spes.* Mox, pro *aliquandiu,* ut est in codd. Gruteri, ψ, Ven. 1480. 1483. Junt. Grut. Beck. Schutz. Matthiæ, et Orell. *aliquando* Franc. Crat. Hervag. Cam. Græv. Oliv. Lall. Mœb. *quod* deest in χ. Tum, *licere consulere* Franc. *libere consulere* χ. *licet consulas* Pithœus e Festo. *jam perdidisti* C.—

NOTÆ

[m] *Caias vocari*] Cum nubebant, sponsa ingrediendo sponsi domum dicebat, 'Ubi tu Caius, ego Caia;' id est, 'ubi tu dominus, ego hera:' quia vero Caia Cæciliana, Tarquinii Prisci regis uxor, præ ceteris celebrata est, et optima lanifica fuit; institutum fuit, ut novæ nuptæ, ante januam mariti interrogatæ de nomine, se Caias dicerent.

[n] *Per tot annos*] Cn. Flavius jus civile ante bella Punica, aliquot annis ante Pyrrhi in Italiam adventum, pervulgavit.

[o] *An perendinum*] Perendinus dies dicitur, cum judex statuit, aut cum inter partes convenit, ut omne litis instrumentum, aut acta utrimque proferantur intra triduum: tunc lis et res comperendinari dicitur, quasi judex post tertium diem, aut etiam die tertio, sententiam laturus sit.

[p] *Judicem, an arbitrum*] Discrimen intercedit arbitrum inter et judicem; quod per judicem aut tota causa obtineatur, aut amittatur; per arbitrum vero, ut neque nihil, neque tantum quantum postulatur, obtineatur.

[q] *Licet consulere*] Consulere licet, dicebant, vel qui jurisconsultos volebant consulere; vel ipsi jurisconsulti dicebant, cum consulebantur: consulere autem licet, nempe libros Fastorum.

perdidistis. Sapiens existimari nemo potest in ea prudentia, quæ neque extra Romam usquam,[4] neque Romæ, rebus prolatis,[l] quicquam valet: peritus ideo haberi nemo potest, quod in eo, quod sciunt omnes, nullo modo possunt inter se discrepare: difficilis autem res ideo non putatur, quod et perpaucis et minime obscuris literis[m] continetur. Itaque, si mihi, homini vehementer occupato, stomachum moveritis,[n] triduo me jurisconsultum esse[5] profitebor. Etenim quæ de scripto aguntur,[r] scripta sunt omnia: neque tamen quicquam tam anguste scriptum est,[s] quo ego non possim, 'qua de re agitur,' addere.[6] Quæ consuluntur autem, minimo periculo respondentur.[7] Si id, quod oportet, responderis; idem videare[8] respondisse, quod Servius: sin aliter, etiam controversum[t] jus nosse et tractare videare. 29. Quapropter non solum illa gloria militaris vestris formulis atque actionibus anteponenda est, verum etiam dicendi consuetudo longe et multum isti vestræ exercitationi ad honorem antecellet.[o] [9] Itaque mihi videntur plerique initio

[l] *Patefactis.* [m] *Præceptis perspicuis.*
[n] *Irritaveritis me, &c.* [o] *Præstat ad magistratum.*

4 C ψ *unquam.* Mox, *peritus igitur haberi* C. Pro *omnes*, C H χ habent *homines;* quod omittitur in T. Deinde, *quod ex perpaucis* χ. *literis continentur* χ.—5 'Delendum *esse*, puto.' *Ernesti.* Lambinus jam notaverat, alios *esse* omittere, eique assentitur etiam Garat.—6 Cod. χ *agere;* al. ap. Ernesti, etiam Guelf. a m. sec. *videre;* et sic conj. Pantag. receperunt Manut. et Schutz. Paulo ante pro *quo*, Schutz. legit *in quo.*—7 C *responduntur;* Franc. *respondetur.*—8 Cod. χ *idem judicabere.* Mox, *sin autem aliter* χ. *contraversum jus* Franc. *controversim vos* χ. *nosset* C.—9 Ita omnes codd. Gruteri; *antecel-*

NOTÆ

[r] *Quæ de scripto aguntur*] Agi de scripto, aut per scriptum, idem est. Bipartita porro est jurisconsultorum professio; nam aut actiones et formulas judiciorum tradunt, quæ omnes sunt perscriptæ, et versantur in tractatione aperti et usitati juris, legum, et edictorum; aut de jure respondent, quod est opus prudentiæ et intelligentiæ ipsorum, cum de voluntate et scientia legis, aut omnino juris ratione dubitatur et quæritur.

[s] *Anguste scriptum est*] Anguste scribere, est versiculis proximis, et quasi constrictis compressisque, et non latis et amplis scribere, quo plus laboris insumtum videatur, plusque pecuniæ colligatur.

[t] *Controversum*] Jus controversum dicitur, de quo videlicet inter utramque partem controvertitur.

multo hoc maluisse:[u] post, cum id assequi non potuissent, istuc potissimum[v] sunt delapsi. Ut aiunt[10] in Græcis artificibus, eos aulœdos[p] esse, qui citharœdi fieri non potuerint; sic nonnullos videmus, qui oratores evadere non potuerunt, eos ad juris studium devenire.[q] Magnus dicendi labor, magna res, magna dignitas, summa autem gratia.[11] Etenim a vobis[12] salubritas[w] quædam; ab iis, qui dicunt, salus ipsa petitur. [*p.* 131.] Deinde vestra responsa atque decreta, et evertuntur sæpe dicundo, et sine defensione oratoris firma esse non possunt; in qua re[13] si satis profecissem, parcius de ejus laude dicerem: nunc nihil de me dico, sed de iis, qui in dicendo magni sunt aut fuerunt.

XIV. 30. Duæ sunt artes, quæ possunt[1] locare homines in amplissimo gradu dignitatis; una imperatoris, altera oratoris boni; ab hoc enim pacis ornamenta[x] retinentur; ab illo belli pericula repelluntur. Ceteræ tamen virtutes ipsæ per se multum valent: justitia, fides, pudor, temperantia; quibus te, Servi, excellere[2] omnes intelligunt: sed

[p] *Tibicines.* [q] *Pervenire.*

lit Lamb. solus. Actutum, *Itaque mihi si* χ.—10 *Et ut aiunt* Lamb. solus. Mox, pro *aulœdos*, quod habent plerique codd. Ven. 1483. Hervag. Lamb. Grut. item codd. omnes ap. Quintil. VIII. 3. *auletas* dedit Manut. in ed. 1540. *auleos esse qui citharedi* habet Franc. *non potuerunt* idem cod. Barb. omnes ap. Quintil. et Ven. 1480. *sic nos videmus* codd. Quintil. *evadere non potuerint* T, Barb. Lamb. Denique, *studium divertere* nonnulli codd. Quintil.—11 Franc. aliique nonnulli *summa etiam gratia.*—12 Cod. χ *a nobis.*—13 Ita Junt. Hervag. Victor. Naug. Lamb. Græv. Beck. Schutz. *in qua*, omisso *re*, sex codd. Oxon. Pall. S. Victor. Franc. Ven. 1483. Crat. Matthiæ, Mœb. Orell. Mox, *parca* χ. *de re dico* C.

CAP. XIV. 1 Cod. χ *possint.*—2 Franc. *excedere.* Post *sed* H addit *non.* Pro *ad honorem*, H S T χ et omnes Pall. legunt *ab honore.* Actutum, *depositis* codd. sex Oxon. Pall. edd. vett. *depossitis* cod. Victor. *appositis* Lamb. *ad ho-*

NOTÆ

[u] *Multo hoc maluisse*] Ut eloquentes fierent.

[v] *Istuc potissimum*] Qui fieri oratores non possunt, fiunt jurisconsulti.

[w] *Salubritas*] Salubre id dicitur quod salutem aut sanitatem affert. A jurisconsultis petitur quidem in rebus capitalibus consilium, quod reo periclitanti absolutionem afferat; sed ab oratoribus dicendo salus affertur, dum efficiunt ut reus absolvatur.

[x] *Pacis ornamenta*] Leges, judicia, religio, concordia civium, &c. pacis ornamenta dicuntur, quia tunc potissimum florent.

nunc de studiis ad honorem dispositis,[r] non de insita cujusque virtute disputo. Omnia ista nobis[3] studia de manibus excutiuntur,[s] simul atque aliquis motus novus bellicum canere[y] cœpit. Etenim, ut ait ingeniosus poëta,[z] et auctor valde bonus, præliis promulgatis,[4] 'pellitur e medio,' non solum ista vestra verbosa simulatio prudentiæ, sed etiam ipsa illa domina rerum, 'sapientia: vi geritur res: spernitur orator,' non solum odiosus in dicendo, ac loquax, verum etiam 'bonus: horridu' miles amatur:' vestrum vero studium totum jacet. 'Non ex jure manu[5] consertum, sed mage ferro,' inquit, 'rem repetunt.' Quod si ita est, cedat, opinor, Sulpici, forum castris, otium militiæ, stylus gladio, umbra soli: sit denique in civitate ea prima res,[6] propter quam ipsa est civitas omnium princeps. 31. Verum hæc[7] Cato nimium nos nostris verbis magna facere demonstrat; et oblitos esse, bellum illud omne Mithridaticum cum mulierculis esse gestum; quod ego longe secus existimo, judices: deque eo pauca disseram; neque enim causa in hoc continetur.

Nam, si omnia bella, quæ cum Græcis gessimus, con-

[r] *Ordinatis.* [s] *Auferuntur.*

norem dispositis spuria videbantur Grutero.—3 *Omnia ista vobis* ψ. Mox, *aliqui motus . . . cœperunt* Franc. probante Grævio: *aliqui* etiam C χ ψ. *novos* χ. —4 Verba, *præliis promulgatis*, desunt in χ. *tollitur e medio* edd. vett. Actutum, hæc omnia, *non solum . . . orator*, desunt in ψ. Pro *sapientia* Franc. exhibet *prudentia.* Pro *vi geritur res: spernitur*, C S χ legunt *videtur respui;* H *videtur respui spernit.* In ed. Wald. pro *spernitur* est *pellitur.* Paulo post, *verum bonus et*, omisso *etiam*, χ.—5 Ita codd. Oxon. Guelf. al. item edd. Rom. Venett. 1480. 1483. Mediol. Brix. *manum* habent edd. post Manut. ed. 1540. *mage* deest in codd. et edd. vett.—6 Cod. unus Oxon. et Lamb. *prima ars.* Mox, *quam ea est* Franc.—7 *Verum hoc* T. *Verum ea* Franc. *nimium vos* H S.

NOTÆ

[y] *Bellicum canere*] Bellicum, ut auctor est Servius, nomen est soni ad dandum tuba pugnæ signum.

[z] *Ingeniosus poëta*] Ennius ingeniosus est ille poëta qui anno 515. urbis conditæ natus, et 585. mortuus est; cujus a Gellio xx. 10. referuntur versus: 'Tollitur e medio sapientia, vi geritur res. Spernitur orator bonus, horridu' miles amatur. Haud doctis dictis, certantes, nec maledictis, Miscent inter sese inimicitias agitantes. Non ex jure manu consertum, sed mage ferro Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt solida vi.'

temnenda sunt; derideatur de rege Pyrrho triumphus M' Curii;[a] de Philippo, T. Flaminini;[8 b] de Ætolis,[c] M. Fulvii; de rege Perse,[d] L. Pauli; de Pseudophilippo,[e] Q. Metelli; de Corinthiis,[f] L. Mummii: sin hæc bella gravissima victoriæque eorum bellorum gravissimæ fuerunt; cur Asiaticæ nationes, atque ille a te hostis contemnitur? Atqui,[9] ex veterum rerum monumentis, vel maximum bellum populum Romanum cum Antiocho[g] gessisse video; cujus belli victor L. Scipio,[h] parta[10] cum Publio fratre[i] gloria, quam laudem ille, Africa oppressa, cognomine ipso[k] præ se ferebat, eandem hic sibi ex Asiæ nomine assumsit. 32. Quo quidem in bello virtus enituit egregia M. Catonis,[l] proavi

Mox, *cum mulieribus* χ.—8 *Flaminii* C H S T, et edd. vett. *de eholis* ψ. *de rege Perseo* T. Mox, pro *Mummii*, C habet *Nummi;* H *Mumii.* Deinde, *si ea bella* Franc. *si hæc bella* C H S χ ψ. *gratissimæ fuerunt* χ.—9 *Atque* Franc. C T ψ.—10 Ita Junt. Crat. Cam. Grut. Græv. Beck. Matthiæ, Orell. *L. Scipio si qua parta* Guelf. C H S T ψ, Victor. et edd. vett. *L. S. si qua parte* ψ. *sic quasi partita* conj. Gulielm. et Lamb. probante Grut. *Publio* deest in C.—

NOTÆ

[a] *M' Curii*] M' Curius de Pyrrho triumphavit, cum iterum ille ex Sicilia in Italiam rediret, ex qua prorsus eum expulit. Vide Liv. lib. XIV.

[b] *De Philippo, T. Flaminini* [*Flaminii*] Post bellum Punicum secundum Philippus rex Macedoniæ bellum cum pop. Rom. renovavit, quod a T. Flaminio confectum est. Vide Liv. lib. XXXII. et duobus sequentibus.

[c] *De Ætolis*] Fulvius Nobilior consul, subactis Ambraciensibus, Ætolos vicit, et reipub. pacem dedit; ob idque triumphavit.

[d] *De rege Perse*] Perses ille Philippi regis Macedoniæ filius a Paulo victus et captus est, cum filiis, qui ante ejus currum per triumphum ducti sunt.

[e] *Pseudophilippo*] Pseudophilippus primum Andriscus appellatus est, et se filium Persei finxit. Hic, occupata Macedonia, a Q. Cæcilio Metello victus est, et captus. Liv. lib. XLIX. et L.

[f] *De Corinthiis*] Vide orat. pro Lege Manil. § 11.

[g] *Cum Antiocho*] Antiochus pacis conditionibus a pop. Rom. coactus est ab Europa abstinere, et omni Asia, quæ cis Taurum montem est, decedere. Vide Livium lib. XXXV. XXXVI. XXXVII. et XXXVIII.

[h] *L. Scipio*] L. qui Asiaticus nominatus est.

[i] *Cum Publio fratre*] Is est Pub. Scipio Africanus Major, qui, fratri consuli legatus, profectus est in Asiam, ad bellum Antiochi.

[k] *Cognomine ipso*] Publius ille Scipio primus omnium imperatorum devictæ a se nationis nomine insignitus est.

[l] *M. Catonis*] M. Cato in bello Antiochi, cum duobus millibus militum missus ab imperatore suo Flaminio, Calidromum, unum ex Thermopylarum jugis, occupavit. Vide Liv. lib. XXXVI.

tui:[m] quo ille, cum esset (ut ego mihi statuo)[11] talis, qualem te esse video, nunquam [cum Scipione] esset profectus, si cum mulierculis bellandum esse arbitraretur. Neque vero cum P. Africano[n] senatus egisset, ut legatus fratri[12] proficisceretur, (cum ipse, paulo ante, Hannibale ex Italia expulso,[o] ex Africa ejecto, Carthagine oppressa, maximis periculis rempublicam liberasset)[13] nisi illud grave bellum et vehemens putaretur. XV. Atqui, si diligenter,[p] quid Mithridates potuerit, et quid effecerit,[1] et qui vir fuerit, consideraris; omnibus regibus, quibuscum populus Romanus bellum gessit, hunc regem nimirum antepones: quem L. Sulla,[q] maximo et fortissimo exercitu, pugna excita-



11 Ita Ald. Junt. Crat. Hervag. Cam. Græv. Schutz. Orell. *statuam* multi codd. et edd. antiq. item Matthiæ et Beck. *ut egomet statuo* conj. Lamb. *quem esset in eo animi status talis, qualem in te esse video* conj. Schutz. *talem* Franc. a m. sec. et T. Mox, pro gloss. habent hæc *cum Scipione* Ernesti et Beck. *esse* deest in H S T χ. Pro *arbitraretur* Franc. legit *videretur*.—12 Cod. χ *patri*. Idem mox, *cum ipso;* et sic Franc.—13 Ita Guelf. Franc. T. ed. Wald. Venet. 1480. Junt. Lamb. Græv. Orell. Beck. *liberavisset* alii codd. cum edd. Rom. Brix. Mediol. Ald. Grut. Oliv. Lall.

CAP. XV. 1 Franc. *et quid egent*, probantibus Græv. et Ernesti. Mox, *viri fuerint consideratis* χ. *omnibus quibuscum regibus* Græv. *omnibus regibus cum quibus* Venet. 1483. Pro *nimirum* T habet *nimium*, ut voluit Gulielm.

NOTÆ

[m] *Proavi tui*] Cato Minor pronepos fuit Majoris, ut refert Gell. XIII. 19.

[n] *Cum P. Africano*] Liv. lib. XXXVII. narrat contentionem fuisse inter L. Scipionem et C. Lælium consules de Græcia, quam uterque sibi decerni postulabat, bellum gerendi causa cum Antiocho. Verum cum Pub. Scipio Africanus dixisset, si Lucio fratri suo daretur illa, se legatum cum illo profecturum; hæc vox, magno assensu audita, certamen omne sustulit.

[o] *Hannibale ex Italia expulso*] Hannibal primum ad Nolam a Marcello victus est: postea a Sempronio Graccho magna suorum clade repulsus, navali pugna ad Eumenem victus venit. Deinde Carthaginem rediit, ut eam a P. Scipione obsessam liberaret, ubi toto ejus fere deleto exercitu victus est.

[p] *Atqui, si diligenter*] Postquam Cicero Asiaticorum bellorum magnitudinem declaravit, jam ostendit belli cum Mithridate gesti gravitatem; quæ quidem ex ipsius Mithridatis potentia, rebus gestis, et auctoritate, plane summa fuisse intelligitur. His enim consideratis facile conjicere licet Mithridatem omnibus regibus, quibuscum pop. Rom. bellum gessit, anteponendum esse.

[q] *Quem L. Sulla*] De his omnibus quæ gesta sunt in Asia tum a L. Sulla, tum ab aliis imperatoribus cum Mithridate, fuse jam diximus in oratione pro Lege Manilia, quæ facile repetet lector.

tum,[2] non rudis imperator, ut aliud nihil dicam, bello invectum totam in Asiam, cum pace dimisit: quem L. Murena, pater hujusce, vehementissime vigilantissimeque vexatum, repressum magna ex parte, non oppressum reliquit: qui rex, [*p.* 132.] sibi aliquot annis sumtis ad confirmandas rationes et copias belli, tantum ipse opibus conatuque invaluit, ut se Oceanum[r] cum Ponto, Sertorii copias[s] cum suis conjuncturum putaret. 33. Ad quod bellum duobus consulibus[t] ita missis, ut alter Mithridatem persequeretur,[3] alter Bithyniam tueretur; alterius res,[u] et terra et mari calamitosæ, vehementer et opes regis et nomen auxerunt: L. Luculli vero res tantæ extiterunt, ut neque majus bellum commemorari possit, neque majore consilio et virtute gestum. Nam, cum totius impetus belli ad Cyzicenorum[v] mœnia constitisset,[4] eamque urbem sibi Mithridates Asiæ januam fore putavisset, qua effracta et revulsa, tota pateret provincia; perfecta ab Lucullo hæc sunt omnia, ut urbs

Deinde, *magno et fortissimo* Franc.—2 Ita Ald. Crat. et seqq. Mire variant codd. et edd. vett. *exaceravit* Venet. 1483. *exacerbasset* Junt. *excitaret* alii; *exacerbatum*, vel *exasperatum*, conj. Lamb. *exercitatum* Paris. *excitatum* Grut. *ut nihil aliud* Franc. *cum bello* sex codd. Oxon. Franc. Venett. 1480. 1483. Grut. *eum bello* Græv. Oliv. Lall. *bellum* S T, Rom. ed. Wald. Brix. al. *vehementissime diligentissimeque* Franc. Mox, *quid rex* C H S T χ. *quid res* ψ. *rationes* deest in χ. *nationes habet* ψ. Tum, *tanto tempore ipse* χ. *opibus* deest in C H S T ψ. *conatu valuit* ψ. *conatuque valuit* C H S T, Venett. 1480. 1483. —3 Franc. *prosequeretur;* Græv. *prosequatur;* C H S χ ψ, codd. Gruteri, Venet. 1480. aliæque vett. *non persequeretur;* T *non prosequeretur.* Mox, *alterius rei* χ. *et* ante *terra* deest in Franc.—4 Franc. C T χ ψ, Venett. 1480. 1483. *extitisset.* Mox, *tota pareret* C. Paulo ante *fore putasset* Venet. 1480. Pro *provincia* H legit *Asia.* Tum, *perfecta a Lucullo* C H S T. *ut urbes f. s. defenderentur* alii Mss. et edd. Deinde, *ut omnes* edd. vett. *diurnitate obsessionis*

NOTÆ

[r] *Oceanum*] Elate dicit conjunctum Oceanum cum Ponto, ut ostendat suas copias conjungere voluisse cum Sertorianis quæ erant in Hispania, quæ ex maxima parte Oceano alluitur.

[s] *Sertorii copias*] Cum Sertorius Sullanis temporibus proscriptus fuisset, bellum ingens in Hispania ulteriore excitavit, quod non tam virtute quam fraude, eo interfecto, Romani absolverunt. Vide orat. pro Lege Manil. § 12.

[t] *Consulibus*] L. Lucullus et M. Aurelius Cotta, U. C. anno 679. fuere consules.

[u] *Alterius res*] Aurelius Cotta a Mithridate, irruptione facta in Bithyniam, superatus est.

[v] *Cyzicenorum*] Urbem Cyzicenorum cum obsessam teneret Mithridates, a Lucullo liberata est.

fidelissimorum sociorum defenderetur, et omnes copiæ regis diuturnitate obsidionis consumerentur. Quid? illam pugnam navalem ad Tenedum,[5] [x] (cum contento cursu, acerrimis ducibus, hostium classis Italiam, spe atque animis inflata, peteret,) mediocri certamine et parva dimicatione commissam arbitraris? Mitto prælia: prætereo oppugnationes oppidorum: expulsus[6] regno tandem aliquando, tantum tamen consilio atque auctoritate valuit, ut se, rege Armeniorum[y] adjuncto, novis opibus copiisque renovarit. XVI. Ac,[1] si mihi nunc de rebus gestis esset nostri exercitus imperatorisque dicendum, plurima et maxima prælia commemorare possem: sed non id agimus. 34. Hoc dico: si bellum hoc, si hic hostis, si ille rex contemnendus fuisset; neque tanta cura senatus et populus Romanus suscipiendum[2] putasset, neque tot annos gessisset, neque tanta gloria L. Luculli: neque vero ejus belli conficiendi curam tanto studio populus Romanus ad Cn. Pompeium detulisset, cujus ex omnibus pugnis, quæ sunt innumerabiles,[z] vel acerrima mihi videtur illa, quæ cum rege commissa est, et summa contentione[a] pugnata: qua ex pugna[3] cum se ille eripuisset, et Bosporum[a] confugisset, quo exercitus adire

[a] *Summo labore.*

C H S χ ψ, Pall. 2. 3. 8. cod. Victorii, Venet. 1483. Beck. Orell.—5 H ψ *a Tenedo;* C *attenede.* Actutum, *cum contempto* χ. *concursu* Franc. Mox, *Italiam sæpe ante, &c.* χ.—6 Cod. χ *expulsis.* Mox, *ut sibi rege A. a. novas opes copiasque* Venet. 1480. *renovaret* Franc. H, Græv.

Cap. XVI. 1 *At* Franc. H T. *esse nostri . . . posset* χ.—2 Franc. *tantam curam . . . suscipiendam.* Mox, *tot a. cessisset* Franc. C H χ ψ. *L. Luculli* deest in χ. *L. Lucullus* habet C. *Luculli* T, sine prænomine. Deinde, *conficiendi exitum* Franc. Junt. *conficiendum exitum* Pall. sex codd. Oxon. edd. vett. *detulisse* H S.—3 Verba, *qua ex pugna,* desunt in C H. Mox, *et in extrema*

NOTÆ

[x] *Ad Tenedum*] Tenedos insula est in mari Ægæo extra Hellespontum Sigæo littori adjacens. Hic Mithridates pugna navali a Lucullo victus est.

[y] *Rege Armeniorum*] Tigranes gener fuit Mithridatis, et rex Armeniæ, qui noluerat societatem inire cum socero, ne suis viribus auctus nimium cresceret; at afflicto affuit.

[z] *Quæ sunt innumerabiles*] Plin. VII. 26. dicit Pompeium æquasse non modo Alexandri Magni rerum fulgorem, sed etiam Herculis prope, ac Liberi patris.

[a] *Bosporum*] Bosporus est angus-

non posset; etiam in extrema fortuna et fuga, nomen tamen retinuit regium. Itaque ipse[4] Pompeius, regno possesso, ex omnibus oris ac notis sedibus hoste pulso, tamen tantum in unius anima[b] posuit, ut, cum omnia, quæ ille tenuerat, adierat, sperarat, victoria possideret; tamen non ante, quam illum vita expulit,[c] [b] bellum confectum judicarit. Hunc tu hostem, Cato, contemnis, quocum per[5] tot annos, tot præliis, tot imperatores[c] bella gesserunt? cujus expulsi et ejecti vita tanti æstimata est, ut, morte ejus nuntiata, tum denique bellum confectum arbitraretur? Hoc igitur in bello L. Murenam, legatum fortissimi animi, summi consilii, maximi laboris cognitum esse defendimus; et hanc ejus operam non minus ad consulatum adipiscendum, quam hanc nostram forensem industriam, dignitatis habuisse.

XVII. 35. At enim in præturæ petitione[d] prior[1] renun-

[b] *Vita.* [c] *Coëgit mori.*

fortuna C. *extrema etiam in fortuna* Franc.—4 *Itaque ipso* C H S χ. *hocce pulso* Franc. Græv. *hoste propulso* Venet. 1480. Mox, *ut cum ille omnia* C H T χ ψ. *quæ tenuerat* C H T ψ. *cum quæ ille omnia tenuerat* Franc. *quam ad illum* χ.—5 Cod. ψ *contemnis, qua causa propter.* Mox, *et dejecti* χ. *tanta* ψ. *existimata* duo Paris. χ ψ. *extimata* H, Franc. Deinde, *arbitraremur* e conj. Lambini dedere Beck. Orell. Schutz. Matthiæ.

NOTÆ

tum fretum, per quod Mæotis palus in pontum influit, appellaturque Cimmerius ad distinctionem Thracii ad Chalcedonem et Byzantium. Bosporus autem a bovis meabili transitu nominatus est. Bosporus etiam urbis nomen est in Thracio littore, ubi mare non excedit latitudine sua spatium quingentorum passuum.

[b] *Vita expulit*] Sic de Mithridatis morte scribit Appianus: 'Extrema fortuna exagitatus Mithridates, venenum temperavit, quod in gladii capulo assidue gerebat. Eo autem exstingui non potuit; et quod continuo ambulabat, et quod medicaminibus ad prohibenda venena assuetus erat, quæ ab eo, hac quoque ætate, Mithridatica appellantur. Fortem igitur et strenuum Celtarum ducem Bithium rogat, ut illam postremam sibi præstet operam, ut se interficeret, ne vivus in manus Romanorum veniens, ad triumphum servaretur: illacrymans Celta Mithridatem gladio necavit.'

[c] *Tot imperatores*] Ad illud bellum imperatores profecti sunt L. Sulla, L. Murena hujus pater, L. Lucullus, et Cn. Pompeius.

[d] *At enim in præturæ petitione*] Sulpicius se digniorem consulatu judicabat, quod Murena prior præturam obtinuerat. Id modo a Cicerone refutatur; primo a populi inconstantia, deinde ab exemplis.

tiatus est Servius. Pergitisne vos, tanquam ex syngrapha,[2] agere cum populo, ut, quem locum semel honoris cuipiam dederit, eundem reliquis honoribus debeat? Quod enim fretum,[e] quem[3] Euripum[f] tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes et quantos æstus habet ratio comitiorum? Dies intermissus unus,[4] aut nox interposita, sæpe perturbat omnia; et totam opinionem parva nonnunquam commutat aura rumoris. Sæpe etiam sine ulla aperta causa fit aliud, atque existimamus,[5] ut nonnunquam ita factum esse etiam populus admiretur: quasi vero non ipse fecerit. 36. Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius voluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorum. Quis L. Philippum,[g] summo ingenio, opera, gratia, nobilitate, a M. Herennio superari posse arbitratus est? [*p.* 133.] quis[6] Q. Catulum,[h] humanitate, sapientia, integritate antecellentem,



Cap. xvii. 1 Voc. *prior* deest in ψ.—2 Guelf. aliique codd. *syngrapho.*—3 C H T χ ψ *quod.* Mox, *putetis* C H S ψ. *agitationesque fluentium* χ. *agitationesque fluctuum* ψ. *agitationes quot fluctus* Venett. 1480. 1483.—4 Voc. *unus* deest in Franc. Guelf. C H S T χ, Venett. 1480. 1483. Junt. et Crat. uncis inclusit Beck. Mox, *commutata aura rumores* sex codd. Oxon. *rumores* etiam Franc.—5 C *existimaris*, quod ex codd. Lamb. affert Oliv. Actutum, *ut* deest in χ. Deinde, *ipse non fecerit* ed. Wald.—6 C H S *quisque.* Mox, *a C. Manilio* T χ, ed. Wald. *a C. Mallio* C. Paulo post, *horum mihi fore putatum*

NOTÆ

[e] *Quod enim fretum*] Fretum, teste Varrone, et Servio, a fervore æstus marini nomen accepit.

[f] *Quem Euripum*] Euripi dicebantur alvei magnifico opere aquas in morem fluviorum deducentes. Maxime tamen nobilis est Euripus inter Eubœam et Bœotiam, qui Chalcidicus et Euboicus, et simpliciter Euripus nominatur. Is, ut Pomponius Mela II. 7. auctor est, 'septies die, ac septies nocte, fluctibus invicem versis adeo immodice fluit, ut ventos etiam, ac plenis velis navigia frustretur.' Strabo septies tantum viginti quatuor horarum spatio reciprocare vult.

[g] *L. Philippum*] De Philippo sic Cicero in Bruto loquitur: 'Eodem tempore M. Herennius, in mediocribus oratoribus, Latine et diligenter loquentibus numeratus est; quia tamen summa nobilitate hominem, cognatione, sodalitate, collegio, summa etiam eloquentia L. Philippum in consulatus petitione superavit.' Fuit autem hic Philippus cum Sexto Julio Cæsare consul anno urbis conditæ 648. et Herennius cum L. Valerio Flacco an. 661.

[h] *Q. Catulum*] Cn. Manlius fuit consul cum Publio Rutilio anno urbis conditæ 648. Q. Catulus cum Mario nepote anno 652.

a Cn. Manlio? quis M. Scaurum,[i] hominem gravissimum, civem egregium, fortissimum senatorem, a Q. Maximo? non modo horum nihil ita fore putatum est, sed ne cum esset factum quidem, quare ita factum esset, intelligi potuit. Nam ut tempestates sæpe certo aliquo cœli [7] signo commoventur, sæpe improviso nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex causa excitantur; sic in hac comitiorum tempestate populari, sæpe intelligas, quo signo commota sit; sæpe ita obscura est, ut casu excitata esse videatur. XVIII. 37. Sed tamen, si est reddenda ratio, duæ res vehementer in prætura desideratæ sunt, quæ ambæ [1] in consulatu Murenæ profuerunt; una, expectatio muneris,[k] quæ et rumore nonnullo, et studiis sermonibusque competitorum creverat; altera, quod ii, quos in provincia ac legatione [l] omnis et liberalitatis et virtutis suæ testes habuerat, nondum decesserant.[m] Horum utrumque ei fortuna ad consulatus [2] petitionem reservavit: [n] nam et L. Luculli exer-

est Franc.—7 Nomen *cœli* deest in χ. *nulla certa rat.* Franc. *ex causa concitantur* T χ. *sic hæc c. tempestas popularis* Lamb. *sic in hoc* T. *intelligis* Franc. *sæpe ejus ita obscura causa est* conj. Lamb. Denique, pro *casu*, codd. plerique Quintil. VIII. 3. exhibent *sine causa.*

CAP. XVIII. 1 Cod. χ *quæ ambo.* Actutum, *in cons. tum Mur.* edd. vett. *consulatum* Guelf. a m. pr. C H S. *quæ ex rumore* χ. *quæ et timore* ψ. Deinde, pro *creverat*, nonnulli ap. Lamb. *increbuerat.* Voc. *altera* deest in C S χ ψ. *quod hi* H T. *in provinciam* C S. *a delegatione* T. *omni* cod. Victorii et Franc. *et libertatis* T. *suæ testis* C H T χ. *haberet* Franc. *decesserat* ψ.—2 Idem cod. *fortuna consulatus.* Mox, pro *comes*, Lamb. Schutz. Matthiæ, Mœb. Orell. *comitiis*, de conjectura Hotomanni, probantibus Garat. et Beck.

NOTÆ

[i] *M. Scaurum*] Q. Maximus cum C. Licinio Geta consul fuit anno 638. et anno sequenti cum M. Cæcilio M. Scaurus, quem Cicero passim laudat, ac potissimum Off. lib. I. ubi sic de eo loquitur: 'Mihi quidem neque pueris nobis M. Scaurus C. Mario, neque cum versaremur in repub. Q. Catulus Cn. Pompeio cedere videbatur.'

[k] *Expectatio muneris*] Favit Murenæ ludorum expectatio: ut enim in honorem Apollinis munificentissimos in prætura dederat, ita tales ab eo in consulatu a plebe expectabantur, quæ virtutes ejus celebrabat.

[l] *Legatione*] Cum Lucullo legatus esset Murena, multi ipsi favebant, virtutis ejus testes, qui nondum ab urbe in provinciam decesserant, a qua redierant ut Luculli triumphum honestarent.

[m] *Decesserant*] Ex civitate Romana.

[n] *Ad consulatus petitionem reservavit*] Tum ei exercitus Luculli, tum

citus, qui ad triumphum convenerat, idem comes L. Murenæ præsto fuit; et munus amplissimum, quod petitio præturæ desiderabat,[o] prætura restituit. 38. Num tibi hæc parva videntur adjumenta et subsidia consulatus? voluntas militum? quæ cum per se valet multitudine, cum[3] apud suos gratia; tum vero in consule declarando multum etiam apud universum populum Romanum auctoritatis habet: suffragatio militaris? imperatores enim comitiis consularibus, non verborum interpretes[a] deliguntur: quare gravis est illa oratio,[4] [p] 'me saucium recreavit: me præda donavit: hoc duce castra cepimus, signa contulimus:[b] nunquam iste plus militi laboris imposuit, quam sibi sumsit ipse; cum fortis, tum etiam felix.' Hoc quanti putas esse ad famam hominum ac voluntatem? [q] etenim, si tanta illis comitiis religio est,[5] ut adhuc semper omen valuerit prærogativum; [r] quid mirum est, in hoc felicitatis famam sermonemque valuisse? XIX. Sed, si hæc leviora ducis, quæ sunt gravissima, et hanc urbanam suffragationem militari anteponis; noli ludorum hujus elegantiam, et scenæ

[a] *Non jurisperiti.* [b] *Commisimus prælium.*



prosto fuit C. Paulo post, *desiderarat* conj. Ernesti.—3 Quinque codd. Oxon. edd. vett. Oliv. Lamb. *tum.* Mox, *Romanum* deest in χ. *suffragio* H S ψ. *non* deest in C. *diligentur* duo codd. Lambini, unde ipse conj. *dileguntur.*—4 Venet. 1480. *gravis illius oratio.* Pro *recreavit* ψ affert *recitavit.* Verba *laboris imposuit* desunt in H. *sumsit; ipse cum, &c.* S ψ. *tum fortis* T χ.—5 Cod. χ *religione.* In eodem *valuerit* omittitur. Mox, *sibi in hoc felic.* Franc.

NOTÆ

memoria ludorum quos exhibuerat in prætura, profuerunt ei ad consulatus petitionem.

[o] *Quod petitio præturæ desiderabat*] Non ludos Murena exhibuerat cum ab eo prætura petebatur, vel cum ædilis erat; hos autem dedit in prætura.

[p] *Gravis est illa oratio*] Multam vim habet hæc oratio, quæ nempe ab unoquoque milite de suo duce habetur, et in qua multi commemorant quid ab eo obtinuerint, quid cum eo gesserint.

[q] *Ac voluntatem*] Ea enumerat quæ ad voluntatem sibi conciliandam militum potentissima sunt, quæ de Sulpicio dici non possunt.

[r] *Omen valuerit prærogativum*] Centuriæ prærogativæ dicebantur, quæ sorte eductæ primum rogabantur; eæque velut omen comitiorum fuerunt, quia sæpe reliquæ primarum suffragia sequebantur.

magnificentiam[s] valde contemnere; quæ huic admodum profuerunt. Nam quid ego dicam, populum ac vulgus imperitorum[c] [1] ludis magnopere delectari? minus est mirandum: quanquam huic causæ id satis est; sunt enim populi ac multitudinis comitia. 39. Quare si populo ludorum magnificentia voluptati est, non est mirandum, eam L. Murenæ [2] apud populum profuisse. Sed si nosmetipsi, qui et ab delectatione [3] omni negotiis impedimur, et in ipsa occupatione delectationes alias multas habere possumus, ludis tamen oblectamur et ducimur; quid tu admirere de multitudine indocta? 40. L. Otho, vir fortis,[t] meus necessarius, equestri ordini restituit [4] non solum dignitatem, sed etiam voluptatem. Itaque lex hæc, quæ ad ludos pertinet, est omnium gratissima,[5] quod honestissimo ordini, cum splendore, fructus quoque jucunditatis est restitutus. Quare delectant homines, mihi crede, ludi, etiam illos qui dissimulant, non solum eos qui fatentur: quod ego in mea petitione sensi; nam nos quoque habuimus scenam competitricem.[u] Quodsi ego, qui trinos ludos[x] ædilis feceram, tamen Antonii ludis[y] commovebar; tibi,

[c] *Imperitam multitudinem.*

CAP. XIX. 1 Ernesti conj. *vulgus imperitum.* Mox, *magno opere* Lamb. Verba, *minus est mirandum,* post Beckium suspecta Schutzio. *minus est autem mirandum* Junt. *id* ante *satis* deest in Franc.—2 Cod. χ *causam L. Mur.*—3 *Et si n. qui nec ab del.* conj. Hotomann. *ab* deest in T χ. *delectationi* C. *oblectatione* χ. *habere possimus* H S χ., *tu admirare* C ψ. Lamb. legi mavult, *quid tu admirere multitudinem indoctam.*—4 Cod. χ *constituit.*—5 Cod. ψ *et omn.*

NOTÆ

[s] *Et scenæ magnificentiam*] Scenam illam, quam paulo post argenteam fuisse dicet; cujus etiam meminit Plin. XXXIII. 3.

[t] *L. Otho, vir fortis*] L. Roscius Otho, tribunus plebis, legem tulit, ut apud Asconium legitur, ut equitibus Romanis in theatro quatuordecim gradus proximi assignarentur: quo facto odium multitudinis in eum concitatum est, quod Cicero consul restinxit habita concione ad pop. in templo Bellonæ. Eadem lege Roscia decoctoribus certus locus in theatro constitutus est, ut dicitur in Phil. II.

[u] *Scenam competitricem*] Significat Cicero habuisse se in petitione consulatus competitores, qui ludos populo dederant, adeo ut scena illa petere pro eis consulatum videretur. Scena autem locus erat in theatro ubi histriones et actores agebant.

[x] *Trinos ludos*] Trinos ludos Cicero exhibuit populo cum ædilis erat.

[y] *Antonii ludis*] Ludos fecit Antonius cum ædilitate fungeretur, cujus

qui casu nullos feceras, nihil hujus istam ipsam, quam irrides, argenteam scenam, adversatam putas?[6] 41. Sed hæc sane[z] sint paria omnia: sit par forensis opera militari; sit par militari suffragatio urbana; [*p.* 134.] sit idem, magnificentissimos et nullos unquam fecisse ludos: quid? in ipsa prætura nihilne existimas inter tuam et istius sortem interfuisse? XX. Hujus sors ea fuit, quam omnes tui necessarii tibi optabamus, juris dicundi;[a] in qua gloriam conciliat[1] magnitudo negotii; gratiam, æquitatis largitio:[b] qua in sorte sapiens prætor, qualis hic fuit, offensionem vitat æquabilitate decernendi, benevolentiam adjungit lenitate audiendi. Egregia et ad consulatum apta provincia, in qua laus æquitatis, integritatis,[2] facilitatis, ad extremum ludorum voluptate concluditur. 42. Quid tua sors? tristis, atrox: quæstio peculatus,[c] ex altera parte,[3] lacrymarum et squaloris,[d] ex altera, plena catenarum[e] atque



gravissima est. Mox, *jucunditati restitutus* χ.—6 T *putes.* Mox, *sunt paria* χ. Pro verbis, *militari: sit par militari,* in C H T ψ tantum legitur *militaris;* in χ *militari.* Deinde, pro *istius,* C T habent *hujus.*

Cap. XX. 1 C H T χ ψ *conciliatam.* Mox, *quam in sorte* H T. *quam sortem* ψ. *offensione vitata* C H T χ ψ. *æqualitate* Venett. 1480. 1483. Hervag. Oliv. Lall. *benevolentia* χ.—2 Venet. 1480. *benignitatis.*—3 Cod. ψ *parte plena.* Mox, pro *indicum,* quod servant Pall. Grut. Rom. Brix. Venet. 1483. Mediol. Junt. Ald. Bas. Hervag. et recentt., *judicum* afferunt Guelf. ed. Wald. Venet.

NOTÆ

in petitione consulatus competitor fuit: hos autem dedisse in scena argentea refert Plin. XXXIII. 3. quod et de Murena etiam commemoratur, qui scenam exhibuit in qua fuere argenti pondo centum viginti quatuor.

[z] *Sed hæc sane*] Transit ad comparationem præturæ, eamque ita tractat, ut si forte priora non ejusmodi esse videantur, quæ tantum honorem præ Sulpicio Murenæ conciliare deberent; ipsa tamen prætura facile ad hoc fastigium extulerit: estque in hoc concessio quædam, de illis omnibus quæ valde probare studuit.

[a] *Juris dicundi*] Inter prætores alii præerant in urbe causis privatis, alii publicis, alii civilibus, alii criminosis. Murena sortitus est causas privatas, Sulpicius publicas: ait autem Cicero quod Sulpicio utpote jurisconsulto omnes sortem Murenæ, id est, privatis causis præesse, optavissent.

[b] *Gratiam æquitatis largitio*] Sæpe quod jus negat, æquitas largitur.

[c] *Quæstio peculatus*] Quæstio peculatus judicium publicum est de peculatu, hoc est, de furto publicæ vel sacræ pecuniæ. Hic commemorat omnia incommoda quæ ex judiciis publicis prætori obvenire possunt.

[d] *Squaloris*] Rei in judicium veniebant mutata veste, barba, capilloque

indicum: cogendi judices inviti,[f] retinendi contra voluntatem: scriba damnatus,[g] ordo totus alienus: Sullana gratificatio reprehensa:[h] multi viri fortes, et prope pars[4] civitatis offensa est: lites severe æstimatæ:[i] cui placet, obliviscitur; cui dolet, meminit. Postremo tu in provinciam[5] ire noluisti: non possum id in te reprehendere, quod in me ipso et prætor et consul[6] probavi. Sed tamen L. Murenæ provincia[7][k] multas bonas gratias cum optima existimatione attulit: habuit proficiscens dilectum[l] in Umbria:[m] dedit ei facultatem respublica liberalitatis; qua usus, multas sibi tribus, quæ municipiis Umbriæ conficiuntur, ad-

1480. Manut. Victor. Paulo post, pro *ordo*, χ habet *credo*.—4 Nonnulli ap. Lamb. *et prope dimidia pars*. Mox, *lites servet* χ. *æxtimatæ* C H. *æstimare* ψ. —5 *Post. in prov.* χ. *Post. tu in provincia* C. *ire voluisti* ψ.—6 Codd. Victor. et Pal. 2. *et praes consule;* Pal. 3. *et presi consule;* Pal. 8. *in me ipso et proconsule;* Pal. 1. *in me ipso proconsule;* ed. pr. ap. Grut. *et patres consulte;* C *et præsente et consule;* H *consulto;* S *et pres consulte;* T *et præsente consule;* χ *et præside consule;* ψ *et* [lacuna] *et consulte;* Grut. conj. *et prætore et consule*.—7 Cod. ψ *provinciæ*. Mox, *delectum* codd. Oxon. Oliv. Lall. *dilectum* habent Memm. Lamb. et C. *in umbra* ψ. *resp. libertatis* H S χ ψ. Deinde, *quæ in*

NOTÆ

neglecto, ad miserationem erga se judicum excitandam.

[e] *Plena catenarum*] Oratorie dicit catenas pro vinculis et carcere, quibus rei mancipantur.

[f] *Cogendi judices inviti*] Ex decuria judicum ea, cujus erant quolibet tempore judicandi vices, etiam contra voluntatem suam judices citabantur a prætore, et ex iis post sortitionem subsortitionemque factam, selecti jurabant in legem, et referebantur in libellum publicum, ne quis corruptus supponi posset. Hi postea religione obstricti sententiam ferre de civibus cogebantur.

[g] *Scriba damnatus*] Si quis scriba damnatus est, totum ordinem sibi infensum habet prætor. Certe Sulpicius unum scribam peculatu damnaverat, indeque factum est, ut in comitiis omnes scribæ contra Sulpicium Murenæ faverint.

[h] *Sullana gratificatio reprehensa*] Sulla victor multas largitiones de bonis proscriptorum fecerat. Eo mortuo plures eorum qui hæc bona acceperant, repetundarum accusati et damnati sunt.

[i] *Lites severe æstimatæ*] Æstimatio litis est, cum quantum solvere, aut quid sufferre damnatum oporteat, statuitur.

[k] *Murenæ provincia*] Galliæ Transalpinæ, sortitione, post præturam præpositus est.

[l] *Habuit p. dilectum*] Militum.

[m] *In Umbria*] Umbri antiquissimi totius Italiæ populi habiti sunt: quos ab Umbriis Græciæ populis profectos esse putant, quod inundatione terrarum imbribus superfuissent; ὄμβρος enim *pluvia*, ὄμβριος *pluvialis* est. Vide Plin. III. 14.

junxit: ipsa[8] autem in Gallia, ut nostri homines[n] desperatas jam pecunias exigerent, æquitate diligentiaque perfecit. Tu interea Romæ scilicet amicis præsto fuisti: fateor: sed tamen illud cogita, nonnullorum amicorum studia minui solere in eos, a quibus provincias contemni intelligant.[9]

XXI. 43. Et, quoniam ostendi,[1] judices, parem dignitatem ad consulatus petitionem, disparem fortunam provincialium negotiorum in Murena atque in Sulpicio fuisse; dicam jam apertius, in quo meus necessarius fuerit inferior Servius; et ea dicam, vobis audientibus, amisso jam tempore, quæ ipsi soli, re integra, sæpe dixi. Petere consulatum nescire te, Servi, persæpe tibi[2] dixi; et in iis rebus ipsis, quas te magno et forti animo et agere et dicere videbam, tibi solitus sum dicere, magis te fortem senatorem mihi videri, quam sapientem candidatum. Primum accusandi terrores[o] et minæ, quibus tu[3] quotidie uti solebas, sunt fortis viri; sed et populi opinionem a spe adipiscendi avertunt, et amicorum studia debilitant. Nescio quo pacto semper hoc fit: neque in uno aut altero[4] animadversum est, sed jam in pluribus, simul atque candidatus accusationem meditari visus est, ut honorem desperasse videatur. 44. Quid ergo? acceptam[5] injuriam persequi non placet? immo vehementer placet: sed aliud tempus est petendi,[p] aliud persequendi. Petitorem ego, præsertim consulatus, magna spe, magno animo, magnis copiis[a] et in forum et in

[a] *Magno comitatu.*

municipiis H. *quod municipiis* χ.—8 Ita conj. Ernesti; receperunt Beck. Schutz. Matthiæ, Orell. *ipse* codd. et edd. vett.—9 Cod. χ *intelligunt.*

CAP. XXI. 1 *Æquo modo ostendi* χ.—2 Ita Ald. Junt. Lamb. seqq. *tibi* omittunt χ ψ, Venet. 1483. Victor. Crat. Naug. Manut. Mox, *quas te maximo* χ.—3 Cod. χ *quibus te.*—4 C *aut in altero;* χ *neque in altero.* Mox, *est* deest in χ.—5 Ita etiam Lamb. 1566. *Quid? Ergo acceptum* de Lambini sententia Schutz. *accepta injuria* H. Mox, *immo vehementer placet* deest in χ. *tempus*

NOTÆ

[n] *Nostri homines*] Publicanos dicit, qui in Gallia negotiantur.

[o] *Primum accusandi terrores*] Profert causas Cicero cur Sulpicio antepositus fuerit Murena. Prima ejus fuit accusandi consuetudo, quæ hominum benevolentiam avertit.

[p] *Tempus est petendi*] Non debet accusare qui ad magistratum aliquem aspirat, sed in aliud tempus accusationem differre.

Campum[q] deduci volo: non placet mihi inquisitio candidati,[r] prænuntia[6] repulsæ; non testium potius, quam suffragatorum comparatio; non minæ magis,[s] quam blanditiæ; non declamatio potius, quam persalutatio: præsertim cum jam hoc novo more[t] omnes fere domos omnium concursent, et ex vultu candidatorum conjecturam faciant,[7] quantum quisque animi[b] et facultatis habere videatur. 45. Videsne tu[8] illum tristem?[u] demissum? jacet, diffidit, abjecit hastas.[x] Serpit hic rumor: 'scis,[9] tu illum accusationem cogitare? inquirere in competitores? testes quærere? alium faciam,[y] quoniam sibi hic ipse desperat.' Ejusmodi candidatorum[z] amici intimi debilitantur, studia[10] deponunt,

[b] *Fiduciæ.*

est sequendi in eodem cod.—6 H *pronuntiatio; χ provincia etiam; ψ provincia* Actutum, *pulsæ ψ.* Mox, *non minæ potius quam* Franc. Deinde, pro *persalutatio,* quod præbent codd. Victorii, Gruteri, Pall. 2. 3. *persultatio* legit Pal. 8. *salutatio* Guelf. quinque codd. Oxon. Junt. Lamb.—7 Cod. *χ conjectum faciam.*—8 *Vides tu χ.* Mox, *jacet, defidet* Venet. 1483.—9 Lamb. conj. *nescis.* Actutum, *tu illam* T. *cogitationem cogiture χ.* *testis* C H S. *aliam faciem* H. *alium* [lacuna] *jam* S. *alium tanti jam ψ.* *desperet* T.—10 Cod. *ψ studium.*

NOTÆ

[q] *In Campum*] Qui candidatus est consulatus, debet magna hominum multitudine stipari, cum in forum, aut in Campum Martium ad comitia venit; hinc enim patet populi in eum benevolentia, penes quem est decernere magistratus.

[r] *Inquisitio candidati*] Inquisitio dicitur de testibus qui comparantur ab accusatore contra reum. Odiosum autem est candidato contra suos competitores testes ejusmodi quærere.

[s] *Non minæ magis*] Profert res multas quæ candidatis nocent, quales sunt minæ, quæ offendunt animos; blanditiæ, quæ suspectum hominem reddunt; declamatio, qua quis se comparat contra competitorem ad dicendum; assidua enim meditatione, quæ dicturi erant in foro, præparabant: salutatio denique, quæ cum nimia videretur, facile in suspicionem ambitus veniebant.

[t] *Novo more*] Priscis temporibus non hæc invaluerat consuetudo, ut domos petituri magistratus concursarent, sed sese populi judicio sua sola virtute freti permittebant. Sed hunc morem mutavit ambitio.

[u] *Videsne tu illum tristem*] Prosopopœiam elegantem subjicit, per quam exhibet judicium, quod ab unoquoque fit de candidatis ex eorum vultu.

[x] *Abjecit hastas*] Proverbiali figura hastas abjicere dicebantur, qui de dignitate obtinenda desperabant, sumta metaphora a militibus qui metu perterriti vel a certamine fugiunt relictis armis, aut victori se dedunt.

[y] *Alium faciam*] Cum populus videt hunc de magistratu suo desperantem, alium seligit.

[z] *Ejusmodi candidatorum*] Jam aliam

aut testatam rem abjiciunt, aut suam operam et gratiam judicio et accusationi reservant. [*p.* 135.] XXII. Accedit eodem,[a] ut etiam ipse candidatus totum animum atque omnem curam, operam, diligentiamque suam in petitione non possit ponere: adjungitur enim accusationis cogitatio, non parva res, sed nimirum omnium maxima; magnum est enim, te comparare ea,[b] quibus possis hominem e civitate, præsertim non inopem, neque infirmum,[1] exturbare;[c] qui et per se, et per suos, et vero etiam per alienos defendatur: omnes enim ad pericula propulsanda concurrimus; et qui non aperte inimici sumus, etiam alienissimis, in capitis periculis, amicissimorum officia et studia præstamus. 46. Quare ego expertus[d] et petendi, et defendendi, et accusandi molestiam, sic intellexi: in petendo, studium esse acerrimum; in defendendo, officium; in accusando, laborem. Itaque sic statuo, fieri nullo modo posse, ut idem accusationem et petitionem consulatus diligenter adornet atque instruat: unum sustinere pauci possunt, utrumque nemo. Tu, cum te de curriculo[c] [2] [e] petitionis deflexisses,

[c] *Cursu.*

Mox, pro *testatam,* quod retinent duo codd. Oxon. Franc. et Pal. 1. *certam* præferunt edd. vett. Rom. Brix. Mediol. Venett. 1480. 1483. *testem* cod. Victorii, Pall. 2. 3. C S χ. *exteram* T. *testem esse* Pal. 8. *testantem* conj. Gulielm. *totam* Lamb. *desperatam suspicabatur* Ernesti.

CAP. XXII. 1 Cod. ψ *atque infirmum.*—2 Ita codd. Gruteri, Franc. et

NOTÆ

rationem cur non electus sit Sulpicius, affert, quia, aversis ab eo studiis populi propter accusationes, amicorum conatus debilitati sunt, seque reservarunt, ut ipsi præstarent opem, si quem accusaret.

[a] *Accedit eodem*] Tertiam rationem profert ab imminutione diligentiæ in petendo consulatu, quæ tanto major est, quanto difficilior accusatio.

[b] *Comparare ea*] Multis rebus opus est, ut quis accusatione dejiciatur a magistratu: oportet enimvero inquirere crimina, comparare testes, subscriptores, advocatos, &c.

[c] *Exturbare*] Exturbare aliquem e civitate, est eum compellere in exilium: qui enim suæ causæ diffidebant, non expectato judicio, abibant in exilium.

[d] *Quare ego expertus*] Difficultatem in accusando a sua persona assumit.

[e] *De curriculo*] Ostendit quod Sulpicius petitioni consulatus, et accusationi simul non potuerit satisfacere.

animumque ad accusandum transtulisses, existimasti, te utrique negotio satisfacere posse? vehementer errasti: quis enim dies fuit, posteaquam in istam[4] accusandi denuntiationem ingressus es,[d] quem tu non totum in ista ratione consumseris? XXIII. Legem ambitus flagitasti,[1] quæ tibi non deerat; erat enim severissime scripta Calpurnia:[f] gestus est mos[e] et voluntati et dignitati tuæ: sed tota illa lex[g] accusationem tuam, si haberes nocentem reum, fortasse armasset: petitioni vero refragata est.[f][h] 47. Pœna gravior[i] in plebem tua voce efflagitata est: commoti animi sunt[2] tenuiorum. Exilium in nostrum ordinem:[k] concessit senatus postulationi tuæ; sed non libenter duriorem fortunæ communi conditionem,[l] te auctore, constituit. Morbi excusationi[m] pœna addita est:[3] voluntas offensa

[d] *Suscepisses accusationem.* [e] *Obeditum est.* [f] *Nocuit.*

edd. vett. *Tu cum de cur.* ed. 1584. *Tu non te de cur.* vet. lib. ap. Lamb. unde ipse legi jussit, *Tu, cum te de, &c.* In cod. χ *de te.* Mox, *transtulisset* χ. *posse* deest in eodem cod.—4 C *posteaquam istam,* omissa præpositione *in;* Matthiæ *posteaquam tu istam.*

Cap. XXIII. 1 *Legem a. agitasti* χ. *Calphurnia* C H χ. Mox, *si haberem* χ. Deinde, pro *vero* T habet *non.*—2 Ita Lamb. et seqq. usque ad Beck. *sunt* omittunt C H T S χ, Beck. Schutz. Matthiæ, Orell. consentiente Garatono. —3 Franc. *pœna addicta est.* Mox, *quibus autem contra* χ. Deinde, pro *ceteri,*

NOTÆ

[f] *Scripta Calpurnia*] Tulit C. Calpurnius Piso, consul cum M' Glabrione, anno urbis 686. ut ambitus damnati omnis honoris petitione prohiberentur, certaque pecunia mulctarentur. Sed cum hæc lex non satis Sulpicio gravis videretur, ipso annitente Cicero aliam tulit, qua majores pœnas addidit; nempe ut senatoribus ambitus damnatis, aqua et igni ad annos decem interdiceretur.

[g] *Tota illa lex*] Objicit quidem Sulpicio quod legem ambitus habet, qua possit accusare, sed non habere nocentem reum: reus autem dicitur qui defendit et propulsat actionem; nocens vero qui objecti criminis convincitur.

[h] *Petitioni vero refragata est*] Hæc lex ambitus, qua uti voluit Sulpicius ad accusandum Murenam, contraria est petitioni consulatus.

[i] *Pœna gravior*] Exilio, quo damnabat ambitiosos, voluit Sulpicius ut mulcta pecuniaria adjiceretur; quare non mediocriter offensi sunt plebeii et viles homines.

[k] *Exilium in nostrum ordinem*] Petiit etiam ut aliis pœnis adderetur exilium in senatores.

[l] *Duriorem fortunæ communi conditionem*] Licet Calpurnia lege gravis pœna sancita esset, tamen adhuc gravior huic adjecta est.

[m] *Morbi excusationi*] Additum est legi, ut reis morbum excusantibus

multorum, quibus aut contra valitudinis commodum laborandum est, aut incommodo morbi etiam ceteri vitæ fructus [n] relinquendi. Quid ergo? hæc quis tulit? is, qui auctoritati senatus,[o] voluntati tuæ paruit: denique is tulit, cui [4] minime proderant. Illa,[5] quæ mea summa voluntate senatus frequens repudiavit, mediocriter adversata tibi esse existimas? confusionem suffragiorum [p] flagitasti, prorogationem [6] legis Maniliæ,[q] æquationem gratiæ,[r] dignitatis, suffragiorum. Graviter homines honesti, atque in suis civitatibus [7] et municipiis [s] gratiosi tulerunt, a tali viro esse

idem codex habet *exteri.*—4 C T χ *cum.* Mox, pro *proderant*, Gulielm. conj. *probarunt*; Ernesti suspicabatur *proderat*; Schutz. *qui minime probarat.* Paulo ante idem suspicatus est, *aut sine incommodo morbi certe, &c.*—5 *Quid? illa* nonnullæ edd. ap. Lamb. atque ille ita edidit. Actutum, pro *mea*, χ habet *in ea.*—6 C T *prærogationum;* unde Beck. conj. *prærogationem;* et sic Pall. 2. 3. 8. et cod. Victorii; *abrogationem* legi maluit Gulielm. Mox, *Mamiliæ* Lamb. *matuliæ* χ. Deinde, *dignitas* χ.—7 Cod. Victorii *vicinitatibus,* probante Grut.

NOTÆ

pœna certa esset.

[n] *Ceteri vitæ fructus*] Grave quidem est morbo affligi; at quanto gravius est jure suffragii propter eundem morbum privari, et carere civitate!

[o] *Is, qui auctoritati senatus*] Hæc quidem lex a Cicerone lata est; sed hanc severitatem excusat a senatus auctoritate, et voluntate Sulpicii, qui legem tam severam ferri a senatu obtinuit.

[p] *Confusionem suffragiorum*] Confusio suffragiorum est, cum in comitiis centuriatis non servatur ordo classium nec centuriarum, sed confuse omnes ferunt suffragium; quinque enim in classes totus populus distributus erat, et classes in centurias. Prima classis hominum maximi census erat; secunda, secundi census; tertia, inferioris; quarta, minoris; quinta, omnium infimi. Porro omnes istæ classes centum nonaginta tres centurias efficiebant. In ferendis suffragiis primæ classis centuriæ vocabantur. Si autem in ea classe multis candidatis suffragarentur, secundæ centuriæ classis vocabantur; et sic de tertiæ classis centuriis, quoad nonaginta septem centuriæ, quæ earum major pars est, alicui uni candidato fuissent suffragatæ. Postulabat Sulpicius ut totus ille ordo ferendorum suffragiorum confunderetur.

[q] *Prorogationem legis Maniliæ*] Petebat quoque Sulpicius, ut nova lege lex Manilia continuaretur, qua nempe Manilius tribunus plebis tulit, ut libertinis in omnibus tribubus jus suffragiorum esset.

[r] *Æquationem gratiæ*] His omnibus adjiciebat Sulpicius, ut non majorem gratiosi homines, et principes civitatis, quam abjectissimi quique auctoritatem haberent, sed tota ratio suffragiorum æquaretur.

[s] *Et municipiis*] Municipes et rustici in comitiis jus habebant suffragiorum.

pugnatum, ut omnes et dignitatis et gratiæ gradus tollerentur. Idem[8] edititios[t] judices esse voluisti, ut odia occulta civium, quæ tacitis nunc discordiis continentur, in fortunas optimi cujusque erumperent. 48. Hæc omnia[u] tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obsepiebant.[g]

Atque ex omnibus illa plaga est injecta petitioni tuæ, non tacente me,[9] maxima;[h] de qua ab homine ingeniosissimo et copiosissimo, Hortensio,[x] multa gravissime dicta sunt. Quo etiam mihi durior locus est dicendi datus;[10] ut, cum ante me et ille dixisset, et vir summa dignitate, et diligentia, et facultate dicendi, M. Crassus, ego in extremo non partem aliquam agerem causæ, sed de tota re dicerem, quod mihi videretur. Itaque in iisdem rebus fere versor, et, quod possum,[11] judices, occurro vestræ sapientiæ.[i] XXIV. Sed tamen, Servi, quam te securim putas injecisse petitioni tuæ,[1] cum tu populum Romanum in eum metum adduxisti, ut pertimesceret, ne consul Catilina fieret, dum tu accusationem comparares, deposita atque abjecta petitione? 49. Etenim te inquirere videbant,[y] tristem ipsum:

[g] *Occludebant.* [h] *Me dicente tibi, id nocuit maxime tibi.*
[i] *Quantum possum præverto vestrum tædium.*

et sic edidit Orell. *et in municipiis* C. *gratiose* ψ.—8 *Eidem* H S T χ ψ. *edituros* ψ. et a m. sec. *edititios.* Paulo post, *optimi civis erumperent* ψ.—9 Pronomen *me* deest in χ.—10 Voc. *datus* deest in eodem cod.—11 Ita plerique codd. et edd. *quoad possum* codex unus Oxon. Lamb. Mœb. Orell. *quod potissimum* e sua conjectura Schutz. Mox, pro *sapientiæ*, quod servant plurimi codd. et edd. vett. *satietati* dederunt Lamb. Mœb. et Orell. de conj. Hotomanni; *sapietati* habent codd Victorii, Memm. et Paris.

CAP. XXIV. 1 Voc. *tuæ* deest in ψ. Mox, *tu* deest in χ. Pro *metum* idem cod. habet *locum.* Deinde, pro *comparares*, Guelf. habet *compares;*

NOTÆ

[t] *Edititios*] Edititii judices dicuntur, quos una pars eligit.

[u] *Hæc omnia*] Hæc omnia quæ hactenus commemorata sunt, adjumento fuere Sulpicio, ut accusaret; at impedimento, ne consul eligeretur.

[x] *Hortensio*] Hortensius et Crassus priores dixere pro Murena, ultimus vero Cicero. De Hortensio jam sæpe dictum. Crassus vero insignis fuit orator, Hortensii æqualis, qui in principibus patronis aliquot annos fuit. Vide Cicer. in Clar. Orat.

[y] *Te inquirere videbant*] Describit Sulpicium meditantem et comparantem accusationem contra Catilinam, dum uterque peteret consulatum.

mœstos amicos, observationes, testificationes,[2] [z] seductiones testium,[a] secessionem subscriptorum [b] animadvertebant: quibus rebus certe ipsi candidatorum vultus obscuriores [c] videri solent. Catilinam interea [d] alacrem [*p.* 136.] atque lætum, stipatum choro [k] juventutis, vallatum indicibus [3] [e] atque sicariis, inflatum cum spe militum, tum collegæ mei,[f] quemadmodum dicebat ipse, promissis, circumfluente colonorum Arretinorum et Fesulanorum [g] exercitu: quam turbam, dissimillimo ex genere, distinguebant homines perculsi [4] Sullani temporis calamitate.[h] Vultus erat [5] [i]

[k] *Comitatu.*

Lamb. corrigebat *comparas.* Vid. Beier. Fragm. Oratt. p. 27.—2 Sylvius conj. *testationes*, improbante Grævio. Mox, pro *secessionem*, C affert *scressionem;* T *secutus.* Deinde, *vultus* deest in sex codd. Oxon. *obscurior ei* exhibent C H S χ ψ. *videri solet* C H S ψ.—3 Ita Venet. 1483. Cam. Grut. seqq. *judicibus* T, Crat. Hervag. *radicibus* Junt. *audacibus* e conj. sua edidit Lamb. probante Burm. ad Petron. c. 81. *latronibus* maluit Græv. Actutum, *atque sicarii* χ. *eum spe* in eodem cod. Deinde, *tum* deest in Guelf. C S T ψ. *dicebat ipsis* ψ. *circumfluentem* sex codd. Oxon. Memm. Venet. 1480. Lamb. Beck. Schutz. Matthiæ, Orell. *exercitum* χ.—4 Ita Franc. C, Lamb. Græv. seqq.

NOTÆ

[z] *Testificationes*] Testificatio signatum testimonium est, quod ab absente missum est.

[a] *Seductiones testium*] Qui testes producturus erat, eos domum advocabat, ac variis percontationibus explorabat.

[b] *Secessionem subscriptorum*] Subscriptores dicebantur, qui accusatori, qui rei nomen detulerat, subscribebant. Hi porro secedebant, ut meditarentur qua ratione Sulpicii accusationem adjuvarent.

[c] *Vultus obscuriores*] Ex vultu obscuriori et tristiori, non qualem debent habere candidati, qui bene sperant, videbatur de consulatu obtinendo desperare.

[d] *Catilinam interea*] Describit qualis extiterit Catilina in petitione consulatus, quem competitorem Sulpicius habuit, et quam, ex alacritate sua obtinendi consulatum, spem præ se ferret.

[e] *Vallatum indicibus* [*judicibus*] Non debere legi *judicibus* videtur, sed potius *audacibus*, quibus stipatum fuisse sæpe dixit Cicero in Catilinariis orationibus.

[f] *Collegæ mei*] Antonius collega erat Ciceronis in consulatu, qui primum Catilinæ favere visus est; sed quem ab eo abstraxisse in orationibus aliquando dicit.

[g] *Arretinorum et Fesulanorum*] Arretium et Fesulæ in Etruria populi Romani coloniæ erant, quarum coloni Catilinæ studebant: unde tanto numero ex iis locis Romam ad comitia venerunt, ut exercitus crederetur.

[h] *Perculsi Sullani temporis calamitate*] In illa perdita hominum turba præcipue notabantur qui a Sulla proscripti fuerant.

[i] *Vultus erat*] Describit habitum Catilinæ, qualis fere a Sallustio describitur.

ipsius[5] plenus furoris; oculi, sceleris; sermo, arrogantiæ; sic ut ei jam exploratus et domi conditus[k] consulatus videretur. Murenam contemnebat: Sulpicium accusatorem suum numerabat, non competitorem: ei vim denuntiabat: reipublicæ minabatur. XXV. 50. Quibus rebus qui[1] timor bonis omnibus injectus sit, quantaque desperatio reipublicæ, si ille factus esset,[l] nolite a me commoneri velle; vosmetipsi vobiscum recordamini: meministis enim, cum illius nefarii gladiatoris[l] voces percrebuissent, quas habuisse in concione domestica dicebatur, cum miserorum fidelem defensorem negasset inveniri posse, nisi eum, qui ipse miser esset; integrorum et fortunatorum promissis saucios et miseros credere[2] non oportere: quare qui consumta replere, erepta recuperare vellent, spectarent, quid ipse deberet, quid possideret, quid auderet: minime timidum, et valde calamitosum esse oportere eum, qui esset futurus dux et signifer calamitosorum. 51. Tum igitur, his rebus auditis, meministis fieri senatusconsultum, referente me, ne postero die[3] comitia haberentur, ut de his rebus in senatu agere possemus. Itaque postridie, frequenti senatu, Catilinam excitavi, atque eum de his rebus jussi, si quid vellet, quæ ad me allatæ essent, dicere. Atque ille,[m] ut semper

[l] *Catilinæ.*

percussi vulgg. ante Lamb.—5 *Vultus erat ipsi* χ. *oculus* C H S. Deinde, pro *ei jam*, χ habet *etiam*.

Cap. XXV. 1 Voc. *qui* deest in χ. Idem mox divisim exhibet *noli te*. Tum, *vobismetipsi* ed. Oxon. Deinde, *percrebruissent* Franc. codd. Gruteri, Paris. Beck.—2 Cod. χ *credi*. Mox, *reciperare vellent* C. *qui possideret* ψ.

NOTÆ

[k] *Domi conditus*] Tam certus de consulatu, ac si eum in sua potestate haberet, Catilina sibi videbatur.

[l] *Si ille factus esset*] Permittit judicibus cogitare de malis quæ reipub. obvenissent, si Catilina factus esset consul.

[m] *Atque ille*] Ex Plutarcho, Cicero ipso comitiorum die retulit ad senatum de iis, quæ audiverat de Catilinæ conjuratione. Cum autem Catilina crederet multos esse in senatu, qui rebus novis studerent, atque ut audaciam ostentaret, mollissime Ciceroni hæc respondit: 'Quid pecco, si duorum corporum, quorum alterum caput habebat, sed ægrum et pertenue; alterum sine capite, sed validum et præpotens; huic me caput adjicio?' Allegorice videbatur

fuit apertissimus, non se purgavit, sed indicavit atque induit:[4] tum enim dixit, duo corpora esse reipublicæ, unum debile, infirmo capite; alterum firmum, sine capite: huic, cum ita de se meritum esset, caput, se vivo, non defuturum. Congemuit senatus frequens; neque tamen satis severe, pro rei indignitate, decrevit: nam partim ideo fortes in decernendo non erant, quia nihil timebant; partim, quia timebant. Tum erupit[5] e senatu, triumphans gaudio, quem omnino vivum illinc exire non oportuerat; præsertim cum idem ille in eodem ordine paucis diebus ante, Catoni, fortissimo viro, judicium minitanti ac denuntianti, respondisset, si quod[6] esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina[n] restincturum. XXVI. 52. His tum rebus commotus, et quod homines[1] jam tum conjuratos cum gladiis in Campum deduci a Catilina sciebam, descendi in Campum[o] cum firmissimo præsidio fortissimorum virorum, et cum illa lata insignique lorica, non quæ me tegeret, (etenim sciebam Catilinam non latus aut ventrem,[p] sed caput et collum solere petere) verum ut omnes boni animadverterent, et[2]

minime timendum χ.—3 Idem cod. *me: et postera die.*—4 Ita codd. Victorii, Mem. Franc. Venet. 1483. Hervag. Naug. *innuit* Junt. Crat. *imminuit* T. Mox, *infirmato capite* Franc. *huic si ita* C S T χ ψ.—5 *Qui erupit* C S. *Cum erupit* χ. *Qua erupit* ψ.—6 Cod. χ *despondisset, et si quod.* Mox, *extincturum* χ.

Cap. XXVI. 1 Voc. *homines* deest in χ.—2 Copula *et* deest in eodem cod. Mox, *meum* omittitur in χ ψ, Venet. 1483. neque sane desiderari monet Garat.

NOTÆ

senatum intelligere per primum corpus, cujus Cicero, quasi consul, caput erat; per secundum, populum, cui se caput adjungere velle significabat.

[n] *Sed ruina*] Minari videbatur Catilina, fore ut, si quid contra se tentaretur, omnia ultima experiretur.

[o] *Descendi in Campum*] Cum sibi aliquid metueret a Catilina Cicero, venit in Campum Martium ad comitia stipatus magno juvenum agmine, et thorace indutus, qua sibi periculum imminere declarabat: unde indignati cives in Catilinam, commoti ad Ciceronem animum adjecerunt, atque in comitiis iterum Catilina repulsus est, et Silanus et Murena consules electi sunt.

[p] *Non latus aut ventrem*] Indicat quod non abjectos, sed præcipuos cives Catilina aggrediatur: vel potius alludit ad illud ejus facinus, cum, in proscriptione Sullæ, Marii Gratidiani collum secuit, et caput a Janiculo ad ædem Apollinis ad Sullam suis ipse manibus detulit.

cum in metu et periculo consulem viderent, id quod est factum, ad opem præsidiumque meum concurrerent. Itaque cum te, Servi,[q] remissiorem[m] in petendo putarent, Catilinam et spe et cupiditate inflammatum[3] viderent; omnes, qui illam ab republica pestem depellere cupiebant, ad Murenam se statim contulerunt. 53. Magna est autem comitiis consularibus repentina[4] voluntatum inclinatio, præsertim cum incubuit ad virum bonum, et multis aliis adjumentis petitionis ornatum: qui cum honestissimo patre atque majoribus, modestissima adolescentia, clarissima legatione, prætura probata in jure, grata in munere, ornata in provincia, petisset diligenter, et ita petisset, ut neque minanti cederet, neque cuiquam minaretur: [*p.* 137.] huic mirandum est, magno adjumento Catilinæ subitam spem consulatus[5] adipiscendi fuisse?

54. Nunc mihi tertius ille locus est[6] orationis de ambitus criminibus, perpurgatus[a] ab iis, qui ante me dixerunt,[a] a me, quoniam ita Murena voluit, retractandus:[b] quo in loco, Postumio,[7] familiari meo, ornatissimo viro, de divisorum indiciis,[b] et de deprehensis pecuniis, adolescenti ingenioso et bono, Ser. Sulpicio,[c] de equitum centuriis,[d] M.

[m] *Negligentiorem.* [a] *Defensus.* [b] *Tractandus iterum.*



—3 Nonnulli libri ap. Lamb. *inflatum;* ipse vero conj. *et spe inflatum et cup. inflammatum.* Mox, *qui illa* C.—4 Lamb. *et repentina.* Mox, *qui non honestissimo* H.—5 Cod. χ *spem consularis.*—6 Sex codd. Oxon. et Venet. 1480. *locus est relictus;* unde Garat. conj. *locus est reliquus.* Mox, *repugnatus ab iis* T, et Venet. 1483.—7 *Postumo* χ ψ. *de div. judiciis* C H T χ. *et de reprehensis* H S χ ψ. Paulo post *homini virtute, &c.* omissis *in omni,* ψ. *homini omnino virtute, &c.* C. Deinde, *de senato consulto* C.

NOTÆ

[q] *Itaque cum te, Servi*] Concludit totam hanc partem ab improbis Catilinæ conatibus, et a comparatione Sulpicii cum Murena, hujus virtutes, et alterius remissionem animi proferendo.

[a] *Qui ante me dixerunt*] Hortensius et M. Crassus jam pro Murena dixerant.

[b] *Divisorum indiciis*] Divisores dicuntur, qui pecuniam per tribus dividebant populo ad corrumpenda suffragia; qui et curiarum magistri dicebantur.

[c] *Adolescenti ... Sulpicio*] Sulpicius filius est alterius Sulpicii, Murenæ competitoris.

[d] *Equitum centuriis*] Sulpicius ille

Catoni, homini in omni virtute excellenti, de ipsius accusatione, de senatusconsulto, de republica respondebo. XXVII. 55. Sed pauca, quæ meum animum repente moverunt, prius[1] de L. Murenæ fortuna conquerar. Nam cum sæpe antea, judices, et ex aliorum[2] miseriis, et ex meis curis laboribusque quotidianis, fortunatos eos homines judicarem, qui remoti a studiis ambitionis, otium ac tranquillitatem vitæ secuti sunt; tum vero in his L. Murenæ tantis tamque improvisis periculis, ita sum animo affectus, ut non queam satis neque communem omnium nostrum conditionem, neque hujus eventum fortunamque miserari: qui primum, dum[3] ex honoribus continuis familiæ majorumque suorum unum ascendere gradum dignitatis conatus est, venit in periculum, ne et ea, quæ relicta,[e] et hæc, quæ ab ipso parta sunt,[4] amittat; deinde, propter studium novæ laudis, etiam in veteris fortunæ discrimen adducitur. 56. Quæ cum sint[5] gravia, judices, tum illud acerbissimum est, quod habet eos accusatores, non qui odio inimicitiarum ad accusandum, sed qui studio accusandi ad inimicitias descenderunt.[6] Nam, ut omittam Servium Sulpicium,[7] quem intelligo non injuria L. Murenæ, sed honoris contentione permotum; accusat paternus amicus, Cn. Postumius, vetus, ut ait ipse, vicinus ac necessarius; qui necessitudinis

CAP. XXVII. 1 H *priusquam.*—2 Cod. χ *judices ex aliorum.* Mox, *qui remote* ψ.—3 Solum Lamb. *quoniam.*—4 Sex codd. Oxon. *parata sunt.* Mox, *et in veteris* χ.—5 Ita Guelf. χ, ed. Wald. Venet. 1480. Hervag. Cam. et recentt. *sunt* Venet. 1483. Junt. Crat. Lamb. Græv.—6 Ita T, ed. Wald. al. post Ernesti; *descenderint* Lamb. Orell. *descenderent* Venet. 1483. Junt. Crat. Cam. Grut. Græv.—7 *Servii Sulpicii* ψ. *sed h. contemptione* C. *commotum* χ. Mox, *tum Postumius* C H χ ψ. *tum Postumus* T. *Postumus* etiam cod. Victor.

NOTÆ

centurias pecunia corruptas a Murena esse dicebat. Nota autem quod Ser. Tullius omnem populum Rom. in sex classes distribuit; classes autem in centum tres ac nonaginta centurias. In classibus autem et centuriis describendis censum secutus est; qui, ut in quoque variatus est, sic varios ille fecit classium gradus: nam in primam qui centum millium æris, aut majorem censum haberent, conjecit.

[e] *Quæ relicta*] De iis honorum insignibus loquitur, quæ ei a patre relicta sunt.

causas complures protulit, simultatis[c] nullam commemorare potuit: accusat Ser. Sulpicius, sodalis filii,[f] cujus ingenio paterni omnes necessarii munitiores esse debebant: accusat M. Cato, qui quanquam a Murena nulla re unquam alienus fuit, tamen ea conditione nobis[8] erat in hac civitate natus, ut ejus opes et ingenium præsidio multis etiam alienissimis, vix cuiquam inimico, exitio esse deberent. 57. Respondebo igitur Postumio primum, qui nescio quo pacto mihi videtur prætorius candidatus in consularem, quasi desultorius[g] in quadrigarum[9] curriculum,[h] incurrere: cujus competitores si nihil deliquerunt;[d] dignitati eorum concessit, cum petere destitit: sin autem eorum aliquis largitus est; expetendus amicus est, qui alienam potius injuriam quam suam persequatur.[10]

[*Ea omnia, quæ et Postumio, et Ser. Sulpicio, adolescenti, responsa sunt, desiderantur.*]

[c] *Inimicitiæ.* [d] *Non commiserunt ambitum.*

ap. Gulielm. Deinde, *causas compluris* χ, Venet. 1483.—8 C χ ψ *nobilis.* Mox, *ut ingenium* Franc. C H χ, Venet. 1483. *atque ingenium* T, Venet. 1480. Junt. Tum *etiam* deest in C. *alienissimo* Pall. Grut. C T χ. *alienis* codex Victorii et H a m. sec. Deinde, pro *vix c. i. e. e. deberent,* quod e vestigiis cod. Memm. eruit Lamb. et receperunt omnes recentt. *vix c. inimicus esse deberet* edd. vett. *inimicus* legitur etiam in C H T χ ψ: sed *exitio* in omnibus sex codd. Oxon. deest. In cod. Memm. fuit *vix c. inimico exmo e. deberet;* cod. Victorii habet *ex imo vix c. inimico e. deberet.*—9 Pantagathus et Guelf. a m. sec. *quadrigarium.*—10 T *persequatur de Servii adolescentis de postumi criminibus de servii dolescentis.* In C non levis hiatus comparet; in H S nullus hiatus vel lacuna; in ψ *persequatur* [cum spatio]; sed in marg. scribitur 'nihil deficiebat in exemplari.' 'Nihil h. l. deest. Vid. Plin. Epist. I. 20. 7. et Niebuhr Fragm. Cic. p. 40. Vestigia titulorum supersunt in Oxon. T, unde meos titulos, *De Cn. Postumii criminibus. De Ser. Sulpicii adolescentis criminibus,* desumsi. In Venet. 1483. et Junt. nullum est defectus indicium. Inde

NOTÆ

[f] *Sodalis filii*] Sodales dicuntur qui in aliquo ordine aut collegio conjuncti sunt: unde et sodalitates, et sodalitia.

[g] *Desultorius*] Desultorius dicitur qui ne cursum interrumpat, ab uno equo in alium insilit; sive qui, relicto equestri certamine, confert se in certamen curule: nam licet non petat consulatum, tamen accusat consulem: debebat potius ambisse præturam quam consulatum.

[h] *In quadrigarum curriculum*] Alludit ad Olympicum stadium, ubi de quadrigarum celeritate certabatur.

XXVIII. 58. Venio nunc ad M. Catonem, quod est firmamentum[1] ac robur totius accusationis: qui tamen ita gravis est accusator et vehemens, ut multo magis ejus auctoritatem, quam criminationem pertimescam. [*p.* 138.] In quo ego accusatore, judices, primum illud deprecabor, ne quid L. Murenæ dignitas illius, ne quid expectatio tribunatus,[i] ne quid totius vitæ splendor et gravitas noceat; denique ne ea soli huic obsint bona M. Catonis, quæ ille adeptus est, ut multis prodesse posset.[2] Bis consul[j] fuerat P. Africanus, et duos terrores hujus imperii, Carthaginem Numantiamque, deleverat, cum accusavit L. Cottam:[k] erat in eo summa eloquentia,[l] summa fides, summa integritas, auctoritas tanta, quanta in ipso[3] imperio populi Romani, quod illius opera tenebatur. Sæpe hoc majores natu dicere audivi, hanc accusatoris eximiam[4] dignitatem plurimum L. Cottæ profuisse. Noluerunt sapientissimi homines, qui tum rem illam judicabant, ita quenquam cadere[e] in judicio,[5] ut nimiis adversarii viribus abjectus videretur. 59. Quid? Ser. Galbam[6][m] (nam traditum memoriæ est) nonne

[e] *Condemnari.*

a Crat. notarunt edd. *Ea omnia, quæ et Postumio, et Ser. Sulpicio, adolescenti, responsa sunt, desiderantur.'* Orell.

CAP. XXVIII. 1 Vet. cod. ap. Lamb. *fundamentum.* Verba, *quod est f. ac r. t. accusationis,* desunt in H. *gravis* deest in χ.—2 Pro *prodesse posset,* C H S ψ habent *prodesset;* codd. Lambini et χ *prodesse possit.* Mox *L. Coctam* C. *erat in ea* H.—3 Voc. *ipso* omittunt codd. Victorii, Guelf. Pall. 2. 3. 8. Franc. C H S χ, Venet. 1483. et Mediol. extat vero in Pal. 1. *in ipso* omittunt T ψ: *quanta in homine quoquam et in ipso imp. p. R.* exhibet Venet. 1480. *quanta in homine quoquam, quanta in ipso, &c.* aliæ quædam edd. vett.—4 C S T χ ψ *eximiam vim;* H *eximiam vim et.*—5 H χ *in judicium.* Actutum, *ut nimis* H. *ut minus* ψ. *viribus objectus* C.—6 *Servium Galbam* Venet. 1480. Lamb. Pro *me-*

NOTÆ

[i] *Expectatio tribunatus*] Cum Cato Murenam accusavit, erat tribunus plebis designatus.

[j] *Bis consul*] Æmilianus Scipio primum fuit consul tempore tertii belli Punici; iterum bello Numantino. Hic in Africa Carthaginem, in Hispania Numantiam, æmulas Romæ, evertit.

[k] *L. Cottam*] Cum septies ejus causa ampliata fuisset, octavo tandem judicio absolutus est Cotta, ne dignitas accusatoris obesse ei videretur.

[l] *Summa eloquentia*] Offic. lib. I. ait, 'ab hoc Scipione bellicam gloriam, quam a patribus acceperat, eloquentia cumulatam esse.'

[m] *Ser. Galbam*] Cum a Libone, tribuno plebis, apud populum Galba ac-

proavo tuo, fortissimo atque florentissimo viro, M. Catoni, incumbenti[n] ad ejus perniciem, populus Romanus eripuit? Semper in hac civitate nimis magnis accusatorum opibus[7] et populus universus, et sapientes ac multum in posterum prospicientes judices restiterunt. Nolo accusator in judicium potentiam afferat, non vim majorem aliquam, non auctoritatem excellentem, non nimiam gratiam. Valeant hæc omnia ad salutem innocentium,[8] ad opem impotentium,[f] ad auxilium calamitosorum: in periculo vero, et in pernicie civium, repudientur. 60. Nam si quis hoc forte dicet, Catonem descensurum ad accusandum non fuisse, nisi prius de causa judicasset;[o] iniquam legem, judices, et miseram conditionem instituet[9] periculis hominum, si existimabit, judicium accusatoris in reum pro aliquo præjudicio valere oportere.

XXIX. Ego tuum consilium, Cato, propter singulare[1] animi mei de tua virtute judicium, vituperare non audeo: nonnulla in re forsitan conformare[g] et leviter emendare possim. 'Non multa[h] peccas,' inquit ille fortissimo viro senior magister;[p] 'sed, si peccas,[2] te regere possum.' At

[f] *Inopum.* [g] Vulgo *reformare.* [h] *Multum.*

moriæ χ habet *injuriæ.* Verbum *est* deest in C H.—7 Cod. ψ *operibus.*—8 Voc. *innocentium* deest in χ. Mox, *impotentum* edd. ante Lamb. Tum, *vero* deest in χ. *in pernicie vero et in periculo vitæ civium* legitur in Venet. 1480.—9 Cod. ψ *instituit.* Mox, *si æstimabit* C. Denique, *pro* deest in C S ψ.

Cap. xxix. 1 Cod. ψ *singularem.* Mox, verba *non audeo* desunt in C T χ ψ. *non possum* habent H. Tum, *in re* desunt in cod. Victorii, C S T χ, omnibus Pall. et Franc. *in te* edidit Lamb. *conformare* deest in ψ, pro quo *conferam re* exhibet C. *confirmare* H S T. Deinde, *possum* H, Venet. 1480.—2 Edd.

NOTÆ

cusaretur, quod præter fidem datam publicam, magnam Lusitanorum manum interfecisset prætor in Hispania, is nil excusans se, parvulos liberos flens commendare cœpit. Eo facto mitigatus populus, ipse judicio liberatus est. Vide Val. Max. lib. VIII.

[n] *Incumbenti*] Incumbere in perniciem, est anniti ut Galba damnaretur.

[o] *De causa judicasset*] Id est, Cato tantæ vir probitatis est, ut non accusaret Murenam, nisi prius eum dignum condemnatione judicasset: nam condemnatio sequitur judicium.

[p] *Senior magister*] Chiron fortasse intelligitur a Cicerone, aut Phœnix

ego te verissime dixerim, peccare nihil,[3] neque ulla in re te esse hujusmodi, ut corrigendus potius, quam leviter inflectendus esse videare. Finxit[i] enim te ipsa natura ad honestatem, gravitatem, temperantiam, magnitudinem animi, justitiam, ad omnes[4] denique virtutes magnum hominem et excelsum. Accessit his tot[5] doctrina non moderata,[q] nec mitis, sed, ut mihi videtur, paulo asperior, et durior, quam veritas aut natura patiatur. 61. Et quoniam non est nobis hæc oratio habenda aut cum imperita[6] multitudine, aut in aliquo conventu agrestium; audacius paulo de studiis humanitatis, quæ et mihi et vobis nota et jucunda sunt, disputabo. In M. Catone,[a] judices, hæc bona, quæ videmus, divina et egregia, ipsius scitote esse propria: quæ nonnunquam requirimus,[a] ea sunt omnia non a natura, sed a magistro.[7] Fuit enim quidam summo ingenio vir, Zeno,[8 b] cujus inventorum æmuli Stoici nominantur. Hujus sententiæ sunt et præcepta[9 c] ejusmodi: sapientem gratia nun-

[i] *Perfecit.* [a] *Desideramus.*

aliquot Quintil. VIII. 6. 3. *et si peccas.* Hæc, *sed si p. te r. possum*, cum Turic. aliisque delevit ibi Spalding. *regere te possum* conj. Schutz. *si* deest in C χ. *non te r. p.* C χ ψ.—3 C H χ ψ *peccare te nihil.* Mox, *quam leniter* χ, et ed. Manut.—4 Cod. χ *ad omne.*—5 'Durius mihi semper visum est *his tot.*' Ernesti. *Accessit istuc* Guelf. Matthiæ, Orell. *Accessit is tunc* quatuor codd. Oxon. Actutum, *doctrina immoderata* χ. Mox, in eodem cod. *natura patitur.*—6 C H *aut in imperata;* T χ *aut imperata;* Scheller. Obss. p. 94. conj. *aut coram imperata.* Mox, *nota jucunda*, omissa copula, χ. *nota et judicanda* C H S χ ψ, Venet. 1480. 1483. Naug. Hervag. Manut. et al. ante Lamb. qui correxit e cod. Memm.—7 Cod. χ *verum a magistro.* Tota hæc periodus, *M. Cato . . . magistro*, deest in C.—8 *Zenon* Priscian. p. 690. Putsch.—9 H *sunt etiam*

NOTÆ

ille, qui Achilli præceptor a patre datus est.

[q] *Doctrina non moderata*] Per doctrinam non moderatam, Stoicam intelligit, quam ab Antipatro Tyrio, philosopho Stoico, accepit.

[a] *In M. Catone*] Digreditur ad reprehensionem doctrinæ Stoicorum, ut Catonis auctoritatem extenuet.

[b] *Zeno*] Zeno Citicus, ex Cypro, cum venisset Athenas, negotiandi gratia, philosophiæ operam dedit; et audivit Cynicum Crateta, et mox Polemonem Academicum. Illius durior disciplina fuit, cujus sectatores Stoici dicti sunt a porticu ubi ille docuit.

[c] *Hujus sententiæ sunt et præcepta*] Præcepta Stoicorum enumerat, quæ et dicta sunt vulgo paradoxa, a communi captu et sensu hominum abhorrentia; quæ Cicero ad quendam

quam moveri,[b] nunquam cujusquam delicto ignoscere: neminem misericordem esse,[d] nisi stultum et levem: viri non esse, neque exorari, neque placari: solos sapientes esse, si distortissimi[c] sint, formosos; si mendicissimi,[d] divites; si servitutem serviant, reges: nos autem, qui sapientes non sumus, fugitivos, exules, hostes, insanos denique esse dicunt: omnia peccata esse paria: omne delictum,[e] scelus esse nefarium; [*p.* 139.] nec minus[10] delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit, quam eum, qui patrem suffocaverit: sapientem nihil opinari,[f] nullius rei pœnitere, nulla in re falli, sententiam mutare nunquam. XXX. 62. Hæc[1] homo ingeniosissimus, M. Cato, auctoribus eruditissimis inductus, arripuit; neque disputandi causa, ut magna pars, sed ita vivendi.[g] Petunt aliquid publicani?[h] cave quicquam habeat momenti gratia. Supplices aliqui veniunt, miseri et calamitosi? sceleratus et nefarius fueris, si quicquam, misericordia adductus, fece-

[b] *Nunquam facere gratiam alicui.* [c] *Deformissimi.* [d] *Pauperrimi.*

præcepta. Paulo post, *sapientis esse* C. Mox, *formosi* T χ. Post *mendicissimi* C H S addunt *sint*, ψ *sunt*. Deinde, *si servitute* H T. *non* ante *sumus* deest in χ.—10 Idem codex *nec manus*. Paulo post, *qui parentem*.

CAP. XXX. 1 *Hoc* H S T χ, Venet. 1483. Mox, *auditoribus eruditissimis* χ. *iter inductus* C H S ψ, Venett. 1480. 1483. unde *introductus* conj. Garaton.

NOTÆ

absurditatis modum exponit, ut Catonis auctoritatem diminuat.

[d] *Misericordem esse*] 'Misericordia,' ex Stoicorum definitione, 'est ægritudo ex miseria alterius injuria laborantis:' volebantque misericordem hominem esse inconstantem, rudem, imperitum, et hebetem ingenio: unde Seneca Epist. ad Lucil. sic ait: 'Stultitia est, cui nihil constat, nihil diu placet.'

[e] *Omne delictum*] Volebant Stoici delictum omne, quantumcumque minimum aliis videatur, crimen esse maximum.

[f] *Nihil opinari*] Opinari est incertæ, aut parum cognitæ, vel etiam rei prorsus falsæ assentiri: cum autem ex Stoicorum sententia neque capi, neque falli possit sapiens, opinari etiam non potest.

[g] *Ita vivendi*] Non disputat de illis dogmatis Stoicorum Cato, sed ex iis vitam suam instituit.

[h] *Publicani*] Si illi qui vectigalia conducunt, petunt ut aliquid sibi remittatur, vel propter bellum, vel propter cœli injurias, non audiunt Stoici.

ris.[2] Fatetur aliquis se peccasse, et ejus delicti[3] veniam petit? nefarium est facinus ignoscere. At leve delictum est:[4] omnia peccata sunt paria. Dixisti quippiam:[5] fixum et statutum[e] est. Non re[i] ductus es, sed opinione: sapiens nihil opinatur. Errasti aliqua in re: male dici putat. Hac ex disciplina nobis[6] illa sunt. Dixi in senatu me nomen consularis candidati delaturum. Iratus dixisti:[7] nunquam, inquit, sapiens irascitur.[k] At temporis causa. Improbi, inquit, hominis est, mendacio[8] fallere; mutare sententiam, turpe est; exorari, scelus; misereri, flagitium. 63. Nostri autem isti,[9] (fatebor enim, Cato, me quoque in adolescentia, diffisum ingenio meo, quæsisse adjumenta doctrinæ[l]) nostri, inquam, illi a Platone et Aristotele,[m] moderati homines et temperati,[n] aiunt, apud sapientem valere aliquando gratiam: viri boni esse misereri: distincta genera esse delictorum, et dispares pœnas: esse apud hominem constantem ignoscendi locum: ipsum sapientem sæpe aliquid opinari, quod nesciat: irasci nonnunquam:[o] exorari eundem et placari: quod dixerit, interdum, si ita rectius sit, mutare: de sententia decedere aliquando: omnes virtutes mediocritate[10] quadam esse

[e] *Stabile et firmum.*

indutus χ.—2 Cod. χ *fueris.*—3 Cod. ψ *si ejusdem delicti.*—4 *At leve delictum,* omisso verbo *est,* χ.—5 *Dixisti quippe: jam* sex codd. Oxon. Franc. et edd. vett. *Dixisti: quippe* Memm. et Lamb.—6 Cod. χ *vobis.*—7 *Iratus dixi* legi maluit Manut.—8 C χ *hominis, sed mendacio.* Mox, *turpe est, execrari* χ.—9 *Nostri enim illi* sex codd. Oxon. *Nostri autem illi* Oliv. Mox, *diffusum ingenio* ψ.—10 Codex unus Oxon. *mediocriter.*

NOTÆ

[i] *Non re*] Id est, ipsa rei veritate, et scientia.

[k] *Sapiens irascitur*] Plutarchus in Catone ait, eum temere non irasci, sed si quando irascebatur, implacabilem solitum esse.

[l] *Quæsisse adjumenta doctrinæ*] Cicero licet nulli philosophorum sectæ addictus fuerit, visus est tamen Academicos sequi.

[m] *Illi a Platone et Aristotele*] Platonis et Aristotelis præcepta Academici et Peripatetici secuti sunt, quæ contraria fuisse Stoicis ostendit.

[n] *Moderati homines et temperati*] Doctrina Stoicorum durior fuit, ut antea Cicero dixit, et mitior Academicorum et Peripateticorum.

[o] *Irasci nonnunquam*] Aristot. Ethic. lib. III. iram cotem fortitudinis nominat.

moderatas.[p] XXXI. 64. Hos ad magistros si qua te fortuna, Cato, cum ista natura detulisset; non tu quidem vir melior esses,[1] nec fortior, nec temperantior, nec justior, (neque enim esse potes) sed paulo ad lenitatem propensior: non accusares, nullis adductus inimicitiis, nulla lacessitus injuria, pudentissimum[2] hominem, summa dignitate atque honestate præditum: putares, cum in ejusdem anni custodia[q] te atque L. Murenam fortuna posuisset, aliquo te cum hoc reipublicæ vinculo esse conjunctum; quod atrociter in senatu dixisti,[r] aut non dixisses,[3] aut seposuisses, aut mitiorem in partem interpretarere. 65. Ac te ipsum (quantum ego opinione auguror) nunc et animi quodam impetu concitatum, et vi naturæ atque ingenii elatum,[4] et recentibus præceptorum studiis[s] flagrantem jam, usus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. Etenim isti ipsi mihi videntur vestri præceptores et virtutis magistri, fines officiorum[t] paulo longius, quam natura vellet, protulisse; ut, cum ad ultimum[u] animo contendissemus, ibi tamen, ubi oporteret,[5] consisteremus. Nihil ignoveris: immo aliquid,

CAP. XXXI. 1 Cod. χ *esset.* Mox, *nec temperatior* C H S T. *neque justior* C. *enim* deest in χ.—2 Cod. ψ *prudentissimum.* Mox, *cum in ejusmodi* χ. *anni custodiam* vet. cod. ap. Lamb. *fortunam* χ. *fortuna potuisset* ψ.—3 H *aut dixisses.* Mox, Lamb. e conjectura Hotomanni Obss. II. 12. edidit, *aut, si potuisses, mitiorem:* eum secutus est Merouille. Deinde, *interpretare* T χ.—4 Cod. χ *et in nat. a. i. datum.* Mox, *usus mitigabit* χ.—5 Ita Guelf. Rom. Venett.

NOTÆ

p *Mediocritate esse moderatas*] Virtus ita in mediocritate sita est, ut si quid nimis excedat, virtus non sit.

q *Cum in ejusdem anni custodia*] Eodem anno tribunus plebis Cato, et Murena consul designati sunt, iisque reip. cura commissa est.

r *Atrociter in senatu dixisti*] Dixerat Cato in senatu se quemcunque candidatum consulatus vocaturum in judicium, si aliqua in eo suspicio ambitus resideret.

s *Recentibus præceptorum studiis*] Excusat Catonem a præceptis, quibus recens imbutus erat, quæ facile, cum maturior erit ætas, corriget.

t *Fines officiorum*] Fines officiorum dicuntur ea quæ extrema sunt et ultima in quaque re seu virtute, translatione sumta a terminis agrorum, aut regionum, quibus illorum spatia terminantur. At illi Stoici fines gratiæ, misericordiæ, clementiæ, ceterarumque virtutum non tantum protulerunt, sed etiam ita prætergressi sunt, ut sustulisse omnem humanitatem videantur.

u *Ut, cum ad ultimum*] Id est, quamvis ad ultimum officiorum finem per-

non omnia.[x] Nihil gratiæ causa feceris:[6] immo resistito gratiæ,[y] cum officium et fides postulabit. Misericordia commotus ne sis: etiam,[7] in dissolvenda severitate: sed tamen est laus aliqua humanitatis. In sententia permaneto:[8] vero; nisi sententiam alia vicerit melior.[9] 66. Hujuscemodi Scipio ille fuit,[z] quem non pœnitebat facere idem, quod tu: habere eruditissimum hominem, et pæne divinum[10] domi; cujus oratione et præceptis, quanquam erant eadem ista, quæ te delectant, tamen asperior non est factus, sed (ut accepi a senibus) lenissimus. Quis vero C. Lælio[11] comior?[a] quis jucundior, eodem ex studio isto? quis illo gravior? sapientior? Possum de L. Philippo,[b]

1480. 1483. Brix. Mediol. Crat. Naug. Junt. *oportet* χ ψ, Grut. Græv. Verburg. Actutum, *non consisteremus* conj. Lamb.—6 Ita Naug. Hervag. Grut. seqq. *Nihil gratiæ confeceris* codd. Victorii, Pall. et edd. quædam vett. unde *concesseris* conj. Gulielm. *non omnia gratia confeceris* Franc. unde *nihil gratia confeceris* suspicatus est Græv. *non omnia: immo gratiæ confeceris: immo resistet gratiæ* Mediol. *immo gratiæ confeceris* etiam sex codd. Oxon. Mox, *resisto gratiæ* χ.—7 *Et* C. Lambinus admisit Hotomanni conjecturam: *ne sis; sed tamen est etiam in diss. sev. laus aliqua, &c.* Pro *humanitatis,* C S ψ *severitatis.*—8 T *permanere.* Actutum, *Vero* deest in eodem cod. extat in cod. Victorii, Pall. Franc. quinque Oxon. Venett. 1480. 1483. Grut. seqq. *Enimvero* habent Naug. Hervag. Manut. Lamb.—9 Ita e codd. Grut. et recentt. post Ernesti; *nisi sententiam sententia alia vicerit melior* cod. aliquot, Lamb. 1566. Græv. Lall. *nisi sententiam sententia aliqua, &c.* codd. tres Oxon. Franc. Ven. 1483. non improbante Beck. *nisi sententia alia, &c.* Crat. Hervag. Naug. *permaneto tu vero nisi sententiam alia melior vicerit sententia* Venet. 1480. et sic Junt. nisi quod *alia major* exhibet.—10 Ita Pal. 1. Franc. quatuor codd. Oxon. Junt. Lamb. Græv. recentt. *divinum* omittunt codd. Victorii, Pall. 2. 3. 8. χ ψ, Venet. 1483. Grut. *domi* abest a Pal. 1. Mox, *eadem istis* maluit Græv.—11 *Quis vero Lælio* C H S ψ. *Quis vero est Lælio* ψ. *comitior* T.

NOTÆ

venire contenderet quis, tamen ibi hæreret, ubi natura pateretur.

[x] *Non omnia*] Utile est aliquando, non omnia remittere, ne sint audaciores ad peccandum impii.

[y] *Resistito gratiæ*] Resistere gratiæ, est nihil gratiæ causa facere; quod tum maxime fieri debet, cum quis jurejurando obstringitur. Hicque elegans est dialogismus.

[z] *Scipio ille fuit*] Non est dubium quin Cicero de Æmiliano Scipione loquatur, cui comes fuit Panætius in illa illustri legatione, quam ante censuram obiit, cum a senatu tertium missus est, ut populorum ac civitatum leges, tanquam sanctioris disciplinæ arbiter et restaurator inspiceret. Vide Cic. Acad. Quæst. lib. IV.

[a] *C. Lælio comior*] Lælius Scipionis Africani amicissimus fuit, de quo Hor. Sat. II. I.

[b] *L. Philippo*] Philippus ille Græcis literis excelluit, ut dicit Cic. in Bruto.

de C Gallo[c] dicere hæc eadem; sed te domum jam deducam tuam. [*p.* 140.] Quenquamne existimas[12] Catone, proavo tuo, commodiorem, comiorem, moderatiorem fuisse, ad omnem rationem humanitatis? de cujus præstanti virtute cum vere graviterque diceres, domesticum te habere dixisti exemplum ad imitandum. Est illud quidem exemplum tibi propositum domi;[13] sed tamen naturæ similitudo illius ad te magis, qui ab illo ortus es, quam ad unumquemque nostrum pervenire potuit: ad imitandum vero tam mihi propositum exemplar illud est, quam tibi. Sed, si illius comitatem et facilitatem tuæ gravitati severitatique[14] asperseris; non ista quidem erunt meliora, quæ nunc sunt optima, sed certe condita[d] jucundius.

XXXII. 67. Quare, ut ad id, quod institui,[1] [e] revertar, tolle mihi e causa nomen[a] Catonis: remove ac prætermitte auctoritatem, quæ in judiciis[f] aut nihil valere, aut ad salutem debet valere: congredere mecum criminibus ipsis. Quid accusas, Cato? quid affers in judicium?[2] quid arguis? Ambitum accusas? non defendo. Me reprehendis,

[a] *Auctoritatem.*

communior, sapientior, omissis intermediis, ψ. Pro *quis illo gravior,* Gulielm. conj. *Philo gravior.* Grut. mavult *gratior.*—12 Hæc omnia, *sed te d. j. d. t. Q. existimas,* desunt in T. Mox, *commendiorem* in eodem cod. Pro *comiorem,* codd. Victorii, Pall. 2. 3. 8. Franc. C H S χ, Guelf. a m. sec. Rom. Brix. Mediol. Venet. 1483. habent *communiorem;* et sic edidit Græv. sed Franc. hoc ordine, *communiorem, commodiorem.* Deinde, *virtute* deest in χ. Idem cod. pro *vere* habet *jure.*—13 Voc. *domi* deest in χ. Idem mox, *quam ab illo ortus est.*—14 H *felicitatique:* S ψ *facilitatique.*

CAP. XXXII. 1 Cod. χ *instituisti.* Mox, *tolli* ψ. *ac* deest in sex codd. Oxon. Deinde, verba, *aut ad s. d. valere,* desunt in χ.—2 H S T χ ψ, Venet. 1483. *ad judicium;* Venet. 1480. habet, *quid affers? quid arguis?* probante

NOTÆ

[c] *De C. Gallo*] De Gallo loquitur etiam in Bruto. Astrologiæ peritissimus fuit. Hic de Liguribus triumphavit.

[d] *Condita*] Condita, a condiendo.

[e] *Quare, ut ad id, quod institui*] Redit ad rem, petitque ut ab hac causa Catonis removeatur auctoritas, quæ plus Murenæ, quam objecta ipsi crimina, quæ nulla sunt, nocere potest.

[f] *Quæ in judiciis*] In judiciis non debet attendi accusatoris auctoritas, ut quis damnetur, sed potius absolvatur.

quod idem defendam, quod lege punierim.[3] Punivi ambitum,[g] non innocentiam: ambitum vero ipsum vel tecum accusabo, si voles. Dixisti, senatusconsultum, me referente,[4] esse factum, si mercede corrupti obviam candidatis issent, si conducti sectarentur,[h] si gladiatoribus[i] vulgo locus tributim,[5] et item prandia si vulgo essent data; contra legem Calpurniam[k] factum videri. Ergo ita senatus[6] judicat, contra legem facta hæc videri,[l] si facta sint: decernit, quod nihil opus est, dum candidatis morem gerit: nam factum sit, necne, vehementer quæritur: si factum sit, quin contra legem sit,[7] dubitare nemo potest. 68. Est igitur ridiculum, quod est dubium, id relinquere incertum;[m] quod nemini dubium potest esse, id judicare. Atque[8] id decernitur



Garat.—3 Lamb. *pœnierim*, et mox *Pœnivi*, e cod. Victorii. Pro *ipsum*, ψ habet *ipso*.—4 Cod. χ *me proferente*. Pro *corrupti*, Memm. H S ψ, Venett. 1480. 1483. Hervag. Lamb. exhibent *conducti*. 'Utrumque non sine causa pro gloss. habet Garat.' *Orell.*—5 Ita codd. Victorii, quinque Oxon. Pall. Guelf. a m. pr. et edd. pr. *tributus* habent ed. Wald. Naug. Manut. Steph. *vulgus locus tributus* Franc. *gladiatoris vulgo l. tributim* ψ. *tributum* T. Mox, *Calphurniam* C H ψ.—6 *Ergo ita senatus si* χ, Venett. 1480. 1483. Hervag. probante Garat. Mox, *hæc* deest in χ. *nihil* ante *opus est* omittitur in Franc.—7 Lamb. mavult *contra legem factum sit*.—8 *Atqui* Pantagath. ap. Ursin.

NOTÆ

g *Punivi ambitum*] Cicerone referente ad senatum, senatusconsultum factum est de ambitu, contra quem legem tulit Cicero, cujus sequentibus proxime verbis puncta quælibet explicat.

h *Conducti sectarentur*] Homines pecunia corrupti honoris causa candidatos, cum in Campum Martium veniebant, sequebantur, ut inde appareret populo, quam digni essent magistratu.

i *Gladiatoribus*] Vetabat illa lex ne quis munus gladiatorium biennio quo magistratum petierat, petiturusve erat, ederet, nisi ex testamento præstituta die.

k *Legem Calpurniam*] De hac lege jam dictum est.

l *Contra legem f. h. videri*] Si hæc omnia a Murena commissa sunt, quæ vetat lex, non est dubium quin contra legem peccaverit: at hæc, aut eorum aliqua fecisse, probare debent adversarii.

m *Quod est dubium, id relinquere incertum*] Dubium est utrum Murena quid contra legem fecerit: id autem non debet relinqui incertum, sed probari. Deinde nemini dubium est, quin ex lege Calpurnia decretum contra ambitiosos latum sit a senatu; ergo de eo judicare non est opus, sed judicare utrum contra illud Murena peccaverit.

omnibus postulantibus candidatis; ut ex senatusconsulto, neque cujus intersit, neque contra quem sit, intelligi possit. Quare doce, a L. Murena illa esse commissa: tum egomet tibi, contra legem commissa esse, concedam. XXXIII. Multi obviam prodierunt[n] de provincia decedenti, consulatum petenti: solet fieri. Eccui[1] autem non proditur revertenti? quæ fuit ista multitudo? Primum, si tibi istam rationem non possim[2] reddere; quid habet admirationis, tali viro advenienti, candidato consulari, obviam prodisse multos? quod nisi esset factum, magis mirandum videretur. 69. Quid, si etiam illud addam, quod a consuetudine non abhorret, rogatos[3] esse multos?[o] num aut criminosum sit, aut mirandum, qua in civitate rogati, infimorum[b] hominum filios, prope de nocte,[c] ex ultima sæpe urbe, deductum venire soleamus, in ea non esse gravatos homines, prodire hora tertia[p] in Campum Martium, præsertim talis viri nomine rogatos? Quid, si omnes societates[q] venerunt, quarum ex numero multi hic sedent

[b] *Obscurorum.* [c] *Paulo ante lucem.*

CAP. XXXIII. 1 *Et cui* C H. In ed. Beck. interpungitur: *petenti.—Solet fieri: eccui, &c.* in ed. Orell. *petenti. Solet fieri. Eccui, &c.*—2 C H χ ψ *non possum.* Mox, *obviam ivisse* ψ. *mirandum videtur* T.—3 *Quid, si e. i. a. q. a c. n. a. rogatos* desunt in C. Mox, *roganti* exhibent C H χ ψ. Paulo

NOTÆ

[n] *Multi obviam prodierunt*] Proponit argumenta quibus Cato utebatur ad ostendendum peccasse contra legem Murenam: quod multi obviam ivissent Murenæ. At refutat Cicero, quia non corrupti pecunia venerunt, sed de more, ut fit honoris et amicitiæ causa, iis qui redeunt e provinciis.

[o] *Rogatos esse multos*] Secundum argumentum refutat, quod multi videlicet rogati sunt Murenam deducere in Campum Martium; at id quotidie evenit, ut vel ipsos filios ipsorum hominum abjectorum, candidatos, prima luce ex extrema urbis parte rogati deducant plerique: cur non etiam a rogatis homo magnæ auctoritatis deducetur?

[p] *Hora tertia*] Hora tertia a Romanis dicebatur quæ media est inter solem nascentem et meridiem.

[q] *Quid, si omnes societates*] Refutat a concursu hominum ex omnibus ordinibus, quorundam suorum judicum, immo etiam Postumii accusatoris; quid igitur accusant si istorum exemplo tanta multitudo populi ad illum convenerit?

judices?[4] quid, si multi homines nostri ordinis honestissimi? quid, si illa officiosissima, quæ neminem patitur non honeste in urbem introire, tota natio candidatorum?[r] si denique ipse accusator noster Postumius[5] obviam cum bene magna caterva sua venit; quid habet ista multitudo admirationis? Omitto[s] clientes,[t] vicinos, tribules,[u] exercitum totum Luculli,[6] qui ad triumphum per eos dies venerat: hoc dico, frequentiam in isto officio gratuitam,[x] non modo dignitati ullius unquam, sed ne voluntati quidem defuisse. 70. At sectabantur multi. Doce, mercede; concedam esse crimen: hoc quidem remoto, quid reprehendis? XXXIV. Quid opus est, inquit,[1] sectatoribus? A me tu id quæris, quid opus sit eo, quo semper usi sumus?[y] Homines tenues unum habent in nostrum ordinem aut promerendi, aut referendi[2] beneficii locum, hanc in nostris petitionibus operam atque assectationem: [*p.* 141.] neque enim fieri potest, neque postulandum est a nobis, aut ab equitibus Romanis, ut suos necessarios candidatos sectentur[3] totos dies: a quibus si domus nostra celebratur,[d] si

[d] *Frequentatur.*

post, *soleamus, mea non esse* χ.—4 *Quid, si o. s. v. q. ex n. m. h. s. judices* desunt in χ. *Hic* tantum deest in Guelf. a m. pr. C H S ψ, Rom. Brix. Mediol. Ald. probante Ernesti. Paulo post, *patitur nisi honeste* χ. *urbem introiere* C.—5 Cod. ψ *accusatorum noster Postumus.*—6 Cod. χ *motum Luculli.* Actutum, *quid qui ad, &c.* in eodem cod. *venerit* ψ.

Cap. XXXIV. 1 Cod. χ *inquam.* Mox, *tu id* desunt in ψ.—2 Ita Lamb. e codd. ut ait, et recentt. post Ernesti; *proferendi* omnes nunc noti codd. edd. ante Lamb. Grut. et Græv. Mox, *affectationem* χ.—3 Guelf. *sectentur et præeant;* C H S T ψ *aut sectentur.* Mox, *si d. vestra* χ. *si* ante *uno* deest

NOTÆ

[r] *Tota natio candidatorum*] Omnes qui aspirabant ad magistratus quasi unam nationem propter multitudinem efficere videbantur.

[s] *Omitto*] Reliquos citat qui honestatis et honoris causa adesse Murenæ debuerunt.

[t] *Clientes*] Clientes sunt qui in tutela alicujus sunt, quem patronum habent.

[u] *Tribules*] Tribules sunt, qui sunt ex eadem tribu.

[x] *Gratuitam*] Tota hæc frequentia quæ convenit, nulla mercede, vel pecunia conducta, venit.

[y] *Eo, quo semper usi sumus*] Non debet reprehendere Cato quod semper factum est, neque inde arguere Murenam quam hominem ambitiosum.

interdum ad forum deducimur,[z] si uno basilicæ spatio[a] honestamur, diligenter observari videmur et coli: tenuiorum et non occupatorum amicorum est ista assiduitas; quorum copia bonis[4] et beneficis deesse non solet. 71. Noli igitur eripere hunc[5] inferiori generi hominum fructum officii, Cato: sine eos, qui omnia a nobis sperant, habere ipsos quoque aliquid, quod nobis tribuere possint. Si nihil[6] erit, præter ipsorum suffragium, tenue est; si, ut suffragentur, nihil valent gratia. Ipsi denique, ut solent loqui, non dicere pro nobis, non spondere,[7] non vocare domum suam possunt: atque hæc a nobis petunt omnia: neque ulla re alia, quæ a nobis consequuntur, nisi opera sua, compensari putant posse. Itaque et legi Fabiæ,[b] quæ est de numero sectatorum, et senatusconsulto,[c] quod est L. Cæsare[8] consule factum, restiterunt: nulla est enim pœna, quæ possit observantiam tenuiorum ab hoc

in eodem.—4 C H S T ψ *bonis viris*. C *et beneficiis*. Deinde, *desse non potest* χ.—5 Pronomen *hunc* deest in C. Mox, pro *Cato* χ exhibet *caro*. Idem *vobis* pro *nobis*. Tum, *ipsosque aliquid* C.—6 *Sin nihil* solus Græv. sine codd. Mox, *præter eorum suff.* Ven. 1480. et Junt. Pro *ut suffragentur*, quod servant Guelf. Lambinus, Matthiæ, Beck. Orell. *ut suffragentur alii* conj. Schutz. *ut suffragantur* plerique codd. et edd. vett.—7 Cod. χ *respondere*. Mox, *possint* C H T χ. *atque ipsi hæc* χ. *putant*. *Posse itaque* in

NOTÆ

[z] *Si interdum ad forum deducimur*] Varia commemorat officia quibus homines tenues suos patronos aut primates viros prosequebantur, quæ ipsis crimini verti non debent.

[a] *Si uno basilicæ spatio*] Id est, si deducimur per spatium tam longum, quam basilica est. Basilica porro foro adjuncta fuit, a Catone ampliata et Porcia cognominata, ad instar regiæ domus.

[b] *Legi Fabiæ*] Fabia lex de ambitu tulit ut certus numerus sectatorum esset, id est, eorum qui candidatos in Campum deducerent. Sed huic legi et senatusconsulto L. Cæsaris tanto studio plebs restitit, ut nulla prorsus pœna ab hoc assectationis officio removeri potuerit, quia vetus erat institutum.

[c] *Et senatusconsulto*] Quo anno cœpit Catilinæ conjuratio consules erant L. Cæsar, et C. Figulus. Cicerone vero petente consulatum, cum in dies ambitus furor augeretur propter Catilinam et Antonium, paucis diebus ante comitia censuit senatus, ut lex ambitus addita majori pœna ferretur. Huic cum intercederet senatusconsulto Q. Mucius Orestinus; Cicero in gratiam senatus contra Catilinæ et Antonii concionem invectus est, suasitque ut sectatorum numerus definiretur.

vetere instituto officiorum excludere. 72. At spectacula sunt tributim data,[9][d] et ad prandium vulgo vocati. Etsi hoc factum a Murena omnino, judices, non est, ab ejus amicis autem more et modo factum est;[e] tamen admonitus re ipsa, recordor, quantum hæ quæstiones,[10] in senatu habitæ, punctorum[f] nobis, Servi, detraxerint. Quod enim tempus fuit aut nostra[11] aut patrum nostrorum memoria, quo hæc, sive ambitio est, sive liberalitas, non fuerit, ut locus et in circo[g] et in foro[h] daretur amicis et tribulibus? hæc homines tenuiores primum, nondum qui a suis[12] tribulibus vetere instituto assequebantur.

[*Deest nonnihil.*[13]]

XXXV. 73. Præfectum[1] fabrum[i] semel locum tribulibus

eodem cod.—8 Idem codex *quod Cæsare.*—9 Codex unus Oxon. *clara.* —10 C H S ψ, Venett. 1480. 1483. *hæ conquestiones.* Mox, *detraxerunt* χ.—11 Verba *aut nostra* desunt in T, pro quibus C habet *aut nostrum.* Mox, *aut partim nostrorum* ψ. Pro *liberalitas* nonnulli codd. Oxon. habent *libertatis.*—12 'Hæc sunt corrupta, nec sine libris novis corrigi possunt.' *Ernesti.* In Guelf. spatium unius versus inane relictum est inter *tenuiores* et *qui.* Idem, cum codd. Victorii, Pall. Franc. H T χ ψ, et edd. vett. *ea suis.* T habet *nec homines, &c.* Verba, *primum n. qui a s. t. v. i. assequebantur*, desunt in C. Pro *nondum* Græv. e Franc. affert *nedum.* Verba, *primum nondum qui* desunt in codd. Victorii: *primumdum* conj. Gulielm. *hæc homines ten. primum, ne dum postea a suis, &c.* habet Pantagath. probante Ursino. 'Neque tamen locus ita persanatur. Omissis verbis *primum nondum qui* omnia bene procedunt.' *Beck.* *nondum qui* uncis inclusit Mœb.—13 In C vacat plus quam dimidia pagina: in H S spatium est trium linearum: in T nulla lacuna.

CAP. XXXV. 1 *Præsertim* T. Pro *semel* Pantagath. habet *fremunt.* Mox,

NOTÆ

[d] *At spectacula sunt tributim data*] Objectioni novæ Cicero respondet, nempe Murenam suis tribulibus ad spectacula locum dedisse, et vocasse ad convivia. Id autem ab omni memoria factum esse contendit. Porro spectacula loca erecta sunt, quæ a Græcis theatra dicuntur, ex quibus ludi spectabantur.

[e] *More et modo factum est*] Fatetur quidem concessa fuisse hæc spectacula ab amicis Murenæ; sed id neque repugnante more, neque immoderate factum esse.

[f] *Punctorum*] Puncta suffragia sunt, hinc dicta, quod in tabulis notarentur.

[g] *Locus in circo*] Qui loca habebant in circo, ea quandoque amicis benevolentia concedebant, ut inde ludos spectarent, qui a circo Circenses dicti sunt.

[h] *In foro*] In foro ludi gladiatorii dabantur.

[i] *Præfectum fabrum*] Præfectus fabrorum dicebatur, qui fabris ligna-

suis dedisse; quid statuetur in viros primarios, qui in circo totas tabernas, tribulium[k] causa, compararunt? Hæc omnia sectatorum, spectaculorum,[2] prandiorum item crimina, a multitudine[l] in tuam nimiam diligentiam, Servi, conjecta sunt: in quibus tamen Murena ab senatus auctoritate defenditur. Quid enim? Senatus num obviam[m] prodire crimen putat? non; sed mercede: convince:[3] num sectari multos? non; sed conductos: doce: num locum ad spectandum dare? aut ad prandium invitare? minime; sed vulgo, passim.[n] Quid est vulgo? universos. Non igitur, si L. Natta,[4][o] summo loco adolescens,[p] (qui, et quo animo jam sit, et qualis vir futurus sit, videmus) in equitum centuriis[q] voluit esse, et ad[5] hoc officium necessitudinis, et ad reliquum tempus, gratiosus; id erit ejus vitrico fraudi, aut crimini: nec, si virgo Vestalis,[r] hujus propinqua

quid statuent Oliv. Lall. *quid statuerit* ψ. Tum, *tribulum causa* C H T χ.—2 Cod. χ *speculorum.* C *item crimine.* Paulo post, *a senatus* Guelf. et edd. quædam vett. Ernesti delendam censebat præpositionem.—3 Lamb. de Hotomanni conjectura, *sed mercede. Mercede convince.* Actutum, *num sectare* C S T. *num sectore* ψ. Paulo post, *passim* spurium videtur Beckio. Deinde, *universis* nonnulli ap. Græv.—4 *Nacta* C H S ψ.—5 Cod. χ *adhuc.* Idem

NOTÆ

riis, carpentariis, ferrariis, &c. præerat.

[k] *Tabernas, tribulium*] Tabernæ exstructæ erant in circo maximo, quo commodius ludi spectarentur. Eæ porro locabantur pecunia, quandoque etiam liberaliter a dominis tribulibus suis concedebantur. Plutarchus una nocte a Graccho sublatas esse scribit.

[l] *Crimina, a multitudine*] Cicero objicit Servio, credere multitudinem, quod nimia quadam accusandi cupiditate, hæc omnia levissima ab ipso collecta, quasi tot crimina, in Murenam conjiciantur.

[m] *Senatus num obviam*] Ait Cicero, prodire obviam, sectari, &c. nunquam senatum pertinere ad crimen judicavisse, nisi qui prodeunt et sectantur, mercede corrumpantur.

[n] *Sed vulgo, passim*] Non est crimen dare locum ad spectandum, invitare multos ad prandium, verbi gratia tribules suos: sed crimen est, universos invitare; quod Murena non fecit.

[o] *Si L. Natta*] Non debet accusari Murena ambitus, si Natta privignus ejus aliquem locum vel convivium centuriis dederit, quod non tam dedit ut Murenæ faveret, quam ut ipse suis tribulibus gratiosus esset.

[p] *Summo loco adolescens*] Natta ille ex familia Pinariorum fuit nobilissima et antiquissima apud Romanos, siquidem jam Evandri temporibus celebris erat. Vide Virg. Æn. VIII.

[q] *In equitum centuriis*] Centuriæ equitum a Romulo institutæ sunt: quæ appellatio, aucto postea numero a Tarquinio Prisco, conservata est. Voluit autem ut mille trecenti equites in tribus centuriis essent.

[r] *Virgo Vestalis*] Vestales habebant

et necessaria, locum suum gladiatoribus[6] concessit huic non et illa pie fecit, et hic a culpa est remotus: omnia hæc sunt officia necessariorum, commoda tenuiorum, munia candidatorum.

74. At enim agit mecum austere et Stoice Cato: negat verum[a] esse, allici benevolentiam cibo: negat, judicium hominum in magistratibus mandandis[s] corrumpi voluptatibus oportere. [*p.* 142.] Ergo ad cœnam, petitionis causa,[t] si quis vocat,[7] condemnetur: quippe, inquit, tu mihi summum imperium, summam auctoritatem, tu gubernacula reipublicæ petas fovendis hominum sensibus, et deleniendis animis, et adhibendis voluptatibus? Utrum lenocinium, inquit, a grege delicatæ juventutis,[b] an orbis terrarum imperium a populo Romano petebas? Horribilis oratio:[u] sed etiam usus,[c][x] vita, mores,[8] civitas ipsa respuit. Neque tamen Lacedæmonii, auctores istius vitæ atque orationis, qui quotidianis epulis[y] in robore accumbunt;[z] neque

[a] *Justum.* [b] *Multitudine juventutis luxuriosæ.* [c] *Consuetudo.*



mox *vitricos*; ψ *victrico*.—6 Ita e codd. Lamb. et recentt. post Ernesti; *gladiatorium* ceteri, etiam Græv. Mox, *nonne et illa* χ, Junt. *et illa p. f. et hic a c. non est remotus* Lamb. Mox, *munimina candidatorum* χ, Naug.—7 Cod. χ *vocare*. Mox, *tu summam auct.* Lamb. probante Ernestio.—8 Cod.

NOTÆ

locum distinctum, unde ludos gladiatorios spectare possent.

[s] *Magistratibus mandandis*] Mandare honores dicitur populus Rom. cum suo suffragio alicui magistratum concedit.

[t] *Petitionis causa*] Reponit Cicero Catoni non fas esse aliquem ad convivium vocare, ut quid ab eo petatur, si nefas est sibi benevolentiam voluptatibus conciliare. Hoc autem per dialogismum tractat ad Catonem irridendum.

[u] *Horribilis oratio*] Ironia qua fidem tam asperæ Catonis orationi detrahit simulatione quadam assentationis, ac quasi concepti metus, et horroris.

[x] *Sed etiam usus*] Hanc vitam asperam alienam a moribus Romanis esse contendit, utiturque dissimilium exemplorum collatione, Lacedæmoniorum videlicet et Cretensium, qui non melius quam Romani respub. suas conservarunt.

[y] *Quotidianis epulis*] Lacedæmonii præter quotidianas epulas convivia publica celebrabant, quæ Phitidia dicebantur; quæ non fiebant impensis publicis, sed ad quæ suam quisque partem conferebat. De his loquitur Cic. Tusc. Quæst. v.

[z] *In robore accumbunt*] Lacedæmonii non in lectulis, ut mos erat reliquo-

vero Cretes, quorum nemo gustavit unquam cubans,[9] [a] melius, quam Romani homines, qui tempora voluptatis laborisque dispertiunt, respublicas suas retinuerunt: quorum alteri, uno adventu nostri exercitus,[b] deleti sunt; alteri nostri imperii præsidio disciplinam suam[c] legesque conservant. XXXVI. 75. Quare noli, Cato, majorum instituta, quæ res ipsa,[1] quæ diuturnitas imperii comprobat, nimium severa oratione reprehendere. Fuit eodem ex studio[d] vir eruditus, apud patres nostros, et honestus homo et nobilis, Q. Tubero: is, cum epulum[e] Q. Maximus,[2] Africani patrui sui nomine, populo Romano daret, rogatus est a Maximo, ut triclinium[d] sterneret, cum esset Tubero ejusdem Africani sororis filius. Atque ille, homo eruditissimus, ac Stoicus, stravit pelliculis hædinis[3] lectulos Punicanos,[f] et exposuit vasa Samia;[g] quasi vero esset Diogenes Cynicus mortuus,[h] et non divini hominis Africa-

[d] *Cœnaculum.*

χ *mors.*—9 Idem codex *cibans.* Mox, *dispartiunt* C H T. Deinde, *delecti sunt* χ.

Cap. XXXVI. 1 Ita codd. Victorii, Gruteri, sex Oxonienses, Pall. Franc. Guelf. cum edd. Rom. Brix. Mediol. Ald. *res ipsa publica* ed. Wald. Grut. Græv. *res publica ipsa* Venet. 1480. Junt. *ipsa* deest in Venet. 1483. *instituta majorum res ipsa publica* Lamb. Mox, *imperii comparabat* ψ. Deinde, *homo* deest in Venet. 1480.—2 *Maximum* C. *Affranii* ψ. *populus R. daret* C. —3 C H ψ *edinis.* Paulo post, *hominis* deest in ψ. *potissimum* deest in H.

NOTÆ

rum Græcorum, sed in dura quapiam materia ac ligno accumbebant: per robur enim lignum intelligit.

[a] *Gustavit unquam cubans*] Cretes ne quidem in epulis accubabant.

[b] *Nostri exercitus*] Cretenses a Q. Metello victi sunt, qui iis leges imposuit. Ab hac victoria Creticus dictus est.

[c] *Disciplinam suam*] Cretenses a Lycurgo disciplinam suam acceperunt; quanquam Plutarchus ait Lycurgum a Creta ad suos leges detulisse.

[d] *Eodem ex studio*] Eandem doctrinam Stoicorum secutus est Q. Tubero, de quo loquitur lib. de Claris Orat. quem fuisse nepotem L. Pauli ait. Fuit autem Scipio Africanus Minor filius Pauli Æmilii, hujus nepos Maximus. Ita Maximus hic habuit patruum Scipionem, id est, fratrem patris sui Pauli.

[e] *Cum epulum*] Tubero publicum convivium in funere Scipionis dedit.

[f] *Lectulos Punicanos*] Lectuli Punicani viles sunt et abjecti, qualibus utebantur Africani olim, et Carthaginienses.

[g] *Vasa Samia*] Vasa Samia fictilia sunt, quæ in insula Samo fiebant.

[h] *Diogenes Cynicus mortuus*] Diogenes patria Sinopensis fuit, Antisthenis discipulus, qui abjecta omni solicitudine cibum suum in singulos dies

ni mors honestaretur; quem cum supremo ejus die[i] Maximus laudaret,[k] gratias egit Diis immortalibus, quod ille vir in hac republica potissimum natus esset; necesse enim fuisse, ibi esse terrarum imperium, ubi ille esset. Hujus in morte celebranda graviter tulit populus Romanus hanc perversam sapientiam[4][l] Tuberonis. 76. Itaque homo integerrimus, civis optimus, cum esset L. Pauli nepos, P. Africani, ut dixi, sororis filius, his hædinis pelliculis prætura dejectus est.[m] Odit populus Romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit: non amat[5] profusas epulas; sordes et inhumanitatem multo minus: distinguit rationem officiorum ac temporum; vicissitudinem laboris ac voluptatis. Nam, quod ais, nulla re allici hominum mentes oportere ad magistratum mandandum, nisi dignitate; hoc tu ipse, in quo summa est dignitas, non servas. Cur enim quenquam, ut studeat[e] tibi, ut te adjuvet, rogas? Rogas tu me, ut mihi præsis, ut committam ego me tibi. Quid tandem? istuc[6] me rogari oportet abs te, an te potius a me, ut pro mea salute laborem periculumque suscipias? 77. Quid? quod habes nomenclatorem,[n] in eo[7] quidem fallis et decipis: nam, si nomine

[e] *Faveat.*

—4 Cod. χ *sententiam.*—5 C *non amatus.* Mox, *et* deest in χ.—6 C H S χ *is tunc;* Venet. 1480. *istuc anne me, &c.* Mox, *labores* C. *periculum suscipias* T.—7 Lamb. *in quo.* Mox, pro *sin etiam,* Beck. e Lambini conjectura dedit *etiam si,* probante Ernesti; *sin etiam ut non noris* conj. Camer. *moris* ψ. Deinde, *cur ejus pacis* T. *curam petis* C S χ ψ. *cur ante pellis* codd.

NOTÆ

emendicabat: habitavit in portarum vestibulis; cumque se contorqueret in dolio, volubilem se habere domum jocabatur, et se cum temporibus immutantem. Obiit ferme nonagenarius.

[i] *Supremo ejus die*] Ultimus vitæ dies supremus dicitur.

[k] *Maximus laudaret*] Fabius Maximus, Scipionis frater, oratione funebri Africanum laudavit. Orationes autem ejusmodi a propinquis vulgo habebantur.

[l] *Perversam sapientiam*] Illam austeram Stoicorum sapientiam, seu philosophiam, perversam vocat, quia omnis humanitatis expers videbatur.

[m] *Prætura dejectus est*] Tubero in petitione præturæ repulsam passus est a populo propter illas sordes et avaritiam.

[n] *Nomenclatorem*] Nomenclator est

appellari abs te cives tuos, honestum est; turpe est eos notiores esse servo tuo quam tibi: sin etiam noris, tamen per monitorem appellandi sunt, cur ante petis, quam insusurravit? aut quid, cum admoneris, tamen, quasi tute[o] noris, ita salutas? quid, posteaquam es designatus, multo salutas negligentius? Hæc omnia ad rationem civitatis si dirigas, recta sunt; sin perpendere ad disciplinæ[8] præcepta velis, reperiantur pravissima. Quare nec[9] plebi Romanæ eripiendi fructus isti sunt ludorum, gladiatorum, conviviorum, quæ omnia majores nostri comparaverunt; nec candidatis ista benignitas adimenda est, quæ liberalitatem magis significat quam largitionem.

XXXVII. 78. At enim[p] te ad accusandum respublica adduxit. Credo, Cato, te isto animo, atque ea opinione venisse: sed tu imprudentia laberis. Ego quod facio, judices, cum amicitiæ dignitatisque[1] L. Murenæ gratia facio, tum me pacis, otii, concordiæ, libertatis, salutis, vitæ denique omnium nostrum causa facere clamo atque testor. [*p.* 143.] Audite, audite consulem, judices, nihil dicam arrogantius, tantum dicam, totos dies atque noctes de republica cogitantem. Non usque[2] eo L. Catilina rempublicam despexit atque contemsit, ut ea copia, quam secum eduxit, se hanc civitatem oppressurum arbitraretur: latius patet illius sceleris contagio, quam quisquam putat; ad

Lamb. *cur ante appellas* al. ap. eund. *quam inceravit* C S χ ψ. *quam narravit* H. *quam ulceravit* T. *iteravit* Mediol. Actutum, *a quid* C. *ad quid* ψ. *aut* deest in T. *quæso admoneris* in eodem; *cum admoreris* ψ. *tute nominis* T. Pro *quid*, C habet *quidem*; H S *enim*. Deinde, *postquam es* ψ. *multos salutas* Naug. Man. Hervag.—8 Cod. χ *ac disciplinæ*.—9 *Quare ne* C H S χ ψ.

CAP. XXXVII. 1 Cod. χ *dignitatis quod*. Mox, pro *nostrum*, tres codd. Oxon. habent *vestrum*. Deinde, pro *testor*, quod servant Memm. χ ψ, Venett. 1480. 1483. Hervag. Lamb. Grut. Græv. Verburg. *obtestor* vulgo legebatur ante Lamb.—2 Ita Naug. Cam. Hervag. Lamb. et recentt. *Non* deest in ple-

NOTÆ

is qui subjicit nomina civium ignotorum; quem tamen habuisse Catonem negat Plutarchus, cum etiam lege vetitum esset ne petitores haberent nomenclatorem.

o *Tute*] Id tu ipse per te, et non per alium noris.

p *At enim*] Jam aggreditur eam partem refutare, in qua dixerat Cato se reipub. causa Murenam accusare: cui Cicero respondet, se eum et ipsius, et reipub. causa defendere.

plures pertinet. Intus, intus,[3] inquam, est equus Trojanus;[q] a quo nunquam, me consule, dormientes opprimemini. 79. Quæris a me,[4] quid ego Catilinam metuam. Nihil: et curavi, ne quis metueret: sed copias illius, quas hic video, dico[5] esse metuendas: nec tam timendus est nunc exercitus L. Catilinæ, quam isti, qui illum exercitum deseruisse dicuntur: non enim deseruerunt; sed ab illo in speculis[6 r] atque insidiis relicti, in capite atque in cervicibus nostris restiterunt. Hi[7] et integrum consulem,[s] et bonum imperatorem, et natura, et fortuna, cum reipublicæ salute conjunctum, dejici de urbis præsidio, et de custodia civitatis, vestris sententiis, deturbari volunt: quorum ego ferrum et audaciam rejeci in Campo,[t] debilitavi in foro,[u] compressi etiam domi meæ[x] sæpe, judices; his vos si alterum consulem[y] tradideritis, plus multo erunt vestris sententiis, quam suis gladiis consecuti. Magni interest, judices, id quod ego multis repugnantibus[z] egi atque perfeci, esse Kalendis Jan.[8] in republica duo consules. 80. Nolite arbitrari, mediocribus consiliis, aut usitatis viis,



risque codd. et edd. vett. *Nusque* legitur in Memm. *hisque* ψ.—3 Alterum *intus* deest in T. *Trojanis* χ.—4 *Quæritis a me* in eodem cod.—5 Verbum *dico* deest in χ. Idem non habet *illum istum exer.*—6 C S ψ *in speluncis.*—7 *Hic* χ.—8 *Januariis* ψ. *Januarii* Oliv. Lall. *esse prid. Kal. Januarias* Ursin. e Quintil. VI. 1. ubi in cod. Barb. lacuna est. Mox, pro *duo*, quod e codd.

NOTÆ

[q] *Est equus Trojanus*] Equi Trojani egregie describitur historia apud Virgil. Æneid. II. ideoque nota omnibus. Sed tantum vult ostendere, non ab iis qui Catilinam secuti sunt, sed ab iis qui in civitate remanserunt, pertimescendum esse.

[r] *In speculis*] Speculæ loca sunt editiora, e quibus venientes prospiciuntur.

[s] *Integrum consulem*] Integer vitæ dicitur qui nulla labe sceleris infectus est.

[t] *Rejeci in Campo*] In Campo Martio rejecit impetus conjuratorum, quando in comitiis lorica tectus venit, et omnes se consuli adjunxerunt.

[u] *Debilitavi in foro*] Debilitavit in foro, cum tam vehementer concionatus est apud populum in Catilinam.

[x] *Compressi domi meæ*] Compressit domi, cum Cornelius eques Rom. et L. Vargunteius missi a Catilina sunt, quasi eum salutaturi; sed ut eum revera interficerent. Vide Orat. in Catil.

[y] *Alterum consulem*] Murenam.

[z] *Multis repugnantibus*] Catilina et ceteri conjurati nolebant esse consules Kalendis Januariis.

aut * non lex improba, non perniciosa largitio, non auditum aliquando aliquod malum reipublicæ quæritur.[9] Inita sunt in hac civitate consilia, judices, urbis delendæ, civium trucidandorum, nominis Romani exstinguendi. Atque hæc cives,[10] cives, inquam, (si eos hoc nomine appellari fas est) de patria sua et cogitant et cogitaverunt: horum ego quotidie consiliis occurro, audaciam debilito, sceleri resisto. Sed vos moneo,[11] judices: in exitu est jam meus consulatus:[a] nolite mihi subtrahere vicarium[a] meæ diligentiæ; nolite adimere eum, cui rempublicam cupio tradere incolumem, ab his tantis periculis defendendam. XXXVIII. 81. Atque ad hæc[1] mala, judices, quid accedat aliud, non videtis? te, te appello, Cato: nonne prospicis tempestatem anni tui? jam enim hesterna concione intonuit vox perniciosa [designati] tribuni,[b] collegæ tui; contra quem multum tua mens, multum omnes boni providerunt, qui te ad tribunatus petitionem vocaverunt.[c] 82. Omnia, quæ per

[a] *Successorem.*

suis dedit Lamb. *duos* exhibent C H S T χ, et edd. vett.—9 ‘ *Nolite arbitrari, &c.*] Sine dubio vitiosus est hic locus in vulgatis, idque agnoscunt viri docti, qui varias rationes emendandi inierunt, sicut et libri scr. variant. Ego puto, solum *aut* ante *non lex* vitiosum esse, idque natum a vitiosa interpunctione. Locum sic puto constituendum: *consules, nolite arbitrari, mediocribus consiliis aut usitatis viis. Non lex improba, &c.* Nempe mediocria consilia et usitatæ viæ sunt Ciceronis. Nam et alibi sic de se loquitur. Sin hoc non placet, dicamus post illud *aut* aliquid excidisse, (post quod et in Mss. quibusdam punctum est apud Gruterum) v. c. rem agi, remp. peti, &c. quod fortasse melius est.’ *Ernesti.* *Nolite arbitrari. Non mediocr. cons., aut usit. viis, non lex . . . quæritur* Memm. Lamb. *Nolite arbitrari mediocr. cons. aut usit. viis, aut lege improba, aut pernicioso ambitu largitionum usitatum aliquod malum rei p. quæritur* Junt. *Nolite arbitrari med. cons., aut us. viis, aut lege improba, aut perniciosa largitione auditum al. al. m. r. p. quæri* Crat. Naug. Græv.—10 *Atque hæc quæ si* C ψ. *Atque hæc quæ* T χ. Mox, pro *horum ego*, χ habet *ago hoc.*—11 *Sed moneo* sex codd. Oxonn. Paulo post, *defendam* χ.

Cap. XXXVIII. 1 *Atqui hæc* χ. *quid accidat* ψ. Mox, pro *te, te*, quod servant codd. Victorii, Pall. al. cum edd. Venet. 1480. 1483. Naug. Hervag. Manut. Lamb. Grut. et recentt. *te* habent aliæ edd. Pro *hesterna*, C T χ ψ legunt *externa*. Deinde, *tribuni* delevit Victor. quem secutus est Græv. qui et in Franc. non repererat. ‘ Malim *designati* deleri, quod et venit in men-

NOTÆ

[a] *In exitu est jam meus consulatus*] Proximis Kalendis Januariis consulatum deponebat Cicero.

[b] *Designati tribuni*] Metellus Nepos conjuratis favebat.

[c] *Te ad tribunatus petitionem vocaverunt*] Plutarchus scribit in vita Catonis, hunc ad sua prædia in Lucani-

hoc[2] triennium agitata sunt, jam ab eo tempore, quo a L. Catilina et Cn. Pisone [d] initum consilium senatus interficiendi scitis esse; in hos dies, in hos menses, in hoc tempus erumpunt. Qui locus est, judices, quod tempus, qui dies, quæ nox, cum ego[3] non ex istorum insidiis ac mucronibus, non solum meo, sed multo etiam magis divino consilio eripiar atque evolem? Neque isti me meo nomine interfici, sed vigilantem consulem de reipublicæ præsidio demovere[4] volunt: nec minus vellent, Cato, te quoque aliqua ratione, si possent, tollere:[b] id quod, mihi crede, et agunt, et moliuntur. Vident,[5] quantum in te sit animi, quantum ingenii, quantum auctoritatis, quantum reipublicæ præsidii: sed cum consulari auctoritate et auxilio spoliatam vim tribuniciam [e] viderint, tum se facilius inermem et debilitatum te oppressuros arbitrantur. Nam ne sufficiatur consul, non timent. Vident, in tuorum potestate collegarum fore: sperant sibi Silanum,[6] clarum virum, sine collega, te sine consule, rempublicam sine præsidio objici posse. 83. His tantis in rebus, tantisque in periculis, est tuum,[7] M. Cato, qui non mihi, non tibi, sed patriæ natus es, videre quid agatur, retinere adjutorem, defensorem, so-

[b] *Occidere.*

tem Lambino.' *Ernesti.* Pro *tua mens* ψ affert *tua vis.*—2 *Omnia, quæ propter hoc* ψ.—3 Cod. χ *tum ego.*—4 C *removere;* H ψ *divovere;* Naug. Hervag. Manut. *dimovere;* Lamb. *demoveri;* sed repetitiones Lamb. *demovere,* quod est etiam in Venett. 1480. 1483.—5 *Vide* χ. Mox, *te in tuorum* Lamb. *quam resp.* χ.—6 *Syllanum* C H.—7 Cod. ψ *est tum.* Mox, *non* ante *mihi*

NOTÆ

am, per otium, rusticationis gratia euntem, hoc consilio, statim ante vesperam ejus diei quo fuerat egressus, monentibus et rogantibus amicis, ex ipso itinere Romam revertisse, ut huic sese Metello et ejus furiosis consiliis opponeret, quem hoc ipso in itinere ad petitionem tribunatus Romam properare, primum resciverat.

[d] *A L. Catilina et Cn. Pisone*] Loquitur de prima conjuratione quæ Lepido et Volcatio coss. facta est. Vide Sallust.

[e] *Spoliatam vim tribuniciam*] Periculum Catonis cum Murenæ periculo conjungit: nam si damnetur Murena, dabitur occasio Catilinariis Catonem opprimendi: nam ipsi consul non aderit; nam in locum Murenæ nullus substituetur alius invitis tribunis, quia intercessione sua comitia impedient; et sic Silano, sibi sumendi collegam, potestatem auferent.

cium in republica, consulem non cupidum,[c] consulem (quod maxime tempus hoc postulat) [*p.* 144.] fortuna constitutum[8] ad amplexandum otium; scientia, ad bellum gerendum; animo et usu, ad quod velis negotium.

Quanquam hujusce rei potestas omnis in vobis sita est, judices; totam rempublicam vos in hac causa tenetis, vos gubernatis. XXXIX. Si L. Catilina[1] cum suo concilio[d] nefariorum hominum, quos secum eduxit, hac de re posset judicare, condemnaret L. Murenam; si interficere posset, occideret. Petunt enim[f] rationes illius, ut orbetur auxilio respublica; ut minuatur contra suum furorem imperatorum copia; ut major facultas tribunis[2] plebis[g] detur, depulso adversario, seditionis ac discordiæ concitandæ. Idemne[3] igitur delecti amplissimis ex ordinibus honestissimi atque sapientissimi viri judicabunt, quod ille importunissimus gladiator, hostis reipublicæ judicaret? 84. Mihi credite, judices, in hac causa non solum de L. Murenæ, verum etiam de vestra salute[4] sententiam feretis. In discrimen extremum venimus: nihil est jam, unde nos reficiamus, aut ubi lapsi resistamus: non solum minuenda non sunt auxilia,[5] quæ habemus, sed etiam nova, si fieri possit, comparanda. Hostis est enim non apud Anienem,[6][h] quod bello Punico

[c] *Avarum.* [d] *Cœtu.*



omittunt sex codd. Oxon. *natus esse* H χ ψ.—8 C *constitutus.*

CAP. XXXIX. 1 *Si Catilina* Quintil. v. 10. omisso prænomine. Apud eund. *suo* deest in cod. Barb.—2 H *tribuno.* Mox, *detur* deest in χ.—3 *Iidemne* C H S χ ψ. In fine periodi, pro *judicaret*, sex codd. Oxon. præbent *judicarit.*—4 H *de vestra sapientia.*—5 Cod. χ *minuenda sunt auxilia.*—6 *Ammenem* ψ. Paulo post, *in illo sicario* in eodem cod. Pro *ipsa inquam* χ

NOTÆ

[f] *Petunt enim*] Conjurati conantur perdere eum, et fortunas, et dignitatem.

[g] *Tribunis plebis*] Tribuni plebis, qui seditiones moliuntur, facilius ad exitum perniciosa sua consilia perducent, si Murenam a consulatu removeant.

[h] *Apud Anienem*] Bello secundo Punico, cum Capuam M. Fulvius obsideret, Hannibal, ut eum castra movere cogeret, subito consilium cepit ad urbem exercitum adducendi. Itaque castra locavit ad fluvium Anienem, ad tertium ab urbe lapidem. Vide Liv. lib. XXVI.

gravissimum visum est, sed in urbe, in foro: (Dii immortales! sine gemitu hoc dici non potest) non nemo etiam in illo sacrario reipublicæ,[i] in ipsa, inquam, curia non nemo hostis est.[k] Dii faxint,[e] ut meus collega, vir fortissimus, hoc Catilinæ nefarium latrocinium armatus opprimat! ego togatus,[7] vobis, bonisque omnibus adjutoribus, hoc, quod conceptum respublica periculum parturit, consilio discutiam et comprimam! 85. Sed quid tandem fiet, si hæc elapsa de manibus nostris, in eum annum, qui consequitur, redundarint? Unus erit consul,[l] et is non in administrando bello, sed in sufficiendo collega occupatus: hunc jam qui impedituri sint,[8] * * illa pestis immanis, importuna, Catilinæ prorumpet, qua poterit; et jam populo Romano minàtur: in agros suburbanos repente advolabit: versabitur in castris[9] furor, in curia timor, in foro conjuratio, in campo exercitus, in agris vastitas: omni autem in sede ac loco ferrum flammamque metuemus. Quæ jamdiu comparantur, eadem ista omnia, si ornata[f] suis præsidiis erit respublica, facile et magistratuum consiliis[10] et privatorum diligentia opprimentur.

[e] *Faciant.* [f] *Instructa.*

habet *qua.*—7 Voc. *togatus* deest in χ. *quod* ante *conceptum* deest in ψ. Paulo post, *redundarit* χ.—8 Junt. *hunc qui jam i. sunt;* ψ *nunc jam qui i. sint;* Lamb. *hunc jam qui i. sint, parati sunt;* Pantag. *hunc jam qui i. sint videtis;* Franc. et T *sunt.* In C H est lacuna; in S spatium duorum versuum; in Franc. lacuna trium versuum; in Pall. spatium unius lineæ. Mox, *importunæ* T. Verba *illa pestis immanis* desunt in Franc. *Catulina* Franc. C, Lamb. probante Ernestio. In Guelf. est lacuna post *qua poterit,* et abest *et jam populo.* Deinde, *perrumpet* C S ψ, Pall. 2. 3. 8. cod. Victor. et Venet. 1483. *qua po* [lacuna] *minatur* cod. Victor. Pall. 3. 8. *qua poterit, minabitur in agros* Pal. 1. *qua populo Rom. minatur* Pal. 2. et Franc. *po minatur* C. *p. r. minatur,* omissis *poterit* et *jam,* S χ. *potest minuatur* T. Denique, *advolavit* C χ ψ.—9 Verba *in castris* desunt in C, spatio relicto.—10 Cod. χ *consilii.* Mox, pro *oppri-*

NOTÆ

[i] *In illo sacrario reipub.*] Loquitur de curia quæ in loco sacrato semper habebatur propter sanctitatem consiliorum.

[k] *Non nemo hostis est*] Quis fuerit non indicatur; certum est quosdam tum e senatoribus, tum ex equitibus inter conjuratos fuisse, quos Sallustius nominat.

[l] *Unus erit consul*] D. Silanus solus erit consul, si Murena damnetur; quare non tam in reipub. administratione occupabitur, quam in consule altero sufficiendo; quia tribuni ple-

XL. 86. Quæ cum ita sint, judices, primum reipublicæ causa, qua nulla res cuiquam potior debet esse, vos, pro mea summa et vobis cognita in rempublicam[1] diligentia, moneo, pro auctoritate consulari hortor, pro magnitudine periculi obtestor, ut otio, ut paci, ut saluti, ut vitæ vestræ et ceterorum civium consulatis: deinde ego fidem vestram, vel defensoris[2] et amici officio adductus, oro atque obsecro, judices, ut ne hominis miseri, et cum corporis morbo, tum animi dolore confecti, L. Murenæ, recentem gratulationem[a] nova lamentatione obruatis:[3] modo maximo beneficio[b] populi Romani ornatus, fortunatus videbatur, quod primus in familiam veterem, primus in municipium antiquissimum,[c] consulatum attulisset;[4] nunc idem squalore sordidus, confectus morbo, [*p.* 145.] lacrymis ac mœrore perditus, vester est supplex, judices, vestram fidem[a] obtestatur, misericordiam implorat, vestram potestatem ac vestras opes intuetur. 87. Nolite, per Deos immortales! judices, hac eum re,[5] qua se honestiorem fore putavit, etiam ceteris ante partis honestatibus atque omni dignitate fortunaque privare. Atque ita vos Murena, judices, orat atque obsecrat, si injuste neminem læsit; si nullius aures volun-

[a] *Auxilium.*

mentur, Memm. exhibet *confirmentur*, quod est in codd. Victorii, Franc. C H S T χ, et Pall. tribus; *comprimentur* conj. Lamb. et sic e Pal. 3. legunt Grut. et Beck.

CAP. XL. 1 C H S T *republica*.—2 Ita nonnulli codd. Venet. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. Grut. 'Locus corruptus, in quo mire fluctuant codd.' *Orell.* *vel* uncis inclusit Beck. delevit Schutz. *et* pro *vel* dedit Lamb. in ed. 1566. *deinde ego fide vel def.* e duobus codd. Græv. *deinde ego fide def.* de Manutii conj. receperunt Matthiæ et Mœb. improbante Orell. *deinde per ego fidem vestram vos def.* conj. Garat. probante Orell.—3 Quatuor Pall. unus Victorii, Franc. et ψ *obstruatis*.—4 Cod. χ *attulisse*. χ ψ *squalor*. S *et sordidus*; C H *et sordibus*. Voc. *morbo* deest in C H S. Tum, pro *vester*, χ habet *vestri*; C H *videtur*. Pro *intuetur*, T χ *tuetur*.—5 Venet. 1483. *hac cum*

NOTÆ

bis seditiosi ipsi obsistent.

[a] *Recentem gratulationem*] Gratulatio ipsi facta est, cum e bello Mithridatico proxime rediit.

[b] *Maximo beneficio*] Consulatu ornatus est a populo.

[c] *Municipium antiquissimum*] Lanuvium pagus erat in Via Appia, at olim municipium a Diomede post eversam Trojam conditum; e quo prodiit Murena.

tatemve violavit; si nemini, ut levissime dicam, odio, nec domi, nec militiæ, fuit.[6] Sit apud vos modestiæ locus; sit demissis[b] hominibus perfugium,[7] sit auxilium pudori. Misericordiam spoliatio consulatus magnam habere debet, judices; una enim eripiuntur[8] cum consulatu omnia. Invidiam vero his temporibus habere consulatus ipse nullam potest; objicitur enim concionibus seditiosorum,[9] insidiis conjuratorum, telis Catilinæ: ad omne denique periculum, atque ad omnem invidiam solus opponitur. 88. Quare quid[10] invidendum Murenæ, aut cuiquam nostrum sit in hoc præclaro consulatu, non video, judices. Quæ vero miseranda sunt, ea et mihi ante oculos versantur, et vos videre et perspicere potestis. XLI. Si (quod Jupiter omen avertat!) hunc vestris sententiis afflixeritis;[c] quo se miser vertet? domumne? ut eam imaginem[1] clarissimi viri, parentis sui, quam paucis ante diebus laureatam[d] in sua gratulatione conspexit, eandem deformatam ignominia lugentemque videat? an ad matrem, quæ misera modo consulem osculata filium suum, nunc cruciatur et solicita est, ne eundem paulo post spoliatum omni dignitate conspiciat?

[b] *Supplicibus.* [c] *Damnaveritis.*

re; unde Garat. conj. *cum hac eum re.* Mox, *omni* deest in χ.—6 '*Atque ita vos M. &c.*] In hoc loco semper hæsi, et vereor etiam nunc, ne vitiosus sit. Nempe illud *ita* requirit in sequentibus *ut*, si id maxime intelligere velimus in consequente *sit apud vos modestiæ locus, &c.* Primum ante deberet esse *læserit, violaverit, fuerit:* deinde illa *sit apud vos, &c.* magis conveniunt Ciceronis personæ, quam Murenæ. Optimum et lenissimum remedium sit, punctum facere post *nec militiæ fuit.* Ita reliqua erunt Ciceronis. Atque ita feci. Sic est in edd. R. Br. Med. quanquam in istis edd. interpunctio non est certa et constans.' *Ernesti.* Scilicet vulgo post *militiæ fuit* colon, sive comma, ponebatur, ut *sit, &c.* cum anteced. jungatur. *Atque ita vos sic, L. Murena, &c.* Venet. 1480. *Atque ita vos sic Murena* C H S ψ, Venet. 1483. *Atque ita vos scilicet L. Murena* conj. Garat. *si Murena* χ. *Lu. Murena* T. *judices* deest in eodem cod. *sic injuste* C. *voluntatem* in eodem; *voluntatemque* H S.—7 C T *profugium.*—8 Cod. χ *eripuit.*—9 C *seditionum.* C H S *injuriis conjuratorum.*—10 *Quare qui* ψ.

CAP. XLI. 1 C *aut eam imaginem.* Paulo post, *ignominiamque* ψ. Pro

NOTÆ

[d] *Laureatam*] Qui triumphabant, lauro coronabantur: cum autem fuisset Luculli legatus, ut illius victoriæ, sic et gratulationis etiam, et gloriæ particeps esse debuit; ideoque laureatam ejus imaginem vocat.

89. Sed quid ego matrem, aut domum appello, quem nova pœna legis[e] et domo, et parente, et omnium suorum consuetudine conspectuque privat? Ibit igitur in exilium miser? quo? ad Orientisne partes,[f] in quibus annos multos legatus fuit, et exercitus duxit, et res maximas[2] gessit? At habet[d] magnum dolorem, unde cum honore decesseris,[3] eodem cum ignominia reverti. An se in contrariam partem[g] errarum tabdet, ut Gallia Transalpina, quem nuper summo cum imperio libentissime viderit, eundem lugentem, mœrentem, exulem videat? In ea porro provincia, quo animo C. Murenam, fratrem suum, aspiciet? qui hujus dolor! qui illius mœror erit! quæ utriusque lamentatio! quanta autem perturbatio[e] fortunæ atque sermonis, quod, quibus in locis paucis ante diebus factum esse consulem Murenam, nuntii literæque celebrassent, et unde hospites atque amici gratulatum Romam concurrerint,[4] repente eo accedat ipse nuntius suæ calamitatis! 90. Quæ si acerba, si misera, si luctuosa sunt,[5] si alienissima a mansuetudine et misericordia vestra, judices; conservate populi Romani beneficium; reddite reipublicæ consulem; date hoc ipsius pudori, date patri mortuo, date generi et familiæ, date etiam Lanu-

[d] *Id affert, &c.* — [e] *Commutatio.*

videat, χ affert *videatur.*—2 C H S χ *duxit a res maximas ;* ψ *duxit et res magnas.*—3 Ita Memm. Lamb. et recentt. *decesserit* C S T χ, Venett. 1480. 1483. Junt. Crat. Steph. Manut.—4 Guelf. a m. pr. *cucurrerint ;* C ψ *concurrerent.* Actutum, *repente excidet* codd. Victorii, Guelf. Franc. Pall. C T, Venett. 1480. 1483. *repente excident* H S. *repente excideret* χ. *repente eo excidet* vett. codd. ap. Lamb. unde ille r. *eo accedet ;* et sic legitur in Naug. Lectionem nostram exhibent Hervag. Junt. Manut. et recentt. Mox, *ille nuntius* C. *ipse* deest in χ.—5 Verbum *sunt* deest in eodem cod. *si al. mansuetudine,*

NOTÆ

[e] *Nova pœna legis*] Exilium significat, quo, nova lege lata, præter alias pœnas, mulctantur, qui ambitus crimine convincuntur.

[f] *Orientis partes*] In Asiam, quæ in parte Orientali sita est, legatus Luculli fuit.

[g] *In contrariam partem*] Pars Orienti contraria Occidentalis est. In hac autem parte fuit Gallia, quo prætorem ivisse superius dixit.

vio,[6] [h] municipio honestissimo; quod in hac tota causa frequens mœstumque vidistis. Nolite a sacris patriis [7] Junonis Sospitæ,[i] cui omnes consules facere necesse est,[k] domesticum et suum consulem potissimum avellere. Quem ego vobis (si quid habet aut momenti [8] commendatio, aut auctoritatis confirmatio[f] mea) consul consulem, judices, ita commendo, ut cupidissimum otii, studiosissimum bonorum, acerrimum contra seditionem, fortissimum in bello, inimicissimum huic conjurationi, quæ nunc rempublicam labefactat, futurum esse promittam et spondeam.

[f] *Affirmatio.*

omissa præpositione, H S. Deinde, pro *reipublicæ* χ habet *P. R.*—6 *Lanuvino* C H S ψ. *Lanivio* codd. Grævii, et nonnullæ edd. vett. Mox *tota* deest in H S χ. *causa* deest in C T.—7 C *patris.* Mox, *Suspitæ* Guelf. unde *Sispitæ* conj. Ernesti.—8 Cod. χ *habet momenti.* Mox, *ut* ante *cupid.* deest in C. *otii* deest in χ, pro quo ψ habet *hostis.* Denique, *studiosissimumque* C.

NOTÆ

[h] *Lanuvio*] In causis reorum veniebant e municipiis et e provinciis legati, ut pro reo deprecarentur.

[i] *Junonis Sospitæ*] Sospita Juno a servando dicta est. Hæc inprimis Lanuvii colebatur magna religione, ut docet Livius. Simulacrum fingebatur cum pelle caprina, hasta, et scutulo, et cum calceolis repandis. Hanc Junonem, cujus Lanuvii ædes erat, Romani etiam colebant: unde sæpe Romanos, apud Livium legitur, misisse Lanuvium, qui sacrificio Junonem Sospitam placarent.

[k] *Facere necesse est*] *Facere*, est sacrum facere: faciebant autem, cum magistratum consules inibant, Lanuvii Junoni Sospitæ.

M. TULLII CICERONIS

PRO L. FLACCO

ORATIO XXIV.

ARGUMENTUM.

Cæsare et Bibulo coss. accusatus est de repetundis L. Flaccus, qui Asiam triennium pro prætore obtinuerat, a D. Lælio. Inter ejus defensores (nam tum tribus fere actionibus causæ perorabantur, uti e Cicerone discimus) fuit Cicero; quo consule prætor fuerat Flaccus, Ciceronemque in vindicanda conjuratione juverat. Defensionis autem hæc est ratio, ut partim a superioris vitæ innocentia, a summis in rempubl. meritis ducatur, partim a Græcorum testium in universum omnium, tum horum inprimis, levitate, qui contra Flaccum testimonii dicendi causa ex Asia Romam venerant. In quo cum videretur eos offendere, aut certe minime consentientes habere, qui Græcos vehementer admirabantur, summo artificio magnam Græcis laudem concedit ingenii, inventarum et perfectarum artium, eloquentiæ, fidem autem negat. Diluuntur deinde etiam alia crimina; cum aurum avertisse, quod Judæi Hierosolymam mittere solebant quotannis, religionis causa, et civibus Rom. quibusdam injuriam fecisse, dicebatur.

[*Ed. Ald. p.* 146.] I. 1. Cum in maximis periculis hujus urbis atque imperii, gravissimo atque acerbissimo reipublicæ casu, socio atque adjutore consiliorum periculorumque meorum,[a] L. Flacco, cædem a vobis, conjugibus, li-

NOTÆ

[a] *Periculorum meorum*] Cicero expositus fuit maximis periculis, quando Catilina contra rempub. conjuravit; quorum particeps fuit Flaccus, quia prætor erat.

beris vestris, vastitatem a templis, delubris,[b] urbe, Italia depellebam; sperabam,[1] judices, honoris potius L. Flacci me adjutorem futurum, quam miseriarum deprecatorem. Quod enim esset præmium dignitatis, quod populus Romanus, cum hujus majoribus[c] semper detulisset, huic denegaret; cum L. Flaccus veterem Valeriæ gentis in liberanda patria laudem, prope[2] quingentesimo[d] anno reipublicæ, retulisset? 2. Sed si forte aliquando aut beneficii hujus obtrectator, aut virtutis hostis,[e] aut laudis invidus extitisset; existimabam, L. Flacco multitudinis potius imperitæ, nullo tamen cum periculo, quam sapientissimorum et lectissimorum[3] virorum judicium esse subeundum. Etenim, quibus auctoribus et defensoribus omnium tum salus esset non civium solum, verum etiam[4] gentium defensa ac retenta, neminem unquam putavi per eos ipsos periculum hujus fortunis atque insidias creaturum.[a] Quodsi esset

[a] *Neminem putavi periculum creaturum esse Flacco per eos, quibus auctoribus salus civium et gentium defensa esset.*

Cap. i. 1 Verbum *sperabam* deest in χ. Mox, Faërnus e codd. *honorum;* et sic Lamb. non improbante Grævio, improbante vero Ernesti. Franc. et edd. vett. servant *honoris.* Pro *deprecatorem* C habet *deprecaturum.*—2 Cod. χ *quoque.* Edd. ante Ernesti distinguunt, *prope q. anno, reipublicæ retulisset;* et sic Orell. *reipublicæ* dativum esse, regique a verbo *retulisset,* docet Huldr. Cf. Philip. i. 12.—3 Steph. omittit *et lectissimorum.*—4 C *sed etiam.* Mox, *per eos ipsos neminem unquam putavi* malit Ernesti. Deinde, *insidias*

NOTÆ

[b] *Delubris*] Servius ait delubrum ita appellari, quod sub uno tecto plura complectatur numina, quia uno tecto diluatur; alii delubrum esse volunt locum ante templum, ubi aqua currat, a diluendo dictum; alii, locum in quo simulacrum dedicatum sit, ut ita ab Dei dedicato simulacro delubrum cœperit dici.

[c] *Hujus majoribus*] L. hic Valerius Flaccus traxit originem e Publio Valerio Poplicola, qui pro libertate civitatis contra Tarquinium regem pugnavit; qui cum in suspicionem regni affectandi venisset, questus apud populum, quod de se aliquid timuisset, domum suam diruit; secures etiam demtis fascibus in populi concione submisit; legem de provocatione a magistratu ad populum tulit. Hinc Poplicola, quasi populi cultor, dictus est.

[d] *Prope quingentesimo*] A Valerio Poplicola ad præturam usque Valerii istius, quam gessit Cicerone consule, anni 666. numerantur; sed in istis supputandis non adeo accuratus est Cicero.

[e] *Virtutis hostis*] Virtus sæpe invidiam parit.

aliquando futurum, ut aliquis[5] de L. Flacci pernicie cogitaret; nunquam tamen existimavi, judices, D. Lælium, optimi viri filium, optima ipsum spe præditum summæ dignitatis, eam suscepturum accusationem, quæ sceleratorum civium potius odio et furori, quam ipsius virtuti atque institutæ adolescentiæ conveniret. Etenim cum a clarissimis viris justissimas inimicitias sæpe cum bene meritis civibus depositas esse[6] vidissem, non sum arbitratus, quenquam amicum reipublicæ, posteaquam L. Flacci amor in patriam perspectus esset, novas huic inimicitias, nulla accepta injuria, denuntiaturum. 3. Sed quoniam, judices, multa nos et in nostris rebus et in republica[7] fefellerunt; ferimus ea, quæ sunt ferenda: tantum a vobis petimus, ut omnia reipublicæ subsidia, totum statum civitatis, omnem memoriam temporum præteritorum, salutem præsentium, spem reliquorum,[b] in vestra potestate, in vestris sententiis, in hoc uno judicio positam esse et defixam putetis. Si unquam respublica consilium, gravitatem, sapientiam,[8] providentiam judicum imploravit; hoc tempore, hoc, inquam, tempore implorat. II. Non estis de Lydorum, aut Mysorum, aut Phrygum, qui huc compulsi concitatique venerunt, sed de vestra republica judicaturi, de civitatis statu, de communi salute, de spe bonorum omnium, si qua reliqua est etiam[1] nunc, quæ fortium civium mentes cogitationesque sustentet: omnia alia perfugia bonorum, præsidia innocentium, subsidia reipublicæ, consilia, auxilia, jura ceciderunt.[2] 4. Quem enim alium appellem? quem obtester?

[b] *Futurorum.*

curaturum Junt.—5 H *ut aliquid.* Mox, *de Lucii Flacci* χ. *tamen* deest in C. *D. Lentulum* in eodem cod. ‘Male distinguunt Crat. Garat. Beck. *præditum, summæ dign.* Cf. pro Sulla § 30.’ *Orell.* Deinde, *civium* deest in C. *atque sic institutæ* conj. Græv. *atque instituto* codex unus Faërni. ‘Plerique codd. *atque institutæ;* potest corruptum videri, cum adverbium aliquod, *præclare, honeste, sic,* desideretur. Attamen simile illud est Cluent. § 42.’ *Orell.* Vulg. est in octo Pall. *adolescente* T.—6 Verbum *esse* deest in ϛ. Mox, *postea L. Flacci* C. *amor* deest in χ. *persecutus esset* in eodem cod.—7 C *reipublicæ.* Pro *ferimus* idem habet *fecimus.* Paulo post, *memoriam* deest in eodem.—8 C omittit *sapientiam.* Actutum, *prudentiam* C S. *judicium* C T. *hoc tempore* desunt in C H S.

CAP. II. 1 C *si qua reliqua etiam.* Mox, *alia profugia* ϛ.—2 Ita codd. Ox-

quem implorem? Senatumne? at is ipse auxilium petit a vobis, et confirmationem auctoritatis suæ vestræ potestati permissam[3] esse sentit: an equites Romanos? judicabitis principes ejus ordinis quinquaginta,[e] quid cum omnibus senseritis: an populum Romanum? at is quidem omnem suam de nobis[4] potestatem tradidit vobis. Quamobrem, nisi hoc loco, nisi apud vos, nisi per vos, judices, non auctoritatem, quæ amissa est,[5] sed salutem nostram, quæ spe exigua extremaque pendet, tenuerimus; [*p.* 147.] nihil est præterea, quo confugere possimus; nisi forte, quæ res hoc judicio tentetur, quid agatur, cui causæ fundamenta jaciantur, judices, non videtis. 5. Damnatus est is,[f] qui Catilinam, signa patriæ inferentem,[g] interemit: quid est causæ, cur non is,[h] qui Catilinam ex urbe repulit,[6] pertimescat? repetitur ad pœnam, qui indicia communis exitii excepit: cur sibi confidat is, qui ea proferenda et patefacienda curavit? socii consiliorum, ministri, comitesque vexantur:



on. Guelf. Reg. duo Franc. Venett. 1480. 1483. aliæ vett. *occiderunt* Lamb. 1584. Grut.—3 H χ *commissam*.—4 Ita Memm. Lamb. Orell. Beck. Schutz. et sic conj. Faërn. *de bonis* exhibent codd. Oxon. Regg. al. cum reliquis edd. Pro *tradidit*, quod servant codd. Faërni, Pall. nonnulli, quatuor Oxon. Venett. 1480. 1483. Lamb. Grut. et recentt. *tradit* nonnulli Pall. T ς. *cecidit* Gruteri cod. *credidit* conj. Beck. Deinde, *nobis* ς.—5 Cod. χ *commissa est*. Mox, *nihil est propterea* C. Deinde, *non videbitis* ς.—6 Pantag. et Lamb. e codd. *expulit*. Mox, *rapitur ad pœnam* Pall. 5. 7. 8. C H S ς χ, al. ap. Grut. item edd. Venett. 1480. 1483. Naug. Hervag. Manut. *reperitur ad pœnam* T, Pal. 6. *petitur ad pœnam* Pal. 4. al. ap. Faërn. *qui judicia* C S T. *exitii cepit* C H S T χ, Venett. 1480. 1483. Naug. Hervag. Manut. *ex. excepit* cod. unus

NOTÆ

[e] *Principes ejus ordinis quinquaginta*] Cum soli senatores lege Cornelia, quam Cornelius Sulla tulerat, judicarent, L. Aurelius Cotta prætor ad populum tulit, ut tres ordines simul judicarent; id est, ex senatorio, ex equestri, et ex plebeio judices assumerentur. E plebe tribuni ærarii assumti sunt.

[f] *Damnatus est is*] C. Antonius, Hybrides dictus, patruus Marci Antonii, collega fuit Ciceronis; quem Cicero pactione provinciæ Macedoniæ reipub. devinxit. Hic post administratam provinciam accusatus fuit a M. Cœlio, et damnatus.

[g] *Patriæ inferentem*] Antonius missus est contra Catilinam et Manlium, qui bellum reipub. inferebant.

[h] *Cur non is*] Cicero ait sibi timendum esse, qui profugere ex urbe Catilinam coëgit, ne damnetur quoque sicut damnatus est Antonius, et ut damnare volunt Flaccum, qui indices conjurationis Allobroges Romam adduxit.

quid auctores,[i] quid duces, quid principes sibi expectent?[7] Atque utinam inimici nostri[8] ac bonorum omnium, mecum potius[k] contendant! utrum tum omnes boni, duces nostri, an comites fuerint ad communem conservandam salutem *

Permulta desunt.[9]

Faërn. Memm. et edd. recentt. *qui ea perferenda* χ.—7 C *expectentur;* T *expectantur.*—8 C S ς *vestri.* Pro *mecum* C H S afferunt *me tu;* unde *metu* conj. Beck. Mox, pro *contendant,* C H S T habent *tum est;* χ *aut est;* ς *contenderint.* Al. ap. Græv. *contendunt, utrum tamen o. b. d. n. an comites;* Ven. 1480. 1483. Mediol. *tum est utrum tum o. b. d. n. an, &c.* Pro *tum,* C H S habent *cum.* Voc. *duces* deest in χ. *nostri* deest in H. *vestri* habent C S. Pro *an* T habet *ante.*—9 'In C H S T nulla est lacuna; neque vero hic multa deesse videntur.' *Beck.* Fragmentum quod sequitur e cod. Ambrosianæ biblioth. Mediol. nuper eruit Angelus Maius, ediditque in libello sic inscripto: 'M. T. Ciceronis trium Orationum pro Scauro, pro Tullio, pro Flacco partes ineditæ cum antiquo scholiaste item inedito ad Orat. pro Scauro, invenit, recensuit, notis illustravit Angelus Maius Biblioth. Ambros. a linguis Oriental. Mediol. 1814.' Recus. Francof. ad Mænum 1815. * * * *externum*[1] *cum domestica vita naturaque extarent. Itaque non patiar, D. Læli, te tibi hoc sumere, atque hanc ceteris in posterum, nobis in præsens tempus legem et conditionem constituere.* * * * *Cum adolescentiam notaris, cum reliquum tempus ætatis turpitudinis maculis consperseris, cum privatarum rerum ruinas, cum domesticas labes, cum urbanam infamiam, cum Hispaniæ, Galliæ, Ciliciæ, Cretæ, quibus in provinciis non obscure versatus est, vitia et flagitia protuleris, tum denique quid Tmolitæ*[2] *et Loreni de L. Flacco existiment audiemus. Quem vero tot tam gravesque provinciæ salvum esse cupiant, quem plurimi cives tota ex Italia devincti necessitudinis vetustate*[3] *defendant, quem hæc communis omnium nostrorum patria propter recentem summi beneficii memoriam complexa teneat, hunc etiamsi tota Asia deposcit ad supplicium, defendam, resistam. Quid? si neque tota, neque optima,*[4] *neque incorrupta; neque sua sponte, nec jure, nec more, nec vere, nec religiose, nec integre? si improvisa, si solicitata, si concitata, si coacta, si impia, si temere, si putide, si inconstanter nomina misit in in hoc judicium per egentissimos testes; ipsa autem nihil queri v* * * * *de injuriis potest? Tamenne judices, hæc ad breve tempus audita longinqui temporis cognitarum rerum fidem derogabunt? Tenebo igitur hunc ordinem defensor, quem fugit inimicus et accusatorem urgebo atque insequar, et ultro crimen ab adversario flagitabo. Quid est, Læli, numquid ea* * * *vere dicis?*[5] *Qui quidem non in umbra neque in illius ætatis disciplinis artibusque versatus est. Etenim puer cum patre consule ad bellum est profectus. Nimirum etiam hoc ipso nomine aliquid* * * *usus* * Hoc fragm. hoc loco inseruerunt Heinrichius, Schutz. Peyronius, Beier, et Orell. Hic variantes aliquot addidit, quas, pleniores tamen, subjungere licet: [1] [*Quid attinuit adhibere testimonium*] *externum* Heinrich. ex ingenio, quem sequitur Orell. Mox, *conditionemque statuere,* [*ut defensiones nostras ad accusatorum arbitrium accommodemus, non veniamus ad illam contentionem, ad quam nos causa ipsa deducit.*] Heinrich. et Orell.—[2] Ita, de conj. Maii, Beier,

NOTÆ

[i] *Quid auctores*] Indicat quod si illi qui minus occupati sunt in Catilinæ conjuratione opprimenda rapiuntur ad pœnam, ii metuere debent, qui auctores fuerunt bonorum omnium consiliorum.

[k] *Mecum potius*] Optat ut potius secum contendant quam cum Flacco, qui nihil nisi Cicerone auctore fecit.

III. 6. Hunc igitur virum, Læli, quibus tandem rebus oppugnas?[a] Fuit, P. Servilio[a] imperatore, in Cilicia tribunus militum:[b] ea res siletur. Fuit M. Pisoni quæstor[c] in Hispania: vox de quæstura[d] nulla missa est.[b] Bellum Cretense ex magna parte gessit, atque una cum summo imperatore[e] sustinuit:[f] muta est[1] hujus temporis accusatio. Præturæ jurisdictio,[g] res varia et multiplex[h] ad suspiciones

[a] *Accusas.* [b] *Nullus male locutus fuit de eo.*

Schutz. et Orell. *Molitæ* cod. Ambros. Actutum, *et Lorymeni* de Heinrichii conj. Beier, et Orell.—[3] Ita Schutz. non monito lectore; *necessitudine ac vetustate* Orell. *necessitudinum vetustate* conj. Mai. *necessitudine ac nominis vetustate* suspicabatur Peyron. *necessitudine ac vicinitate* Beier. *necessitudine ac vetustatem* habet cod. Ambr. ''Vetustas' plane hic ponitur pro 'vetusta amicitia,' sive 'consuetudine,' ut in Planciana cap. 40. ubi consule Garat.' *Orell.*—[4] Ambr. *optimos;* Peyr. conj. *optima pars;* Maii *optime;* Schutz. Orell. Beier, *optima.* Actutum, *incorruptos* Ambr. *incorrupte* Maii; *incorrupta* Schutz. Orell. Beier. Pro *si improvisa,* Heinric. Peyr. Beier, Orell. legunt *si impulsa.* Pro *si impia,* Orell. de conj. dedit *si impie.* Pro *putide,* Heinric. Peyr. Beier, Orell. *cupide.* Deinde, *nomen suum misit* Heinric. Peyr. Beier, Orell. *vere de injuriis* in iisdem.—[5] *Læli? Numquid adolescentium L. Flacci notasti?* Orell. cum Heinric. *Numquid ead * * d * * ea * * f * * * no* Ambr. ap. Peyr. *Numquid * * * ea * * * * vere * * * dicis* Maii. Mox, *qui equidem* Ambr. Heinric. Peyr. *qui quidem* est de conj. Beier. Denique, *aliquid, quia sus[piciose dici poterat, criminabare]* Heinric. et Orell.

CAP. III. 1 C S *invita est;* T *mutata est.* Mox, *at vero* codd. plerique, omnes ap. Faërn. Guelf. sex Pall. duo Franc. Barb. C S T ς, ed. Wald. *ab*

NOTÆ

[a] *P. Servilio*] P. Servilius proconsul Isauros in Cilicia domuit, et inde Isauricus appellatus est.

[b] *Tribunus militum*] In legione decem erant cohortes. Primæ cohorti præerat tribunus militum, utpote virtute bellica ceteris superior. Tribunatus militaris primus aditus fuit ad honores, inde enim fiebant quæstores, deinde ædiles, &c.

[c] *M. Pisoni quæstor*] Quæstores cum prætoribus in provincias mittebantur. Is Piso Pupius dictus est, qui biennio post Ciceronem consulem consul fuit, et Q. Metello Cretico, et Q. Hortensio coss. triumphavit ex Hispania, quam postea provinciam coss. Crasso et Pompeio obtinuit, ex qua priore anno Metellus et Pompeius victores discesserant.

[d] *Vox de quæstura*] Ita sancte se gessit in quæstura, et aliis primis muneribus, ut de iis nulla sit accusatio.

[e] *Summo imperatore*] Secutus est Metellum, qui, devicto a Cretensibus Antonio, totam insulam vi ferroque populatus, nihil de tam insigni victoria, quam cognomen Creticum, reportavit. Vide Flor. lib. III.

[f] *Sustinuit*] Cum Flaccus legatus esset Metello in eo bello, partem laborum sustinuit.

[g] *Præturæ jurisdictio*] Cicerone consule prætor urbanus fuit Flaccus, ideoque jurisdictionem exercuit inter cives.

[h] *Varia et multiplex*] Prætor, nisi

et simultates,[i] non attingitur: ea vero, in summo et periculosissimo reipublicæ tempore,[k] etiam ab inimicis laudatur. At a testibus[2] læditur. Antequam dico, a quibus,[l] qua spe, qua re[3] concitatis, qua levitate, qua egestate, qua perfidia, qua audacia præditis; dicam de genere universo, et de conditione omnium nostrum. Per Deos immortales! judices, vos, quomodo is, qui anno ante Romæ jus[4] dixerat, anno post[m] in Asia jus dixerit, a testibus quæretis ignotis?[n] ipsi conjectura nihil judicabitis?[o] In tam varia jurisdictione, tam multa decreta, tot hominum gratiosorum[p] læsæ[5] voluntates: quæ est unquam jacta non suspicio, quæ tamen solet esse falsa,[q] sed iracundiæ vox,[c r] aut do-

[c] *Nemo eum accusat de hoc tempore.*

inimicis eadem prætura laudatur plurimi etiam codd. ap. Faërn. et Lamb. *ab inimicissimis* Pall. 2. 3. H χ. Manut. maluit *Et vero, &c.* legi.—2 *At Asiatica a testibus* conj. Pantag. probante Ursino. Grutero plura h. l. desiderari videntur.—3 Ita codd. Faërn. Pall. duo Franc. Barb. Guelf. T, et ed. Wald. item Lamb. Græv. et recentt. *qua spe, qua vi, qua re* quatuor codd. Oxonn. Venett. 1480. 1483. Junt. Crat. Lamb. 1566. *qua spe quam qua re* χ. *qua re* suspecta Beckio et Schutz. Pro *qua levitate*, χ habet *quale vita.*—4 Pro *jus* H affert *civis.* Verba, *jus dixerat, a. p. in A. jus dixerit* desunt in T. *jus* altero loco omissum est in C. Pro *dixerit*, H S χ dant *dixerat.*—5 ' Post

NOTÆ

vir bonus sit, aut amicitia aut pecunia corruptus sententiam feret.

[i] *Et simultates*] Qui condemnati sunt, in odium contra prætorem facile veniunt.

[k] *Periculosissimo reipub. tempore*] Præturam exercuit conjurationis Catilinariæ tempore, quo tota civitas scissa erat odiis.

[l] *A quibus*] Mores eorum describit, qui testes contra Flaccum producti sunt, qui facile corrumpi pecunia potuerunt.

[m] *Anno post*] Completo præturæ anno Romæ, profectus est in Asiam, ubi anno tantum jus dixit in Asia, cum alii in aliis provinciis triennium dixerint.

[n] *Ignotis*] Queritur Cicero, quod Græci, qui Romæ ignoti sunt, et quorum fides Romanis hominibus semper suspecta fuit, producantur testes contra Flaccum.

[o] *Ipsi conjectura nihil judicabitis*] Ostendit Cicero quod de probitate Flacci ex gesta Romæ prætura sumenda sit conjectura; nam cum varia ac multiplex ei occasio fuerit male judicandi, aut accipiendi pecuniam pro judiciis, nunquam tamen reprehensus est a quoquam.

[p] *Gratiosorum*] Gratiosi dicuntur, qui in gratia sunt apud alios propter merita et beneficia sua; quibus læsis, facile læduntur, præcipue quando condemnati sunt.

[q] *Solet esse falsa*] Facile plebs imperita in suspicionem venit, quæ sæpe falsa est.

[r] *Iracundiæ vox*] Non silent qui se

loris? 7. Et is est reus avaritiæ,[d] qui in uberrima re turpe compendium,[e] in[6] maledicentissima civitate, in suspiciosissimo negotio, maledictum omne,[s] non modo crimen effugit? Prætereo[7] illa, quæ prætereunda non sunt; nullum hujus in privatis rebus factum avarum, nullam in re pecuniaria contentionem, nullam in re familiari sordem[t] posse proferri. Quibus igitur testibus ego hosce[8] possum refutare, nisi vobis? 8. Timolites[9][u] ille vicanus, homo non modo nobis, sed ne inter suos quidem notus, vos docebit, qualis sit L. Flaccus? quem vos modestissimum adolescentem, provinciæ maximæ sanctissimum virum, nostri exercitus fortissimum militem, diligentissimum ducem, temperatissimum legatum quæstoremque cognoverunt? quem vos præsentes constantissimum senatorem, justissimum prætorem, atque amantissimum[10] reipublicæ civem judicastis? IV. 9. De

[d] *Repetundarum.* [e] *Lucrum.*

læsæ excidisse puto *sunt.*' Orell.—6 Præpositio *in* deest in C. Lambinus edidit, *in maledic. civ. maledictum omne, in susp. n. omnem suspicionem, non modo, &c.* contra omnes codd. et edd. vett. *in susp. genere negotio* T.—7 *Præterea* C. *quæ prætermittenda* H.—8 Cod. χ *hostes.* Mox, post *refutare* Venett. 1480. 1483. addunt *testes.*—9 *Tmolites* Lamb. et Orell. *molites* C H S T. *Ti. Molites* ς χ. Pro *vicanus* Lamb. de conjectura Turnebi Advers. XXX. 4. legit *Nicenus;* C habet *inlevicanus;* T *ille vitanius;* Pall. 1. 4. *ille vitanus.* Vulgg. est in reliquis Pall. Paulo post, *vestri exercitus* C H S χ. Deinde, *temperantissimum* Lamb. et Garat. *cognorunt* Faërn. et Lamb. *cognoverint* al. ap. Faërn. *cognoverit* Barb.—10 Ita Ernesti e vestigiis Guelf. pro vulg. *ac aman-*

NOTÆ

læsos a judice arbitrantur: itaque si nemo questus sit de Flacco, reus accusari non debet, præsertim cum tenuerit eam jurisdictionem, in qua maximum, licet infamem, quæstum facere potuisset.

[s] *Maledictum omne*] Tam purus est Flaccus, et integer, ut nullum non modo crimen, sed ne maledictum quidem ullum in maledica civitate conjectum sit.

[t] *Sordem*] Vix hæc vox in singulari usurpatur: et inelegantiam significat, et avaritiam in re familiari.

[u] *Timolites*] Tmolus mons in Lydia fuit, qui a Latinis Timolon dictus est, ubi fuit vicus, et patria Timolitæ illius. Sicut vero oppidanus ab oppido dicitur, ita a vico vicanus. Quædam domus in urbe, et extra urbem, vici dicuntur. Vici sunt alii in urbe, qui urbani; alii extra urbem, qui pagani dicti sunt. Ostendit autem hominis ignoti testimonium non esse anteponendum communi judicio, quod de eo fit a civibus, a provinciis, &c.

quibus[1] vos aliis testes esse debetis, de iis ipsi alios testes audietis? At[2] quos testes? primum dicam (id quod est commune) Græcos:[x] non quo nationi huic ego unus maxime fidem derogem;[f] nam, si quis unquam de nostris hominibus a genere isto, studio ac voluntate non abhorrens fuit, me et esse arbitror, et magis etiam tum, cum plus erat otii,[y] fuisse: sed sunt in illo numero multi boni, docti, pudentes, qui ad hoc judicium deducti non sunt; multi impudentes,[3] illiterati, leves, quos variis de causis video concitatos. [*p.* 148.] Verumtamen hoc dico de toto genere Græcorum: tribuo illis literas, do[4] multarum artium disciplinam, non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam: denique etiam,[5] si qua sibi alia sumunt, non repugno: testimoniorum religionem[z] et fidem nunquam ista natio coluit; totiusque hujusce rei quæ sit vis, quæ auctoritas, quod pondus, ignorant. 10. Unde illud est, 'Da mihi testimonium mutuum?' num Gallorum, num[6] Hispanorum putatur? totum istud Græcorum est; ut etiam, qui Græce nesciunt, hoc, quibus verbis a Græcis dici soleat,[a] sciant. Itaque videte, quo vultu, qua confidentia

[f] *Detraham.*

tissimum; Græv. e cod. Franc. 2. ed. 1472. et ed. Wald. dedit *et amantissimum;* Grævium secutus est Lallem. *atque* habent etiam C H S.

CAP. IV. 1 *De quibus* desunt in χ. Voc. *testes* secundo loco deest in χ. —2 *Atque* C H S. Mox, *hominibus* deest in χ. Paulo post, *tum* deest in C. Deinde, *sed si sunt* C H S.—3 Ita Naug. Hervag. Lamb. et recentt. *prudentes . . . imprudentes* Barb. H S T, Venett. 1480. 1483. *prudentes . . . impudentes* ς χ. Pro *judicium* χ habet *studium.* H ς χ *deducti non sint.*—4 Pro *do* χ habet *de.*—5 Barb. *deinde etiam.* Mox, *aliqua s. n. r. t. legionem* C.—6 Ed. Wald.

NOTÆ

[x] *Græcos*] Non de iis Græcis loquitur qui provincias Græciæ, sed de illis qui in Asiam profecti, colonias tenuerunt; quæ gentes propter vanitatem et impudentiam ab omnibus, et a Romanis præcipue, contemtæ sunt. Eorum itaque testimonium sanctius Romanorum testimonio haberi non debet.

[y] *Cum plus erat otii*] Cum juvenis erat Cicero, neque adhuc ad rem. pub. accesserat, Græcis plurimum delectabatur.

[z] *Religionem*] Nunquam coluerunt Græci jurisjurandi religionem, quæ summa fuit apud Rom. testes enim jurabant: qui autem jurat, testem Deum facit: jusjurandum autem aliud nihil est quam religiosa, teste Deo, affirmatio.

[a] *A Græcis dici soleat*] Ea autem sunt, ut putat Erasmus, Δάνεισόν μοι

dicant; tum intelligetis, qua religione dicant. Nunquam nobis[7] ad rogatum[g] respondent; semper accusatori plus, quam ad rogatum: nunquam laborant, quemadmodum probent, quod dicunt; sed quemadmodum se explicent[h] dicendo. Iratus Flacco[b] dixit M. Lurco, quod (ut ipse aiebat[8]) libertus erat ejus turpi judicio condemnatus: nihil dixit, quod læderet eum, cum cuperet; impediebat enim religio: tamen id, quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore et pallore dixit! 11. Quam promtus homo P. Septimius![9] [c] quam iratus de judicio, et de villico! tamen hæsitabat; tamen ejus iracundiæ religio nonnunquam repugnabat. Inimicus M. Cœlius,[d] quod, cum in re manifesta putasset nefas esse, publicanum[e] judicare contra publicanum, sublatus erat[f] e numero recuperatorum:[g] tamen tenuit se, neque attulit in judicium quicquam ad læ-

[g] *Interrogationem.* [h] *Expediant.*

non Gallorum non. Paulo post, *sciunt* C. *dicunt* χ.—7 C ς *vobis.*—8 Cod. χ *agebat.* Pro *libertus* C χ habent *liberatus.* Mox, *quod læderat* T. Actutum, *eum* omittunt plurimi codd. Vatt. ap. Faërn. Memm. Franc. 1. 2. Barb. Guelf. et ed. Wald. *eum* servant meliores Pall. *nihil d. quo læderet, cum, &c.* conj Lamb. *quem cuperet* codd. ap. H. Steph.—9 *Servilius* C S. Mox, *de* ante *villico* deest in Venett. 1480. 1483.

NOTÆ

μαρτυρίαν· tamen ille credit dici oportere *Χρῆσόν μοι μαρτυρίαν.* Videtur tamen Cicero respexisse ad illa verba, *Δός τι καὶ λαβέ τι,* id est, *Da, et accipe.*

[b] *Iratus Flacco*] Marcus Lurco testimonium dixit in Flaccum, iratus ei, quod libertus condemnatus fuisset ab eo accepta pecunia. At id dixit solicite et anxie. Confert autem hic Romanos homines cum Græcis, et curam illorum in dicendis testimoniis, cum Græcorum levitate.

[c] *P. Septimius*] Profert aliud exemplum Septimii, qui cum iratus Flacco fuisset quod ejus villicum condemnasset, tamen metu religionis hæsitare videbatur.

[d] *Inimicus M. Cœlius*] Eques Romanus fuit ille Cœlius, et illius parens fortasse, qui a Cicerone defensus est.

[e] *Publicanum*] Publicani dicebantur qui publica vectigalia pop. Rom. et ultro tributa, quæstus sui causa, conducebant, sive in Italia, sive in provinciis. Ex equestri ordine omnes fere assumebantur.

[f] *Sublatus erat*] Ipse Cœlius.

[g] *Recuperatorum*] Recuperatores dicuntur judices a prætore constituti, ut cognoscant eorum causas, qui spoliatos se, aut vi dejectos dicunt, ut eorum judicio illi suum recuperent.

dendum, nisi voluntatem. V. Hi si Græci fuissent, ac nisi nostri mores[1] ac disciplina plus valerent, quam dolor ac simultas; omnes se spoliatos, vexatos, fortunis eversos esse dixissent. Græcus testis[h] cum ea voluntate processit, ut lædat; non jurisjurandi, sed lædendi verba meditatur: vinci,[i] refelli, coargui putat esse turpissimum: ad id se parat; nihil aliud curat. Itaque non optimus quisque, nec gravissimus,[2] sed impudentissimus loquacissimusque deligitur. 12. Vos autem in privatis minimarum rerum judiciis testem diligenter expenditis:[a] etiam si formam hominis, si nomen, si tribum[k] nostis, mores tamen exquirendos putatis: qui autem dicit testimonium ex nostris hominibus, ut se ipse sustentat! ut omnia verba moderatur! ut timet, ne quid cupide,[l] ne quid iracunde, ne quid plus minusve, quam sit necesse, dicat! Num illos item[4] putatis? quibus jusjurandum jocus est; testimonium ludus;[m] existimatio vestra tenebræ;[n] laus, merces, gratia, gratulatio proposita est omnis in impudenti mendacio. Sed

[a] *Examinatis.*

CAP. V. 1 H S *majores.* Mox, *plus valeret* χ. *se eversos esse* H S χ. Pro *processit*, quidam ap. Lamb. legi malunt *procedit.* Verba *sed lædendi* desunt in T. *nil aliud curat* C.—2 C *neque grav.* Mox, *sed imprudentissimus* T. *sed impudicissimus* quædam edd. ap. Faërn.—3 C *nostris.* Mox, pro *qui autem*, quod exhibent codd. Faërni, C H S ς χ, edd. fere vett. *qui cum* habet ed. Wald. *qui tum* plerique Pall. codd. Victor. Franc. et Barb. *sustentatur* C.—4 Ita Guelf. et ς. *idem* habent edd. vett. Mox, pro *tenebræ*, Ant. Augustin. conj. *tricæ.* Pantag. conj. *existimatio verba; tenebræ laus; merces.* Pro *merces*, ς habet *mentes.* Pro *omnis*, Grævius conj. *omnibus*, quod habet et Guelf.

NOTÆ

[h] *Græcus testis*] Jam ostendit quanta sit Græcorum testium improbitas.

[i] *Vinci*] Si testimonio Græci non creditur, putat id sibi vitio verti; quare meditatur verba quæ in ferendo testimonio proferre debet, ut vinci, &c. non possit, et mendacium defendat.

[k] *Si tribum*] Tribus populi Rom. erant omnino 35. in quas universus ille populus divisus fuit.

[l] *Cupide*] Testis Romanus timet ne quid dicat offendendi cupiditate.

[m] *Testimonium ludus*] Proverbialis figura de iis quæ parvi fiunt: qualis est apud Græcos religio testium.

[n] *Tenebræ*] Alia proverbialis figura de rebus levissimis; nisi velit Cicero significare, a Græcis lucem dignitatis populi Romani contemni.

non dilatabo orationem[o] meam; etenim potest[5] esse infinita, si mihi libeat totius gentis in testimoniis dicendis explicare vanitatem: sed propius accedam: de his vestris testibus dicam. 13. Vehementem[6] accusatorem[p] nacti sumus, judices, et inimicum in omni genere odiosum ac molestum; quem spero[q] his rebus fore magno usui et amicis et reipublicæ; sed certe inflammatus incredibili cupiditate, hanc causam accusationemque suscepit. Qui comitatus in inquirendo![r] comitatum dico? immo vero quantus exercitus! quæ jactura! qui sumtus! quanta largitio! Quæ quanquam utilia sunt[7] causæ, timide tamen dico; quod vereor, ne Lælius ex his rebus,[s] quas sibi suscepit gloriæ causa, putet aliquid, oratione mea, sermonis in sese, aut invidiæ esse quæsitum. VI. Itaque hanc partem totam relinquam: tantum a vobis petam, judices, ut, si quid ipsi audistis communi fama atque sermone, de vi, de manu,[t] de armis, de copiis; memineritis, quarum rerum invidia, lege hac[1]

proposita suspectum est Ernestio; *posita* dedit Oliv.—5 Ita Guelf. Franc. 1. 2. Barb. S T ς χ, al. ap. Faërn. Venett. 1480. 1483. Lamb. *posset* Mediol. Naug. Grut. al. ante Ernesti. Mox, *si* deest in C. Pro *vanitatem*, C H S ς χ habent *levitatem*; T *veritatem*, *lenitatem*; Barb. *veritatem*, *levitatem*, quod Garat. judicat extitisse e duabus lectt. conjunctis. Actutum, *sed proprius* T. *sed propius de his* duo Pall. *accedam* omittitur in χ. Pro *vestris*, H S T χ *nostris*.—6 *Vehementissimam* H χ. Paulo post, *his verbis fore* plurimi codd. *his moribus fore* conj. Faërn. *his virtutibus fore* conj. Lamb. Deinde *vero* post *immo* deest in T et Barb. *vere* habet S. *exercitusque jact.* χ. *quis sumtus* Barb. et Venet. 1480. *quantaque largitio* χ. *quanta religio* Guelf.—7 Cod. χ *sint*.

CAP. VI. 1 Pronomen *hac* deest in χ. *ac* habet C. Pro *certus est*, Faërn. conj. *certus sit*, quod recepit Beck. Actutum, *inquisitori comitum* conj. Pan-

NOTÆ

[o] *Dilatabo orationem*] Non vult dilatare orationem, Græcorum mendaciis, explicandis.

[p] *Accusatorem*] Vehementem accusatorem Lælium dicit, quia odii causa Flaccum falsis testibus adductis persequitur.

[q] *Quem spero*] Ironia. Derogat etiam fidem accusatori, quod nimio odio agat in Flaccum.

[r] *In inquirendo*] Qui repetundarum accusabant, et Romæ, et in provinciis, de vitiis inquirebant. Hic autem multa de ejus inquisitione dicit, ut eum in odium adducat.

[s] *Ex his rebus*] Id est, ex accusatione, et inquisitione.

[t] *De vi, de manu*] Intelligit vim, quam accusatores tanta hominum manu stipati adhibuerunt, cum tam odiose de vitiis Flacci inquirere voluerunt.

recenti[u] ac nova, certus est inquisitioni comitum numerus constitutus. 14. Sed, ut hanc vim omittam, quanta illa sunt! [*p.* 149.] quæ[2] quoniam accusatorio jure et more[x] sunt facta, reprehendere non possumus, queri tamen cogimur: primum, quod, distributis partibus,[y] sermo est tota Asia dissipatus, Cn. Pompeium, quod L. Flacco est vehementer inimicus, contendisse[c] a Lælio, paterno amico[z] ac pernecessario, ut hunc hoc judicio arcesseret; omnemque ei suam auctoritatem, gratiam, copias, opes ad hoc negotium conficiendum detulisse. Id hoc verisimilius Græcis hominibus videbatur, qui paulo ante[3] in eadem provincia familiarem[a] Lælium Flacco viderant. Pompeii autem auctoritas cum apud omnes tanta est, quanta esse debet, tum excellit in ista provincia, quam nuper et prædonum[b] et regum[c] bello liberavit. Adjunxit illa, ut eos,[4] qui domo exire[d] nolebant, testimonii denuntiatione terreret; qui domi

[c] *Postulasse.*

tagath.—2 Voc. *quæ* deest in χ. Pro *more*, ς habet *morte*. Naug. omittit *distributis partibus*. Mox, *D. Lælio* C ς. Voc. *paterno* suspectum fuit Manutio. Deinde, *ut hoc judicio hunc arc.* Guelf. *perficiendum detulisse* χ.—3 Barb. et Garat. *quod p. ante.* Mox, *familiarem Lælium in eadem provincia* edd. ante Ernesti, qui e Guelf. et ed. Wald. nostrum ordinem recepit. Idem Ernesti conj. *familiarem Flacco Lælium.*—4 T *ut omnes.* Pro *nolebant,* C S habent

NOTÆ

[u] *Lege hac recenti*] Legem intelligit qua jubebatur, ut euntibus in provincias inquirendi causa quos repetundarum reos fecerant, certus comitum numerus esset, quem forte prætergressus est Lælius, cum majorem lege præscripta comitum numerum habuerit.

[x] *Et more*] Secundum morem Lælius obtinuit comites, quod arguere nemo potest: at quod longe numero plures habuerit, et quod armis instructi venerint, id se queri Cicero testatur.

[y] *Distributis partibus*] Lælius in varias partes totam Asiam distribuit illis suis comitibus, qui hunc sermonem divulgarunt, nempe summis precibus Pompeium obtinuisse a Lælio ut Flaccum accusaret.

[z] *Paterno amico*] Pater Lælii amicissimus erat Pompeii.

[a] *Familiarem*] Græci illi conjicere potuerunt aut Flacco graviter offensum fuisse Pompeium, aut a Flacco insigne aliquod crimen commissum esse, cum accusaretur ab homine familiari et amico.

[b] *Prædonum*] Piraticum bellum confecit Pompeius: de quo vide Orat. pro Lege Manil.

[c] *Regum*] Tigranis et Mithridatis regnum populo Rom. subjecit. Vide eandem orationem.

[d] *Domo exire*] Minas intentavit Lælius iis, qui exire e domo et provincia

stare non poterant,[e] largo et liberali viatico[f] commoveret.[d] 15. Sic adolescens, ingenii plenus, locupletes metu, tenues[5] præmio, stultos[e] errore[g] permovit: sic sunt expressa ista præclara, quæ recitantur, psephismata,[h] non sententiis, neque auctoritatibus declarata, nec jurejurando constricta,[f] sed porrigenda manu,[i] profundendoque clamore multitudinis concitatæ.

VII. O morem[a] præclarum, disciplinamque, quam a majoribus accepimus, si quidem teneremus! sed nescio quo pacto jam de manibus elabitur.[1] Nullam enim[2] illi nostri sapientissimi et sanctissimi viri vim[a] concionis esse voluerunt. Quæ scisceret plebes,[b] aut quæ populus juberet; submota concione, distributis partibus,[c] tributim et cen-

[d] *Incitaret.* [e] *Simplices.* [f] *Obligata.* [a] *Valere.*

volebant.—5 Cod. Lamb. *locupletis m. tenuis;* C habet *tenuos.* Mox, *quæ recitantur* desunt in C H S χ. Denique, *clamore* deest in χ.

CAP. VII. 1 Cod. χ *dabitur.*—2 Voc. *enim* deest cod. Franc. edd. Faërn. Manut. an. 1540. et Græv. Verba, *concionis e. v. q. s. p. a. q. p. juberet,* desunt

NOTÆ

sua, et venire in urbem nolebant, ut contra Flaccum testimonium dicerent.

[e] *Qui domi stare non poterant*] Pecunia alliciebat ad veniendum quorum status domi erat dubius et incertus, aut propter egestatem, aut contractum æs alienum.

[f] *Viatico*] Probat his verbis non audiendos esse testes ejusmodi, cum aperte lege Julia cautum sit, ne testes illi assumantur, qui ob dicendum testimonium pecuniam acceperint.

[g] *Errore*] Delusit incautos sermonibus quos sparsit de Pompeio.

[h] *Psephismata*] Psephismata sunt testimonia seu decreta, quæ scripta ad hoc judicium allata sunt. Vox hæc Græca est, *ψήφισμα, decretum,* seu sententia conclusa populi suffragiis. Græcam vero vocem retinuit, quia de re Græca agitur.

[i] *Porrigenda manu*] In concione, id est, coacta multitudine, quæ ἐκκλησία dicebatur, sive etiam in castris, collectis militibus, apud Græcos sententiæ sublatis manibus et acclamatione declarabantur.

[a] *O morem*] Græcorum consuetudini Romanam opponit, quam ita laudat, ut etiam conqueratur jam elabi e repub. quia vel negligitur, vel non animadvertitur.

[b] *Quæ sciscere plebes*] Plebs a patriciis separata fuit, populus vero plebem et patricios continet. 'Sciscere' autem pertinebat ad plebem, unde plebiscita: 'jubere' autem ad populum, unde jussa populi dicta sunt: 'sciscere' porro et 'jubere' nihil aliud est quam probare aliquid suo suffragio, aut improbare.

[c] *Distributis partibus*] Id est, populus in tribus et curias dividebatur,

turiatim descriptis[b] ordinibus,[d] classibus,[e] ætatibus, auditis auctoribus,[f] re multos dies promulgata et cognita, juberi vetarique voluerunt. 16. Græcorum autem totæ respublicæ sedentis concionis[g] temeritate administrantur. Itaque, ut hanc Græciam, quæ jamdiu suis consiliis perculsa[c] [3] et afflicta est, omittam; illa vetus, quæ quondam opibus, imperio, gloria floruit, hoc uno malo concidit, libertate immoderata ac licentia concionum.[h] Cum in theatro[i] imperiti homines, rerum omnium rudes ignarique consederant; tum bella inutilia suscipiebant; tum seditiosos homines reipublicæ præficiebant; tum optime meritos[k] cives e civitate ejiciebant. 17. Quodsi hæc Athenis tum, cum illæ non solum in Græcia, sed prope cunctis gentibus enitebant,[4] accidere sunt solita; quam moderationem putatis in Phrygia aut in Mysia[l] concionum fuisse? Nostras conciones[m] illarum nationum homines plerumque perturbant. Quid, cum soli sunt[5] ipsi, tandem fieri putatis?

[b] *Divisis.* [c] *Eversa.*

in ç. *quæ sciret plebs* C H S. *quæ si sciret plebs* T. *plebs* etiam Memm.—3 H *pulsa.*—4 Ita codd. Faërni, Venett. 1480. 1483. *eminebant* edd. quædam vett. ante Lamb. *sint solita* H. Mox, *putetis* Venet. 1480. *aut Mysia* C.—5 Sex

NOTÆ

in comitiis: de utrisque jam dictum est orat. pro Murena § 1. et pro Lege Manil. § 2. porro cum in tribus populus erat divisus, sciscebat; cum in centurias, jubebat.

[d] *Ordinibus*] Tres fuerunt, senatorius, equestris, et plebeius.

[e] *Classibus*] In classes divisus fuit populus a Servio. Vide orat. pro Mur. § 47.

[f] *Auditis auctoribus*] Cum de lege aliqua ferendum erat suffragium, primo ab auctoribus populo vel in concione vel in comitiis proponebatur, seu promulgabatur per tres nundinas: tum populus suo suffragio vel legem illam probabat, et recipiebatur; vel vetabat, et antiquabatur.

[g] *Sedentis concionis*] In concione stabant Romani, sedebant Græci.

[h] *Concionum*] Græcia concidit quia nimis promiscuæ multitudini licentiæ permissum est, quæ temeritate, non consilio regitur.

[i] *In theatro*] Conciones Athenis in theatro habebantur, Romæ in foro.

[k] *Optime meritos*] Ea erat populi licentia apud Athenienses, ut si quis opibus et potentia valeret, licet bene meritus de patria, decennali exilio mulctaretur.

[l] *In Phrygia aut in Mysia*] Regiones sunt Asiæ, ubi homines minus prudentes quam Athenis fuerunt.

[m] *Nostras conciones*] Conciones intelligit, quæ in illis provinciis a Romanis magistratibus habebantur.

Cæsus est virgis Cymæus [6] [n] ille Athenagoras, qui in fame frumentum exportare erat ausus. Data concio Lælio est: [7] [o] processit ille,[p] et Græcus apud Græcos non de culpa sua dixit, sed de pœna questus est: porrexerunt manus: psephisma [q] natum est. Hoc testimonium est?[r] Nuper epulati,[s] paulo ante omni largitione saturati, Pergameni, quod Mithridates (qui multitudinem illam non auctoritate, sed sagina tenebat) se velle dixit, id sutores, id zonarii [8] [t] conclamarunt. Hoc testimonium est civitatis? [u] Ego testes a Sicilia [9] publice duxi: [x] verum erant ea testimonia non concitatæ concionis, sed jurati senatus. 18. Quare jam non est mihi contentio [y] cum teste: vobis videndum [10] est,

codd. Oxon. *soli sint.*—6 *Cymicus* Barb. et edd. ante Faërn. *Cymneus* plurimi codd. *Cymeus* C. *Cinicus* T. Actutum, *ille Antenagoras* nonnulli Pall. et Victor. *qui in farinæ* χ.—7 Manut. *a Lælio est.* Mox, *et* ante *Græcus* deest in H S χ.—8 Edd. ante Ernesti, *id sutores, et zonarii;* codd. Victorii, nonnulli ap. Lamb. Franc. 1. duo Paris. *id sutores et coriarii;* Franc. 2. Venet. 1480. *sutores et leorii;* Pantagath. conj. *id sutores, zonarii, et coriarii.*—9 *Ego testes e Cilicia* nonnulli ap. Græv.—10 Ita codd. Gruteri et Franc. 1. 2. *divi-*

NOTÆ

[n] *Cymæus* [*Cynicus*] Id est, e secta Diogenis Athenagoras, satis omnibus notus. Alii legunt, *Cymæus,* id est, urbis Cymæ in Asia incola. Is jussu prætoris Flacci virgis cæsus est.

[o] *Data concio Lælio est*] Ex verbis postea sequentibus videtur sic legendum, a Lælio data fuit ei Athenagoræ concio.

[p] *Processit ille*] Athenagoras Græcus levis apud homines sibi similes et leves questus est de pœna sibi a prætore inflicta.

[q] *Psephisma*] De hoc dictum superius, § 15.

[r] *Hoc testimonium est*] Testimonium ejusmodi quod tumultuario fit, legitimum haberi non debet.

[s] *Epulati*] Cum Mithridates psephisma contra Flaccum a Pergamenis habere vellet, hos epulis et dapibus conciliavit. Respicit autem ad illa animalia quæ ad culinam saginantur.

[t] *Zonarii*] Zonarii qui zonas conficiunt. Vult ostendere quod illud decretum adversus Flaccum a zonariis et sutoribus, id est, a levissimis e plebe hominibus, factum sit, non autem a præcipuis, quorum una in accusationibus et testimoniis valere debet auctoritas.

[u] *Hoc testimonium est civitatis*] Per indignationem ait non valere ejusmodi testimonium.

[x] *A Sicilia publice duxi*] Jam a suo exemplo ostendit aliam esse et sanctiorem agendi rationem apud Romanos. Nam Verrem accusaturus, Siciliensis senatus qui juraverat, testimonia produxit, cujus summa fuit auctoritas tum a religione, tum a dignitate. Jurabant enim qui dicturi erant testimonium.

[y] *Jam non est mihi contentio*] Ex adjunctis et impulsione vanitatem tes-

sintne hæc testimonia putanda. VIII. Adolescens bonus, honesto loco natus, disertus, cum maximo ornatissimoque comitatu venit in oppidum Græcorum: postulat concionem: locupletes homines et graves, ne sibi adversentur,[1] testimonii denuntiatione deterret: egentes et leves spe legationis[2] et viatico publico, privata etiam benignitate prolectat:[d] opifices et tabernarios, atque illam omnem fæcem civitatum, quid est negotii[e] concitare, in eum præsertim, qui nuper summo cum imperio[a] fuerit, [*p.* 150.] summo autem in amore esse, propter nomen ipsum imperii, non potuerit? Mirandum vero est,[2] homines eos, quibus odio sunt nostræ secures,[b] nomen acerbitati,[c] scriptura, decumæ, portorium[d] morti, libenter arripere facultatem lædendi, quæcumque detur. 19. Mementote igitur, cum audietis psephismata, non audire vos testimonia; audire temeritatem

[d] *Invitat.* [e] *Laboris.*

dendum codd. Victorii, plerique Pall. Barb. T χ. *devidendum* nonnulli Pall. *valde videndum* unus Pal.

CAP. VIII. 1 C *aversarentur;* H S ς χ, Venett. 1480. 1483. *adversarentur.* Mox, *spe largitionis* Memm. Pall. 3. 6. H, alii codd. cum edd. Rom. Venet. 1480. Brix. Mediol. Junt. Pro *prolectat*, C habet *erigit;* H S *plectat;* T *projecta;* Barb. *profectos;* Venett. 1480. 1483. *perlectat.* Paulo post, *cum summo imperio* Venet. 1480. *cum in summo imp.* Barb. H S χ, Venet. 1483. *summo aut in amore* χ.—2 *Mirandum non est* C H S. Mox, *nomen* deest in ς. *acerbitatis* C H S T. *scripturæ* C S. *decimæ* C S T. *portorum* C S. *prætorium* H T. *mor-*

NOTÆ

tium ostendit: 1. a Lælii persona; 2. a terrore quem locupletibus civibus incutit; 3. a modo quo sibi abjectissimos quosque devincit; 4. ab odio quo tenebantur illi contra Flaccum.

[1] *Legationis* [*largitionis*] *Legationis* melius in plerisque codicibus legitur: eos enim testes invitabat spe legationis, ad Romam veniendum, proposito viatico publico, quasi a civitatibus mitterentur.

[a] *Summo cum imperio*] Id est, cum imperio consulari venerat, quod summum habebant in provinciis prætores, a quibus regebantur.

[b] *Nostræ secures*] Secures erant insignia potestatis Romanæ: duodecim consulibus præferebantur.

[c] *Acerbitati*] Nomen acerbum est illis populis, qui, cum natura sua levissimi sint, imperio regi se et comprimi non facile patiuntur.

[d] *Scriptura, decumæ, portorium*] Varia sunt vectigalia, et omnium optima quæ a Romanis colligebantur; de quibus jam in orat. pro Lege Manil. diximus § 6. hæc autem omnia instar mortis fuerunt illis populis.

vulgi, audire vocem levissimi cujusque, audire strepitum imperitorum, audire concionem[4] concitatam levissimæ nationis. Itaque perscrutamini penitus naturam rationemque criminum: jam nihil præter spem, nihil præter terrorem ac minas reperietis.*

[*Deesse videntur nonnulla.*]

IX. 20. In ærario[e] nihil habent civitates, nihil in vectigalibus:[f] duæ rationes conficiendæ pecuniæ, aut versura,[g] aut tributo:[h] nec tabulæ creditoris proferuntur, nec tributi confectio[1] ulla recitatur. Quam vero facile falsas rationes[f] inferre, et in tabulas,[i] quodcumque commodum est, referre soleant,[2] ex Cn. Pompeii literis ad Hypsæum,[k] et Hypsæi ad Pompeium missis, quæso cognoscite: [*Literæ Pompeii et Hypsæi.*] Satisne vobis coarguere his auctoribus[l] dissolutam[g] Græcorum consuetudinem licentiamque impudentem[h 3] videmur? nisi forte, qui Cn. Pompeium, qui præ-

[f] *Supputationes.* [g] *Impiam.* [h] *Mentiendi.*

tis H. *lædendique cum detur* χ. *lædendi quæcum detur* H.—4 H *contentionem;* C T ϛ χ *contentionem et concionem.* Mox, *rationem,* copula omissa, ϛ. Pro *spem* ϛ χ, et edd. quædam vett. habent *speciem.* Mox, in C H S T nulla est lacunæ nota.

Cap. IX. 1 Cod. unus Oxon. *profectio.*—2 Idem cod. Oxon. *solent.* Mox, *Hipseum* C H. *Literæ Pompeii et Hypsæi* desunt in C. *Litteræ Pompeii ad Hypsæum et Hypsæi ad Pompeium* codd. Lambini.—3 H *impendentem.* Mox, *quem præsentem quem nullo* in eodem codice. Deinde, *aut r. putatis* C S.—

NOTÆ

[e] *In ærario*] Ærarium, locus in quo urbis pecunia reponitur. Refutat autem quod dixerat adversarius, in ærario nihil fuisse pecuniæ, quasi a Flacco exhausta esset et abducta.

[f] *In vectigalibus*] Addebant accusatores nihil restare ex ea pecunia quæ ex vectigalibus colligitur.

[g] *Aut versura*] Versura est conversio quædam et mutatio æris alieni, seu debiti: ut si Titius debeat Caio ad Kalendas Januarias, et accipiat a Publio quod reddat ad Kalendas Decemb.

[h] *Aut tributo*] Tributum a tribuendo dicitur, illudque civitatibus aut populis imperatur.

[i] *In tabulas*] Tabulæ expensi et accepti servabantur in ærario.

[k] *Hypsæum*] Is forte est Hypsæus, qui competitor Milonis in consulatu fuit: Pompeii vero tum Hypsæi literæ publice a præcone recitatæ sunt.

[l] *His auctoribus*] Pompeio et Hypsæo, quorum singularis in repub. auctoritas valere debet ad coarguendam Græcorum perfidiam.

sentem, qui nullo impellente fallebant, eos, urgente Lælio, in absentem et in L. Flaccum[m] aut timidos fuisse aut religiosos putamus. 21. Sed fuerint[4] incorruptæ[a] literæ domi:[a] nunc vero, quam habere auctoritatem, aut quam fidem possunt? Triduo lex ad prætorem deferri, judicum[5] signis obsignari jubet: tricesimo die vix deferuntur. Ne corrumpi[6] tabulæ facile possint, idcirco lex obsignatas in publico poni voluit: at obsignantur corruptæ.[b] Quid refert igitur, tanto post ad judices[7] deferantur, an omnino non deferantur?

X. Quid, si testium studium cum accusatore sociatum est?[b] tamenne isti testes habebuntur? Ubi est igitur illa expectatio,[c] quæ versari in judiciis solet? nam antea, cum dixerat accusator[d] acriter et vehementer, cumque defensor suppliciter demisseque responderat,[1] tertius ille erat expectatus locus testium, qui aut sine ullo studio dicebant, aut cum dissimulatione aliqua cupiditatis. 22. Hoc vero[2] quid est? Una sedent, ex accusatorum subselliis[e] surgunt, non

[a] *Veræ.* [b] *Voluntas testium juncta est.*



4 *Sed fuerunt* T.—5 C T *judicium.* Mox, *vix deferunt* ς.—6 *Nec corrumpi* S. —7 H *post judices;* χ *post ad judicem.* Mox, *an o. n. deferantur* desunt in eodem codice.

NOTÆ

[m] *In L. Flaccum*] Flaccus Græcis illis non potuit esse gratiosus, propter imperium quod apud eos exercuit: ideoque facile fuit Lælio eos impellere ad accusandum.

[a] *Domi*] Concedit Cicero literas illas fuisse sinceras in Græcia, ubi illæ scriptæ fuerunt; sed tamen contendit jam non valere amplius, quia lex jubebat ut post tres dies Romam delatæ ab inquisitore de repetundis, ad prætorem ferrentur.

[b] *At obsignantur corruptæ*] Fit objectio velut ab adversariis, quod non solum veræ, sed etiam corruptæ literæ judicum signis obsignantur: quare non sunt corruptæ, propterea quod vix trigesimo die, quam Lælius ex Græcia rediit, hæ literæ ad proconsulem delatæ sint.

[c] *Expectatio*] Testes expectabantur, qui loco tertio dicere debebant.

[d] *Dixerat accusator*] Primo loco dicebant accusatores; secundo defensores; tertio fiebant altercationes: tum interrogationibus, tum responsionibus, exagitandis testibus, qui modo ante actionem, modo in ipsa actione, modo post actionem dicebant.

[e] *Subselliis*] Cum surgant ex adversariorum subselliis illi accusatores, videntur ab iis corrupti. Et id est de quo Cicero queritur.

dissimulant, non verentur.[3] De subselliis queror? una ex domo prodeunt: si verbo titubarint,[4] quo revertantur,[f] non habebunt. An quisquam esse testis potest,[g] quem accusator sine cura interroget, nec metuat, ne sibi[5] aliquid, quod ipse nolit, respondeat? Ubi est igitur[h] illa laus oratoris, quæ vel in accusatore antea, vel in patrono spectari solebat? Bene testem interrogavit: callide accessit: reprehendit: quo voluit,[6] adduxit: convicit et elinguem reddidit. 23. Quid tu istum roges, Læli, qui, priusquam hoc, 'te rogo,' dixeris, plura etiam effundat,[c][7] quam tu ei domi ante præscripseris? Quid ego autem defensor rogem? nam aut oratio testium refelli solet, aut vita lædi.[i] Qua disputatione orationem refellam ejus, qui dicit, 'dedimus:'[k] nihil amplius? In hominem[8][l] dicendum est igitur, cum oratio argumentationem[d] non habet. Quid dicam in ignotum? [*p.* 151.] Querendum est ergo[m] et deplorandum (id quod

[c] *Dicet temere.* [d] *Refutationem.*

Cap. x. 1 H a m. sec. *responderit.*—2 *Hæc vero* T.—3 Verba, *ex accus. s. s. n. d. n. verentur*, desunt in ς.—4 Codd. Lambini, Barb. C T, Venet. 1480. *titubaverint;* et sic Turneb. ad Quintil. v. 7. Mox, *non habent* C S.—5 Codex unus Oxon. *nec sibi.*—6 Ita codd. Faërni, Barb. alii quam plurimi et edd. vett. *quo noluit* vulgg. ante Faërn.—7 Ita Ernesti e cod. Guelf. *effundet* reliqui codd. et edd. vett. Mox, *proscripseris* C. Deinde, *Quid ergo* χ. *tum* pro *autem* habent H χ. Pro *lædi*, C *læsi.*—8 *In homines* χ. Post *est* in C H S

NOTÆ

[f] *Quo revertantur*] Non habent in quam domum revertantur, cum egentes sint, si non placeant iis a quibus pecunia conducti sunt.

[g] *An quisquam esse testis potest*] Conqueritur Cicero domi fuisse testes edoctos quid dicerent, quid interrogarentur, et quid ipsi interrogantibus responderent.

[h] *Ubi est igitur*] Ex his corruptis testibus tota laus oratoris deperditur, quæ in exagitandis testibus colligitur.

[i] *Vita lædi*] Anteacta vita testium reprehenditur, ut intelligant judices eorum testimoniis fidem adhibendam non esse.

[k] *Dedimus*] Nihil aliud proferunt illi testes contra Flaccum, nisi quod dederunt illi pecuniam, quam modo in hoc judicio ereptam sibi repetunt.

[l] *Nihil amplius? In hominem*] Cum nihil aliud dicat testis, esset ejus vita discutienda; sed qui id fieri potest, cum sit ignotus, utpote qui venerit ex Asia.

[m] *Querendum est ergo*] Concludit Cicero sibi querendum esse duntaxat de tam iniqua accusatione, et de tota accusatorum iniquitate, quæ sine ulla est religione, et quorum fidei nulla ratio habenda est.

jamdudum facio) de omni accusationis iniquitate: primum de communi genere testium:[9] dicet enim natio minime in testimoniis dicendis religiosa: propius accedo:[e] nego esse ista testimonia, quæ tu ipse psephismata appellas; sed et fremitum[f] egentium, et motum quendam temerarium Græculæ concionis. Intrabo etiam[10] magis:[g] qui gessit, non adest:[n] qui numerasse dicitur, non est deductus: privatæ literæ nullæ proferuntur; publicæ retentæ sunt in accusatorum potestate: summa est[o] in testibus: hi vivunt cum inimicis; adsunt cum adversariis; habitant cum accusatoribus. 24. Utrum hic tandem[p] disceptationem[11] et cognitionem veritatis, an innocentiæ labem aliquam ac ruinam fore putatis? Multa enim sunt ejusmodi, judices, ut etiamsi in homine ipso, de quo agitur, negligenda sint, tamen in conditione[12] atque in exemplo pertimescenda videantur. XI. Si quem infimo loco natum, nullo splendore vitæ, nulla commendatione famæ[1] defenderem; tamen civem a civibus communis humanitatis jure ac misericordia deprecarer, ne

[e] *Dico ultra.* [f] *Vociferationem.* [g] *Pergam ulterius.*

plene interpungitur, et deinde *Igitur* majuscula litera scribitur.—9 Voc. *testium* deest in H S ς. *studio* legitur in T, *omnium* in χ. Mox, pro *dicet*, quod habent ς χ, *dicit* legitur in Græv. Oliv. Lall. Pro *natio* C habet *ratio*. Paulo post, *sed* delevit Beck. quia in codd. Faërni, Franc. aliisque Grævii, Barb. sex Oxon. et edd. pr. deest. *sed fremitum* habent Lamb. et Græv.—10 *Intra Boëtium* ψ. Paulo post, *hi v. cum amicis* ς.—11 S χ *disceptationes*. Actutum, *et cognitiones* H S. *aut ruinam* codd. et edd. ante Ernesti.—12 Junt. Victor. Manut. C. Steph. Hervag. et Græv. *in imitatione*. Actutum, *atque eciam exemplo* T.

Cap. XI. 1 Codex unus Oxon. *vitæ*. Mox, *civis civem* edd. quædam vett. unde Garat. conj. *civis a civibus*. C *deprecaret;* χ *deprecer*. C S *ne accusatoribus*. Iidem codd. et H *confessoribus;* ς *confectoribus*. Pro *convivis* H S χ habent *conviviis;* T *cois vel conviviis*. Paulo post, *dederitis* C H S T, et mox

NOTÆ

[n] *Qui gessit, non adest*] Profert alias circumstantias, ex quibus patet quam iniqua sit illa accusatio, v. g. quod ille per quem data fuit pecunia, non adsit, quod nullæ publicanorum et aliorum literæ proferantur, qui sunt in Asia Romani.

[o] *Summa est*] Tota vis illius causæ in testibus consistit, qui idonei testes non sunt, quia in domo sunt inimici, &c.

[p] *Utrum hic tandem*] Arguit quod illi testes non tam ad cognoscendam veritatem, quam ad Flaccum opprimendum comparentur.

ignotis testibus, ne incitatis, ne accusatoris consessoribus,[q] convivis, contubernalibus,[r] ne hominibus, levitate Græcis, crudelitate barbaris, civem ac supplicem vestrum dederetis; ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum proderetis. 25. Sed, cum L. Flacci res agatur, cujus ex familia qui primus[2] consul factus est, primus in hac civitate consul fuit;[s] cujus virtute regibus exterminatis, libertas in republica constituta est; quæ usque ad hoc tempus honoribus, imperiis, rerum gestarum gloria, continuata permansit; cumque ab hac perenni contestataque virtute majorum, non modo non degenerarit[3] L. Flaccus, sed, id quod maxime florere in generis sui gloria[4] viderat, laudem patriæ in libertatem vindicandæ prætor adamarit;[t] in hoc ego reo ne quod perniciosum exemplum prodatur, pertimescam, in quo, etiamsi quid errasset,[u] omnes boni connivendum esse

proderitis C.—2 Codex unus Oxon. *qui prius.* Paulo post, pro *imperiis*, quod habet cod. Victor. edd. item Græv. et Lall., *imperii* legitur in codd. Faërni, Gruteri, Barb. omnibus Pall. Franc. 1. 2. nonnullis Paris. C T χ. *imperio* in Venett. 1480. 1483. Mediol. Verb. Oliv.—3 C H S T, Barb. Venett. 1480. 1483. et Hervag. *degeneraverit;* ϛ *denegaverit;* al. *degenerarit.*—4 Ita codd. Victorii, tres Oxon. Pal. 2. Rom. Brix. Venet. 1483. Mediol. Ald. Junt. Crat. Victor. Hervag. Grut. Græv. *in qua m. f. generis sui gloriam* omnes codd. Faërni, septem Pall. Franc. 1. 2. Barb. Memm. Lamb. Beck. Orell. *in quo m. f. generis sui gloriam* conj. Ernesti: *id quod maxime* desunt in C. *in qua maxime* habet T. *quod maxime* χ. Mox, *in laudem* ϛ. Deinde, *adamaverit* H S, Ven. 1480. 1483. Hervag. Naug. Manut. *adamavit* al. ap. Græv. *in hoc ergo* C ϛ.

NOTÆ

[q] *Consessoribus*] Consessores illi sunt qui in eisdem sedent subselliis.

[r] *Contubernalibus*] Contubernalis vox translata est a militia, dicebaturque de militibus decem, qui sub uno papilione degebant, quibus præerat decanus, qui et caput contubernii dicebatur.

[s] *Primus in hac civitate consul fuit*] De eo superius jam dictum est. Nota tantum dici a Cicerone hunc primum fuisse consulem, non quod primus omnium consul fuerit, sed quod ejecto Collatino, primo cum Bruto consuli suffectus sit A. U. C. 244.

[t] *Prætor adamarit*] Cum seditionem Catilina excitavit, is Flaccus tum prætor erat urbanus, quo, in ea detegenda, Cicero consul usus est. Allobroges autem ad pontem Mulvium cum comitatu deprehendit, atque Antonio alteri consuli præsto fuit, in opprimendo Catilinæ exercitu.

[u] *Etiamsi quid errasset*] Error leve delictum est, quod non fit animo nocendi, quod ideo dissimulandum est, nec severe in illud animadvertendum: quare ait in eo esse connivendum.

arbitrarentur? 26. Quod quidem ego non modo non postulo, sed contra, judices, vos oro et obtestor, ut totam causam, quam maxime intentis oculis, (ut aiunt) acerrime contemplemini:[h] nihil religione testatum,[x] nihil veritate[5] fundatum, nihil dolore expressum;[y] contraque omnia corrupta libidine, iracundia, studio, pretio, perjurio reperientur.

XII. 27. Etenim jam universa istorum cognita cupiditate, accedam ad singulas querelas criminationesque[1] Græcorum. Classis[a] nomine pecuniam civitatibus imperatam queruntur; quod nos factum, judices, confitemur. Sed, si hoc crimen est; aut in eo[2] est, quod non licuerit imperare; aut in eo, quod non opus fuerit navibus; aut in eo, quod nulla, hoc prætore, classis navigarit. Licuisse ut intelligas, cognosce, quid, me consule, senatus decreverit, cum quidem nihil a superioribus continuorum[b] annorum decretis[3] decesserit. [*Senatusconsultum.*][a] Proximum est ergo, opus fuerit classe, necne,[4] quæramus. Utrum igitur hoc Græci statuent, aut ullæ[5] exteræ nationes, an vestri prætores, vestri duces, vestri imperatores? Equidem existimo, in ejusmodi[6] regione atque provincia, quæ mari cincta, por-

[h] *Animadvertatis diligenter.*
[a] *In classem ædificandam.*
[b] *Annorum continentium.*



prodeatur χ. *cohibendum esse* in eodem cod. *condonandum esse* al.—5 C *nil relig. . . . nil dol. . . . nil veritate.* Mox, *perjurio reperietis* C H S.

CAP. XII. 1 Codex unus Oxon. *criminationemque.*—2 Verba *aut in eo* desunt hic in χ. Mox, secundo loco *in eo* desunt in eodem codice. Pro *prætore* ς habet *tempore.* Deinde, *navigarat* H.—3 Voc. *decretis* deest in χ. Actutum, *discesserit* Lamb. probante Garat. *decesserat* C S ς.—4 Post *necne* plene interpunxit C, et a v. *Quæramus* novam periodum inchoavit.—5 C *aut ille; ς aut illæ.* Paulo post, *an v. p. v. judices* Guelf. alii quam plurimi codices et editio Waldensis.—6 H χ *hujusmodi.* Mox, *destincta in* ς.—

NOTÆ

[x] *Nihil religione testatum*] Vana erant, et nullius momenti hæc Græcorum psephismata, seu contra Flaccum decreta, quia nullius juramento testata erant.

[y] *Nihil dolore expressum*] Nemo de aliqua injuria sibi a Flacco illata conquestus est.

[a] *Senatusconsultum*] Hic illud senatusconsultum, quod factum est Cicerone consule, a præcone lectum est, quo prætoribus potestas facta est civitatibus pecuniam imperandi ad classem instruendam.

tubus distincta, insulis circumdata esset, non solum præsidii, sed etiam ornandi imperii causa, navigandum fuisse. 28. Hæc enim ratio ac magnitudo[7] animorum in majoribus nostris fuit, ut, cum in privatis rebus, suisque sumtibus, minimo contenti, tenuissimo cultu viverent, in imperio atque in publica dignitate omnia ad gloriam splendoremque revocarent. Quæritur enim in re domestica continentiæ laus;[8] in publica, dignitatis. [*p.* 152.] Quodsi etiam præsidii causa classem habuit, quis erit tam iniquus, qui reprehendat?[9] Nulli erant prædones. Quid? nullos fore, quis præstare[c] poterat? Minuis, inquit, gloriam Pompeii.[b] Immo tu auges molestiam. 29. Ille enim classes prædonum, urbes, portus, receptacula[c] sustulit; pacem maritimam summa virtute atque incredibili celeritate confecit:[d] illud vero neque suscepit, neque suscipere debuit, ut, si qua uspiam navicula prædonum apparuisset, accusandus videretur.[10] Itaque ipse in Asia, cum omnia jam bello terra marique confecisset, classem tamen iisdem istis civitatibus imperavit. Quod si tum statuit opus esse, cum ipsius præsentis nomine tuta[11] omnia et pacata esse poterant; quid, cum ille decessisset, Flacco existimatis statuendum et faciendum fuisse? XIII. 30. Quid nos hic? nonne ipso Pompeio auctore, Silano[1] et Murena consulibus,[e] decrevimus, ut classis in Italia navigaret? nonne eo ipso tempore, cum

[c] *Promittere.*

7 Codex unus Oxon. *a magnitudine.* Mox, pro *cultu*, H χ habent *sumptu.* —8 Cod. ς *locus.*—9 Cod. χ *tam inimicus ut reprehendat.*—10 Codex unus Oxon. *videtur.*—11 Voc. *tuta* deest in eodem cod.

CAP. XIII. 1 *Sillano* C H. Mox, pro *Italia*, χ habet *Asia*, et omittit *eo.* Deinde, *ter* deest in H T. *sex et quadragesies* habet χ. Pro *erogabamus*, quod

NOTÆ

[b] *Gloriam Pompeii*] Quasi mare prædonibus non purgasset. Vide orat. pro Lege Manilia, quæ tota fere de laude ejus est.

[c] *Receptacula*] Loca sunt, in quæ se prædones recipiebant, ut tutius essent.

[d] *Incredibili celeritate confecit*] Bello maritimo finem imposuit intra quadraginta dierum spatium.

[e] *Silano et Murena coss.*] Illi anno urbis 691. in consulatum Ciceroni et Antonio successerunt.

L. Flaccus in Asia remiges imperabat, nos hic in mare superum et inferum[f] sestertium ter[g] et quadragies erogabamus?[h] Quid postremo[d 2] anno? nonne M' Curio[i] et P. Sextilio quæstoribus, pecunia in classem est erogata? quid? hoc omni tempore equites in ora maritima non fuerunt? Illa est enim gloria divina Pompeii: primum prædones eos, qui tum, cum illi bellum maritimum[k] gerendum datum est, toto mari dispersi[3] vagabantur, redactos esse omnes in potestatem: deinde Syriam[l] esse nostram, Ciliciam[m] teneri, Cyprum per Ptolemæum[n] regem nihil audere: præterea Cretam Metelli virtute[o] esse nostram: nihil esse, unde proficiscantur; nihil, quo revertantur:[p] omnes sinus,[q] promontoria,[r] littora, insulas, urbes maritimas, claustris imperii

[d] *Superiore.*

est a Lamb., *rogabamus* habent codd. et edd. vett.—2 Ita codd. et edd. vett. etiam Junt. Hervag. Faërn. Lamb. *postero* Venet. 1483. Naug. Camer. Schutz. Orell. *Qui postremo* χ. Mox, *M. Curtio* in eodem cod. *M. Cicero.* codd. Grævii, et Grut. *Sestullio* codd. Grævii, C H S. *Serpillo* cod. Grut, *in classe* χ. *in classem rogata* Mediol. Deinde, *ora* deest in ς.—3 H S *disperse.* T *vagabuntur.* Pro *deinde,* C H S habent *demum.* Tum, *Cyliciam* C. *per* deest in H ς χ, Barb. Venett. 1480. 1483. Pro *præterea,* C H ς exhibent *propterea.* Pro *virtute,* T ς *virtutem.* Mox, in C bis scribitur *nil.* Denique,

NOTÆ

[f] *Mare superum et inferum*] Mare superum Adriaticum dicitur, et inferum Tyrrhenum, in quod Italia quasi procurrit.

[g] *Sestertium ter*] De sestertiis fuse dictum est in orat. pro Rosc. Comœdo.

[h] *Erogabamus* [*rogabamus*] Victis bello populis pecunia imperabatur, eandem populus Rom. rogabatur.

[i] *Nonne M' Curio*] A M' Curio rogata et impetrata est, ad classem instruendam, pecunia.

[k] *Bellum maritimum*] Bellum maritimum contra piratas a Pompeio gestum est, lege lata a Gabinio.

[l] *Syriam*] Syriam cum Cilicia Pompeius Tigrani eripuit, et adjecit imperio Rom.

[m] *Ciliciam*] Cilicia regio est Asiæ, inter Pamphyliam ad Occasum, et Syriam ad Ortum.

[n] *Cyprum per Ptolemæum*] Populi Rom. et Pompeii beneficio Cyprum Ptolemæi obtinuerunt. Cyprus porro insula est Maris Mediterranei in Issico sinu inter Ciliciam et Syriam; cujus fertilitas celebratur.

[o] *Metelli virtute*] De Metello loquitur, qui a devictis Cretensibus Creticus dictus est.

[p] *Revertantur*] Prædones nullum jam locum habent quo se recipiant, præda potiti.

[q] *Sinus*] Sinus est maris pars, quasi brachiis terræ interjecta.

[r] *Promontoria*] Promontoria loca sunt editiora, et quasi montes procurrentes in mare.

nostri contineri. 31. Quodsi, Flacco prætore,[4] nemo in mari prædo fuisset, tamen hujus diligentia reprehendenda non esset: idcirco enim, quod hic classem habuisset, existimarem non fuisse.[s] Quid, si L. Oppii,[5 t] L. Agrii, C. Cestii, equitum Romanorum, hujus etiam clarissimi viri, Cn. Domitii,[u] qui in Asia tum legatus fuit, testimonio doceo, eo ipso tempore, quo tu ipse negas classem habendam fuisse, complures a prædonibus esse captos? tamen Flacci consilium [x] in remigibus imperandis reprehendetur? Quid,[6] si etiam occisus est a piratis Adramitenus,[y] homo nobilis, cujus est fere nobis omnibus nomen auditum, Atinas pugil,[z] Olympionices? [a] hoc est apud Græcos (quoniam de eorum gravitate dicimus) prope majus, et gloriosius, quam Romæ triumphasse. At neminem cepisti. Quam multi oræ maritimæ clarissimi viri præfuerunt, qui cum prædonem nullum cepissent, mare tamen tutum præstiterunt? [e] casus est enim

[e] *Reddiderunt.*

verba, *omnes s. p. l. i. u. m. claustris*, desunt in C, spatio relicto; *insulas* deest in χ. *continere* ς.—4 Pro *prætore* C legit *iret.* Paulo post *existimantem* χ.—5 *Quod L. Eppii* T. *Quod si L. Eppii* S ς χ, septem Pall. Grut. et edd. vett. Mox, *L. Agri* C H S. *L. Ager* T. *Agri* χ, omisso prænomine. Deinde, *C. Cesti* H S χ. *C. Testi* T.—6 *Qui* χ. Mox, *Adramytenus* Oliv. Lall. Beck. *Adriumotenus* C. *Adriametenus* S. *Adriamettenus* ς. *Adriatenus* χ. *nobilis* deest in eodem cod. Deinde, *Ateinas pugil* C H S. *At in Aspigillo* T. *At*

NOTÆ

[s] *Existimarem non fuisse*] Tantæ utilitatis fuit Flaccum classem comparavisse, ut ab illo tempore prædones in mari nulli visi sint.

[t] *L. Oppii, &c.*] Equites Romanos appellat, qui omnibus judicibus erant notissimi, et quibus referentibus, eo tempore quo instructa classis fuit a Flacco, multi a piratis intercepti sunt.

[u] *Cn. Domitii*] Domitius, ut conjicere licet, sedebat inter judices, qui legatus in Asia Flacco fuit. Postea vero cum Messala consulatum gessit.

[x] *Flacci consilium*] Concludit Flaccum arguendum non esse, classem imperavisse.

[y] *Adramitenus*] Adramiteos, teste Plinio, olim Pedasus, Troadis oppidum.

[z] *Atinas pugil*] Atinas ille pugil fuit: pugil autem is dicitur apud Græcos, qui cæstibus pugnat.

[a] *Olympionices*] Dicebatur Olympionices, qui victoriam retulerat in ludis Olympicis, qui maxima totius Græciæ celebritate Olympiæ in urbe habebantur.

in capiendo,[b] locus, eventus, occasio: defendendi[c] facilis est cautio,[f][7] non solum latibulis[d] occultorum locorum, sed etiam tempestatum moderatione[g] et conversione.[h] XIV. 32. Reliquum est, ut quæratur, utrum[1] ista classis, cursu et remis, an sumtu tantum et literis navigarit.[e] Num id igitur[2] negari potest,[f] cujus rei cuncta testis est Asia, bipartito[a] classem distributam fuisse, ut una pars supra Ephesum,[g] altera infra Ephesum navigaret? hac classe M. Crassus, vir amplissimus, ab Æno[h] in Asiam, his navibus Flaccus ex Asia in Macedoniam[i] navigavit. In quo igitur prætoris est diligentia requirenda? in numero navium,[k] et in descriptione[3][l] æquabili sumtus? dimidium ejus, quo Pompeius erat usus,[m] imperavit. Num potuit parcius?

[f] *Est facile cavere.* [g] *Tranquillitate.* [h] *Inclementia maris.*
[a] *In duas partes.*

is Aspugillo χ. *Olympionicas* C S. *Olimpionices* T.—7 Verba, *def. facilis est cautio*, desunt in χ. *occasio defendendi facilis est, cautionem solum, &c.* al. ap. Græv.

Cap. XIV. 1 Pro *utrum* C S ς habent *nostra:* deest in T. *utrum nostra* edd. ante Faërn. *ista* deest in S. *cursu et* desunt in codd. Victor. *cursu* tantum in quinque Pall. Barb. T.—2 *Num igitur* codd. sex Oxon. et edd. vett. Mox, pro *supra* χ præbet *sumpta;* pro *infra* ς affert *in*. Verba *ab Æno* desunt in C. *ab uno* legit T. *ab Eno* codd. Faërni, Memm. Pall. Venet. 1483. *ab Hemo*, sive *Hæmo* al. *in Asia hiis nav.* T.—3 Barb. *an in descr.*—

NOTÆ

[b] *In capiendo*] Ut capiat prædones qui oram maritimam tuetur; ipsi capiendus est locus et occasio. At id sæpe casu potius quam diligentia accidit.

[c] *Defendendi*] Prædo se defendere, ne capiatur, facile potest.

[d] *Latibulis*] Non facile prædo reperitur, quia in locis occultis latet.

[e] *Sumtu et literis navigarit*] Restat jam ut videatur an persoluta tantum pecunia fuerit Flacco, nec ullam ille classem instruxerit.

[f] *Num id igitur negari potest*] Probat jam classem illam navigasse.

[g] *Ephesum*] Urbs Ioniæ fuit, et Dianæ templo celeberrima.

[h] *Æno*] Ænos urbs fuit in Thracia, ex qua Homerus Thracas venisse Trojanis in auxilium narrat.

[i] *In Macedoniam*] Macedonia amplissima Europæ regio, quæ a Macedone Jovis filio sic dicta est. Hæc centum quinquaginta populis dominata est.

[k] *In numero navium*] Ostendit non excessisse in numero navium Flaccum, nec in sumtibus pecuniæ, cum longe pauciorem Pompeio numerum habuerit, nec plures quam ille et Sulla sumtus fecerit.

[l] *In descriptione, &c.*] Vult hic exprimere Cicero quantum unaquæque civitas debeat solvere, ut in exigendis tributis vulgo fit.

[m] *Quo Pompeius erat usus*] Confecto

Descripsit autem pecuniam ad Pompeii rationem,[b] [4] quæ fuit accommodata L. Sullæ descriptioni; [*p.* 153.] qui, cum in omnes Asiæ civitates pro portione pecunias descripsisset,[5] illam rationem in imperando sumtu et Pompeius et Flaccus secutus est; neque est adhuc tamen ea summa[n] completa. 33. Non refert vero.[6] Quid lucretur?[o] cum enim genus imperatæ pecuniæ[p] suscipit; id, quod tu crimen esse vis, confitetur. Qui[c] igitur[7] probari potest, in ea pecunia non referenda,[q] crimen sibi ipsum facere, in qua crimen esset nullum, si referret? At enim[8] negas fratrem meum,[r] qui L. Flacco successerit, pecuniam ullam in remiges imperasse. Equidem Quinti fratris mei laude[9] delector;[s] sed aliis magis, gravioribus atque majoribus: aliud quiddam statuit, aliud vidit:[t] existimavit, quocumque tem-

[b] *Secundum descriptionem Pompeii.* [c] *Quomodo.*

4 Codex unus Oxon. *a Pomp. ratione.*—5 Ita Beck. et Schutz. *cum in omnes A. civ. proportione civ. desc.* Lamb. de conj. *cum omnes Asiæ civitates proportione in provincias descr.* Græv. et al. ante Ernesti; *cum omnes A. civ. pro portione in provincia descr.* tres codd. Oxon. et Orell. et sic volebat Græv. probante Wolf. Mox, *sumptum est* C χ. *et F. secuti sunt* nonnulli codd. ap. Faërn.—6 *Non r. vere* H ς. Mox, pro *genus* plerique codd. ed. Wald. Lamb. Græv. Lall. habent *onus.* Deinde, *suscepit* χ.—7 *Quid igitur* χ. *crimen si ipsum* in eodem cod.—8 *An enim* ς. *ullam* deest in χ.—9 Manut. *hac laude.*

NOTÆ

bello terra marique, Pompeius classem Asiæ civitatibus imperavit, ut jam dictum est.

[n] *Ea summa*] Summa a Flacco imperata non tota impensa fuit, neque ab eo relata in rationum tabulas; id videlicet ab adversariis objiciebatur.

[o] *Non refert vero. Quid lucretur*] Respondet objectioni adversariorum, nihil referre quantum ipsi pecuniæ superfuerit post instructam a se classem.

[p] *Genus imperatæ pecuniæ*] Per genus imperatæ pecuniæ, pecuniam generaliter impensam intelligit.

[q] *Referenda*] Rationes tum quis referre dicitur, cum exponit quid in tabula expensi, quid in tabula accepti sit.

[r] *Fratrem meum*] Quintus Cicero, post administratam a Flacco Asiam, administrandam ipse suscepit, ubi triennium fuit.

[s] *Laude delector*] Attulerat accusator exemplum Q. fratris, qui summa cum integritate provinciam illam rexerat.

[t] *Vidit*] Vidit, id est, alia fuit ejus animi ratio; nam credidit se statim habiturum classem, atque auditum fuerit de piratis, quare eo sumtu remigum Asianos liberavit. Non tamen idcirco Flaccus arguendus est, si sumtum illum instituerit, quia jam ante se similis fuerat institutus.

pore auditum quid esset de prædonibus, quam[e] vellet subito, se classem comparaturum: denïque hoc primus frater meus in Asia fecit, ut hoc sumtu remigum civitates levaret: crimen autem tum videri solet, cum aliquis sumtus instituit eos, qui antea non erant instituti, non cum successor aliquid[10] immutat de institutis priorum. Flaccus, quid alii postea facturi essent, scire non poterat; quid fecissent, videbat.

XV. 34. Sed, quoniam de communi totius Asiæ crimine[1] dictum est, aggrediar jam ad singulas civitates; ex quibus sit sane nobis prima civitas Acmonensis. Citat præco[u] voce maxima legatos Acmonenses.[x] Procedit unus Asclepiades: prodeant.[2] Etiamne præconem[3] mentiri coëgisti?[y] est enim, credo, is vir iste, ut civitatis nomen[z] sua auctoritate sustineat; damnatus turpissimis judiciis[a] domi, notatus literis publicis;[b] cujus de probris,

[e] *Quantumvis.*

Paulo post, *sumptu remigium* χ.—10 Voc. *aliquid* deest in χ. Mox, *postea* deest in eodem cod.

CAP. XV. 1 Ita edd. ante Grut. item Beck. Schutz. Orell. *de totius communis Asiæ cr.* codd. Gruteri; *de communis Asiæ cr.* conj. Græv. *est dictum* Faërn. Mox, *Æmonensis* vulgg. ante Grut. *Acinonensis* Franc. 1. et Barb. *Acrimonensis* Franc. 2. et edd. pr. Actutum, *Citat p. v. m. l. Acmonenses* desunt in T.—2 Ita codd. plerique: defendit Garat. *prodeant ceteri* e cod. uno Faërni Lamb. *prodeant*, de Grævii sententia, transposuit ante v. *procedit* Schutz.—3 C S *prætorem*. Mox, *mentire* C. Paulo post, *cujus* deest in C.—

NOTÆ

[u] *Citat præco*] Præco publicus fuit minister, qui missos ab illis populis homines ad dicendum testimonium appellavit.

[x] *Acmonenses*] Hi populi a Plinio dicuntur esse in Phrygia. Transit autem ad singularum civitatum testes refellendos.

[y] *Mentiri coëgisti*] Plures videlicet testes appellabat præco, et unus duntaxat Asclepiades prodiit; quare mentiri coactus est ab accusatoribus.

[z] *Civitatis nomen*] Tantæ vir est auctoritatis Asclepiades, ut solus suæ civitatis dignitatem sustineat, cum ipse totius civitatis nomine missus sit. Ironice loquitur, ut ejus deprimat fidem.

[a] *Damnatus turpissimis judiciis*] Lege Tullia arcebatur a ferendo testimonio, qui publico judicio damnatus fuerat: quare Asclepiadis non valere debet testimonium.

[b] *Literis publicis*] Acmonensium literis, quas de eo miserant, et quas extare Cicero significat, infamis declaratur.

adulteriis, ac stupris extant Acmonensium literæ; quas ego non solum propter longitudinem,[f] sed etiam propter turpissimam obscœnitatem verborum, prætereundas puto. Dixit[c] publice data drachmarum[d] CCVI millia:[4] dixit tantum: nihil ostendit,[e] nihil protulit: sed adjunxit id, quod certe, quoniam erat domesticum, docere debuit, se privatim[f] drachmarum CCVI millia dedisse. Quantum sibi ablatum homo impudentissimus dicit, tantum nunquam est ausus, ut haberet, optare. 35. Ab A. Sextilio[5][g] dicit se dedisse, et a suis fratribus. Potuit dare Sextilius; nam fratres quidem consortes sunt mendicitatis.[h] Audiamus igitur Sextilium: fratres denique[6] ipsi prodeant: quam volent, impudenter mentiantur: et, quod nunquam habuerint, dedisse se dicant: tamen aliquid fortasse coram producti dicent, in quo reprehendantur. Non deduxi,[i] inquit, Sextilium. Cedo[g] tabulas: non deportavi. Fratres saltem

[f] *Prolixitatem.* [g] *Produc.*

4 Verbum *millia* hic et ante *dedisse* omittunt nonnulli codd. *in drachmis CCVII* Pall. *in drachmis CVII* C. *dix. publ. data drachmarum CCV* H S. *d. p. data dragmarum CCV* T. *datum ad rachmarum CCVI* ς. *datum drachmarum CCLX* χ. *dixit datum dragmarum CCVI* Barb. *dix. publ. datum drachmarum CC et VI et dixit tantum* Venett. 1480. 1483. *dixit publ. datum drachmarum CC et VI millia: dixit tantum* Naug. Herv. Manut. *et dixit* etiam C H S. Mox, *nil protulit* C. *sed* deest in χ. Verba, *sed adjunxit . . . dedisse* desunt in Franc. 2. *se privatum dicitur* [lacuna] *dedisse* C. *privatim dicitur* etiam ς.—5 *At A. Sestullio* χ. *Ab A. Sextilio* C H. *didicit se* H S. *et* deest in C H ς.—6 Voc. *denique* omittitur in χ. Mox, *habuerunt . . . repre-*

NOTÆ

[c] *Dixit*] Ille Asclepiades, testis Acmonensium, dixit ducenta et sex millia drachmarum Flacco fuisse numerata.

[d] *Drachmarum*] Drachmæ Græcorum sunt pecuniæ. Ex Budæo, quælibet valet denarios seu Turonicos tres et semissem.

[e] *Nihil ostendit*] Non ostendit publicas tabulas, quibus se revera missum esse constaret nomine civitatis.

[f] *Se privatim*] Privatim, id est, pro sua parte.

[g] *Ab A. Sextilio, &c.*] Acceptam mutuo ab A. Sextilio, et a fratribus suis pecuniam dicit se dedisse Flacco.

[h] *Mendicitatis*] Non potuit accipere pecuniam a suis fratribus, quia sunt illi tam pauperes et mendici quam ipse Asclepiades.

[i] *Non deduxi*] De provincia, sive ex Asia Sextilium non deduxisse Asclepiades respondet; ex quo, et ceteris quæ sequuntur, mendacium ejus arguitur.

exhibe: non denuntiavi. Quod ergo[7] unus Asclepiades, fortuna egens, vita turpis, existimatione damnatus, impudentia atque audacia fretus, sine tabulis, sine auctore jecerit, id nos, quasi crimen, aut testimonium pertimescamus? 36. Idem laudationem, quam nos ab Acmonensibus[8] Flacco datam proferebamus, falsam esse dicebat: cujus quidem laudationis jactura exoptanda nobis fuit. Nam, ut signum publicum inspexit[9] præclarus iste auctor suæ civitatis, solere suos cives ceterosque Græcos, ex tempore[k] quod opus sit, obsignare dixit. Tu vero tibi habeto istam laudationem: nec enim Acmonensium testimonio[10] Flacci vita et dignitas nititur: das[h] enim mihi, quod hæc causa maxime postulat, nullam gravitatem, nullam constantiam, nullum firmum in Græcis hominibus consilium, nullam denique esse testimonii fidem. Nisi vero hactenus ista formula testimonii atque orationis tuæ deseribi ac distingui[i] [11] potest, ut Flacco absenti aliquid civitates tribuisse dicantur; Lælio præsenti, per se agenti, vi legis,[l] jure accusationis, opibus præterea suis terrenti ac minanti, nihil temporis causa[k] scripsisse aut obsignasse videantur. XVI. 37. [p. 154.] Equidem in minimis rebus sæpe res magnas vidi, judices, deprehendi ac teneri, ut in hoc Asclepiade. Hæc, quæ est[1] a nobis prolata laudatio, obsignata erat

[h] *Concedis.* [i] *Declarari.* [k] *Fortuito.*

hendentur in eodem cod. *reprehendentur* etiam in H.—7 *Quid ergo?* H S. *Quid ego* χ. Mox, *atque* deest in eodem cod. Deinde, pro *jecerit*, codd. Gruteri, et edd. vett. habent *legerit*. Paulo post, *pertimescimus* C H ς χ.—8 *Acrimonensibus* T. *Æmonensibus* χ. *dicebant* ς. *expetenda* C S. *exoptata* T.—9 C *an spexit*; ς χ *inspexi*. 'Male in nonnullis edd. post *ex tempore* interpungitur.' *Ernesti.* *quid opus* C H S.—10 C S *laudatione.* Mox, *nullam constantiam* desunt in χ. Deinde in eodem cod. legitur *testimoniis.*—11 C S *distribui atque distingui.* Mox, *Lælio præsertim* H. *jure accusatoris* χ.

CAP. XVI. 1 Ita codd. Faërni, Lambini, Franc. 1. 2. Guelf. Barb. C H S ς χ, et edd. vett. *est* deest in edd. Manut. 1540. Gryph. Steph. et al. usque ad

NOTÆ

[k] *Ex tempore*] Asclepiades rejicit publicum urbis suæ testimonium, quod videlicet ejusmodi testimonii genus fortuito, ac statim atque se res offert, concedatur a civibus sine ulla matura deliberatione.

[l] *Vi legis*] Legem dicit, qua hoc de Flacco judicium constitutum est.

creta illa Asiatica;[m] quæ fere est omnibus nota nobis: qua utuntur omnes non modo in publicis, sed etiam in privatis literis, quas quotidie videmus mitti a publicanis,[n] sæpe unicuique nostrum. Neque enim testis ipse signo inspecto falsum nos proferre[o] dixit, sed levitatem totius Asiæ protulit, de qua nos et libenter et facile concedimus. Nostra igitur laudatio (quam ille temporis causa nobis datam dicit, datam quidem confitetur) consignata creta[2] est: in illo autem testimonio, quod accusatori dicitur datum, ceram esse vidimus.[p] 38. Hic ego, judices, si vos Acmonensium decretis, si ceterorum Phrygum literis permoveri[3] putarem, vociferarer, et, quantum maxime possem, contenderem: testarer publicanos,[q] excitarem negotiatores, vestram etiam conscientiam[r] implorarem: cera deprehensa, confiderem totius testimonii fictam[s] audaciam manifesto comprehensam atque oppressam teneri. Nunc vero non insultabo vehementius, nec volitabo[l] in hoc inso-

[l] *Me jactitabo.*

Ernesti. *nobis perlata* T. Mox, *cera illa* C H S. Paulo post, *etiam* deest in χ.—2 C H S *cera*, ut supra. Pro *autem* H χ habent *tum*. Mox, pro *vidimus* quod habent codd. Faërni, Franc. 1. 2. Guelf. ed. Wald. Lamb. Græv. Lall. *videmus* præferunt Grut. et vulgg. ante Ernesti.—3 C *promoveri*. Mox, *quam maxime* Barb. χ, Græv. Lall. *contendere* conj. Gulielm. Pro *conscientiam* C H S ς χ dant *scientiam;* T *summam*. Pro *cera* χ habet *cetera*. Verba *atque*

NOTÆ

[m] *Creta Asiatica*] Asiani creta literas suas obsignabant, quemadmodum jam nos cera, quam Hispanicam dicimus. Probat autem a signi materia legitimam esse laudationem, quæ ab Acmonensibus profertur.

[n] *Publicanis*] Publicani redemerant Asiæ vectigalia.

[o] *Falsum nos proferre*] A signo quo laudatio Acmonensium obsignata erat, eam esse legitimam Asclepiades testatus est, sed levitatem popularium suorum causatus est.

[p] *Ceram esse vidimus*] Hinc arguit falsitatem testimonii contra Flaccum prolati, quod illud cera obsignatum erat, non creta Asiatica; quare illud non in Asia, sed in domo Lælii et scriptum et obsignatum esse contendit.

[q] *Testarer publicanos*] Asclepiadis testimonio fidem non habendam esse confirmat, idque ipso publicanorum et negotiatorum testimonio qui sunt in Asia.

[r] *Conscientiam*] Probat etiam ab ipsa judicum conscientia, qui visa cera confiteantur oportet falsum esse illud testimonium.

[s] *Fictam*] Visa illa cera ait non opus esse convincere mendacii, deprehensos esse manifestissime.

lentius, neque in istum nugatorem,[4] tanquam in aliquem testem, invehar, neque in toto Acmonensium testimonio, sive hic confictum est, ut apparet, sive missum domo est, ut dicitur, commovebor. Etenim, quibus ego istam laudationem remittam, quoniam sunt (ut Asclepiades dicit) leves, horum testimonium non pertimescam.

XVII. 39. Venio nunc ad Dorylensium[1][a] testimonium; qui producti, tabulas se publicas ad speluncas[b] perdidisse dixerunt. O pastores,[c] nescio quos, cupidos literarum! siquidem nihil istis,[2] præter literas, abstulerunt. Sed aliud esse causæ suspicamur, ne forte isti parum versuti esse videantur. Pœna est, ut opinor, Dorylæi[3] gravior, quam apud alios, falsarum et corruptarum literarum: si veras[d] protulissent, criminis nihil erat; si falsas, erat pœna: bellissimum putarunt, dicere amissas. 40. Quiescant igitur, et me hoc in lucro[e] ponere, atque aliud[4] agere patiantur. Non sinunt: supplet enim ille nescio quis,[f] et privatim dicit se dedisse.



oppressam desunt in ς.—4 Cod. χ *injustum nugatorem.* Idem pro *invehar* legit *irruebat.* Paulo post, *ego laudationibus istam remittam* C.

CAP. XVII. 1 *Dorylensium* deest in T.—2 C *nil istis.* Mox, pro *suspicamur* χ legit *supplicamur.*—3 Ita Ernesti e codd. suis et edd. vett. *Dorylai* codd. Faërni, Pall. Victorii, Franc. 1. 2. Paris. S T ς, Venet. 1483. Ascens. Crat. Hervag. Lall. et Beck. *Doryli* codd. Gruteri; *Dorrali* C H. *Dorilai* Barb. *Dorylensium* Grut. et vulgg. ante Ernesti. Mox, *literarum* deest in χ. *si vera protulissent* χ. *nil erat* C. *si falsa* χ. *erat* deest in T.—4 H *atque aliud me*; S *et me aliud*; T *atque ad me*; ς χ *atque aliud agere me.* Mox, *Non sinent* χ. *enim* deest in T. *iste nescio qui* codd. Faërni; *qui* præfert Garaton.—

NOTÆ

[a] *Dorylensium*] Jam refutandum aggreditur Dorylensium testimonium. Est autem Dorylaum, teste Plinio, oppidum in Phrygia.

[b] *Speluncas*] Speluncas aliquas intelligit, ubi frequentes erant pastores.

[c] *O pastores*] Ridet hic testimonium illorum hominum, quod tam ridicule quam Acmonensium profertur.

[d] *Si veras*] Dorylenses illi vel literas nullas, vel falsas habuerunt: si nullæ sunt, eas proferre non potuerunt; si falsæ, non ausi sunt, quia digni erant pœna propter falsum suum testimonium.

[e] *In lucro*] Jactura ista causæ plurimum prodest.

[f] *Nescio quis*] Vir quidam nullius nominis, deficientibus omnibus, profertur, qui dicit se pecuniam privatim Flacco dedisse.

Hoc vero ferri nullo modo potest. Qui[5] de tabulis publicis recitat iis, quæ in accusatoris potestate fuerunt,[g] non debet habere auctoritatem: sed tamen judicium fieri videtur, cum tabulæ illæ ipsæ, cujusquemodi sunt, proferuntur: cum vero[6] is, quem nemo vestrum vidit unquam; nemo, qui mortalis esset, audivit; tantum dicit,[a] 'Dedi;' dubitatis, judices, quin ab hoc ignotissimo Phryge[h] nobilissimum civem[i] vindicetis. Atque[7] huic eidem nuper tres equites Romani honesti et graves, cum in causa liberali[k] eum, qui asserebatur,[l] cognatum suum esse diceret, non crediderunt.[m] Qui hoc evenit,[8] ut, qui locuples testis[n] doloris et sanguinis sui[b] non fuerit, idem sit gravis auctor injuriæ publicæ? 41. Atque hic[9] Dorylensis nuper cum efferretur[o]

[a] *Non probat.* [b] *Cognati sui.*

5 *Quia* C H S T, Pall. et edd. vett. ap. Grut. Mox, *recitatur* C H S. *recitant hic* χ. Deinde, pro *judicium,* edd. quædam vett. habent *indicium,* quod correxerunt Faërn. et Lamb. *videtur cui cum* Venet. 1483. Pro *cujusquemodi* C H S T, Barb. et Venett. 1480. 1483. habent *cujuscemodi; cujusmodi* χ. *cujuscumque modi* codd. Lamb. *cuicuimodi* Schutz. e conjectura, et Beck.—6 C *nemo.* Paulo post, pro *dubitatis,* quod habent ed. 1584. Grut. et seqq. *dubitabitis* exhibent ς χ, Venet. 1483. Junt. Crat. Manut. Camer. Faërn. Lamb. Orell. *civem judicetis* ς. *civem vendicetis* C.—7 *Atqui* solus Lamb.—8 *Qui convenit* Schutz. de Gulielmii conj. probante Huldr.—9 *At hic* χ, probante Huldr. *Atqui hic* codd. Lambini. Actutum, *Dorilensis* C S. *cum hæc ferentur*

NOTÆ

g *In accusatoris potestate fuerunt*] Cum triduo fuerint, ut jam superius dictum est, in accusatoris potestate, illæ tabulæ valere non debent; nam ut valerent, oportebat eas ad prætorem deferre: quare ex iis fieri judicium non potest.

h *Phryge*] Haberi fidem non oportet homini despecto, (hæc enim Phrygum natio servilis est habita) cum præsertim ignotus omnino Romæ sit, ac dicat tantum se dedisse pecuniam.

i *Nobilissimum civem*] Non debet prævalere testimonium hominis ejusmodi contra Flaccum, cujus nota est omnibus nobilitas et virtus.

k *In causa liberali*] Causa liberalis dicitur, quæ actionem in se libertatis continet.

l *Asserebatur*] Asseri est vindicari in libertatem.

m *Non crediderunt*] Non crediderunt equites illi homini, cum testimonium pro suo cognato ferret: ergo ei credi etiam non debet in judicio repetundarum, cum hominem nobilissimum accusat.

n *Locuples testis*] Locuples est testis, cui credi oporteat, quia neque pecunia corruptus, neque injusta aliqua causa inductus est, ad falsum aliquod testimonium proferendum.

o *Efferretur*] Proprie mortuorum

magna frequentia, consessuque vestro, mortis illius invidiam in L. Flaccum Lælius conferebat. Facis injuste, Læli, si putas periculo nostro vivere tuos contubernales;[p] præsertim quod[10] tua negligentia factum arbitremur: homini enim Phrygi, qui arborem fici nunquam vidisset, fiscinam[q] ficorum objecisti; cujus mors te ex aliqua parte relevavit: edacem enim hospitem amisisti. Flacco vero quid profuit, qui valuit[c] tamdiu, dum huc prodiret; mortuus est, aculeo[r] jam dimisso,[11] ac dicto testimonio? At istud[12] columen actionis tuæ, Mithridates, posteaquam, biduum retentus[s] testis a nobis, effudit, quæ voluit, omnia, reprehensus, convictus, fractusque[d] discessit, ambulat cum lorica: [*p.* 155.] metuit homo doctus[t] et sapiens, ne L. Flaccus nunc scelere se alliget,[e][13] cum jam testem illum effugere non possit: ut, qui ante dictum testimonium sibi temperarit, cum tamen aliquid assequi posset, is nunc id agat, ut ad falsum avaritiæ[f] testimonium, verum etiam

[c] *Fuit sanus.* [d] *Confutatus.* [e] *Implicet.* [f] *Repetundarum.*

vet. cod. ap. Faërn. *cum ecferretur* ipse Faërn. *consensuque vestro* ς χ.—10 Cod. Faërni *præsertim cum.* Mox, *arbitraremus* C H S. Pro *fici* χ habet *feci.* Pro *hospitem,* C S *hominem.* C omittit *amisisti.*—11 Ita plurimi codd. *demisso* Guelf. et χ. *emisso* cod. Faërn. et Paris. et sic dederunt Lamb. et Lall. probantibus Manut. et Garat.—12 Ita codd. tres Oxon. Pal. 7. Venet. 1483. *Ut istud* Pall. 2. 3. 5. 8. ς χ, Grut. *Ut illud* T. *Est istud* Pall. 1. 4. 6. *At illud* Venet. 1480. *accusationis tuæ* Vat. ap. Faërn. Mox, *postquam biduus* al. ap. Græv. *postquam vidum* al. ibid. *testis a vobis* Steph. *testis nobis* ς. *qua voluit* C.—13 Venet. 1483. Faërn. Lamb. Orell. *nunc se scelere alliget.* Paulo post, *temperavit* χ. Mox, *possit* C S. *etiam* omittunt Faërn. et Lamb

NOTÆ

cadavera dicuntur efferri: hic autem carpit Lælium Cicero, quod in Flaccum Dorylensis illius mortem rejiciat.

[p] *Tuos contubernales*] Contubernales sunt qui simul vivunt: verbum translatum est a militia. Vult autem Cicero ejusmodi hominis testimonium non valere, quia de domo accusatoris productus erat.

[q] *Fiscinam*] Fiscinæ nomine intelligitur omne vasis genus quod ex vimine aut junco, aut simili materia, contextum est.

[r] *Aculeo*] Alludit ad apes, qui sicut infixo aculeo moriuntur, ita Dorylensis ille, prolato contra Flaccum testimonio, periit.

[s] *Biduum retentus*] Cum interrogaretur Mithridates, biduum retentus est a Flacci patronis.

[t] *Homo doctus*] Ironia.

maleficii [u] crimen adjungat. Sed de [14] hoc teste, totoque Mithridatico [x] crimine, disseruit et subtiliter et copiose Q. Hortensius : nos, ut instituimus, ad reliqua pergamus.

XVIII. 42. Caput est omnium Græcorum concitandorum, qui cum accusatoribus sedet, Heraclides ille Temnites,[1] [y] homo ineptus et loquax, sed (ut sibi videtur) ita doctus, ut etiam magistrum illorum se esse dicat; et, qui ita sit ambitiosus, ut omnes vos, nosque quotidie persalutet.[z] Temni usque ad illam ætatem in senatum venire [g] non potuit; et, qui se artem dicendi traditurum etiam ceteris profiteatur,[2] ipse omnibus turpissimis judiciis [a] convictus est. 43. Pari felicitate [3] una legatus venit Nicomedes, qui neque in senatum ulla conditione pervenire potuit, et furti et pro socio [b] damnatus est. Nam princeps legationis, Lysanias,[4] adeptus est ordinem senatorium: sed cum rempublicam nimium amplecteretur,[h] peculatus damnatus,[c] et

[g] *Inter senatores numerari.* [h] *Diligeret.*

uncis inclusit Orell.—14 *Sed quoniam de* Faërn. Lamb. Orell. *crimine* omittunt codd. plerique, Venet. 1483. Junt. Crat. Græv. Grut. seqq. *Sed de hoc testimonio Mithr.* nonnulli codd. *totoque Mithr. testimonio* cod. H. Steph. *deseruit subtiliter* Faërn. et Lamb. *ad r. peragamus* ς.

CAP. XVIII. 1 *Temenites* T. Mox, *magistrum aliorum* Franc. C S, Mediol. Ald. Junt. Victor. Faërn. Lamb. Græv. *magistratum* Schutz. *se* deest in C. —2 Barb. *profitetur;* Victor. *profitebatur.* Mox, *victus est* cod. Faërni, quod ipse præfert, et receperunt Lamb. Brut. et Merouv.—3 *Pari feditate* H S.—

NOTÆ

[u] *Maleficii*] Non est verisimile Flaccum crimini avaritiæ, quo accusabatur, aliud hominis interfecti crimen addidisse.

[x] *Mithridatico*] Jam Hortensius dixerat de genere testimonii, quod a Mithridate dictum est: de quo superius.

[y] *Temnites*] Temnis, seu Temnus, urbs in Æolide, Hermagoræ rhetoris patria; de quo Strabo lib. XIII. loquitur.

[z] *Persalutet*] Heraclides persalutare dicitur, cum alios officiose salutat quasi ab iis ad salutationem provocatus. In quo ridet hominis ridiculi ambitionem.

[a] *Turpissimis judiciis*] Omnibus judiciis condemnatus est, quibus infamiæ nota inuri possit.

[b] *Pro socio*] Nicomedes damnatus est, quia socium decepit: societas autem fuit quædam inter duos aut plures commoditatis, et lucri causa conventio; condemnatio autem illa pro socio turpissima fuit.

[c] *Peculatus damnatus*] Peculatus est pecuniæ publicæ, aut sacræ furtum. Ita lib. IX. § 1. D. ad leg. Jul. de pecul. 'Qui ergo ex pecunia sacra, religiosa, publicave quid abstulerit, aut in rem suam verterit, qui ve

bona, et senatorium [d] nomen amisit. Hi tres [e] etiam ærarii nostri tabulas falsas esse voluerunt; nam servos novem se professi sunt habere, cum omnino [5] sine comite venissent. Decreto [6] [f] scribendo primum video affuisse Lysaniam; cujus fratris bona,[g] quod is populo non solvebat, prætore Flacco, publice venierunt: [7] præterea Philippus est, Lysaniæ gener, et Hermobius; cujus frater, Poles, item pecuniæ publicæ [h] est condemnatus. XIX. Dicunt se Flacco, et iis, qui simul essent, drachmarum XV millia [1] dedisse. 44. Cum civitate mihi res [2] est acerrima, et conficientissima [i] literarum; in qua nummus commoveri [i] nullus potest sine quinque prætoribus, tribus quæstoribus, quatuor mensariis,[k] qui apud illos a populo creantur. Ex hoc tanto numero deductus [l] est nemo: et, cum illam pe-

[i] *Exigi publice.*

4 *Lysanas* ϛ. *Lasinias* χ. Mox, *ord. senatorum* in eodem cod.—5 C *omnes.* —6 *Decreto in* χ.—7 Idem cod. *venerunt.* Mox, *Lys. genere* ϛ.

CAP. XIX. 1 T *XVI milia.*—2 *Cum civ. in res* T. *Cum cupiditate mihi res* Mediol. Mox, *et conficientissima literarum* duo codd. et ed. Wald. *et acerrima literarum* habent codd. aliquot, ed. 1472. et Steph. *et conficiendarum literarum diligentissima* duo codd. Lamb. Græv. Lall. Schutz. Tum, *nullus commoveri*

NOTÆ

in aurum, argentum, æs publicum quid indiderit, aut immiscuerit, peculatus tenetur.'

[d] *Et bona, et senatorium, &c.*] Ulpianus peculatus pœnam hanc fuisse tradit, ut omnia pristina jura, et bona amitteret, qui hoc crimine victus teneretur.

[e] *Hi tres*] Heraclides, Nicomedes, et Lysanias, tabulas Romanas corrumpere voluerunt; dixerunt enim apud ærarii scribas, se novem servos adduxisse secum, cum nullum habeant, ut ipsis major pecunia pro itinere daretur.

[f] *Decreto*] Ostendit Lysaniæ testimonium non valere, quia affuit, cum decretum a Temnitis contra Flaccum latum est.

[g] *Cujus fratris bona*] Ut infirmet magis testimonium Lysaniæ, ait Flacco prætore illius fratris bona vendita fuisse, ideoque inimico testi non esse credendum.

[h] *Pecuniæ publicæ*] Condemnatus est vel quia furatus est pecuniam publicam, vel quia debitam non solvit.

[i] *Conficientissima*] Jam innocentiam Flacci probat a sedulitate illorum civium, qui omnia diligentissime scribunt, et apud quos ne nummus quidem dari potest, sine quinque prætoribus, qui a Græcis ἄρχοντες dicuntur, et quos Cicero prætores appellat.

[k] *Mensariis*] Argentarii, seu mensarii, dicuntur, a mensa quam propositam habebant in publico, ubi pecuniæ numerabantur.

[l] *Deductus*] Ex illis nemo Romam adductus est ad dicendum testimo-

cuniam nominatim Flacco datam referant; majorem etiam aliquam[3] cum huic iidem darent, in ædem[m] sacram reficiendam se perscripsisse dicunt: quod minime convenit; nam aut omnia[n] occulte[4] referenda fuerunt, aut aperte omnia: cum perscribunt nominatim Flacco, nihil timent, nihil verentur: cum operi publico referunt,[o] iidem homines subito eundem, quem contemserant, pertimescunt. Si prætor dedit, ut est scriptum, a quæstore numeravit;[k] quæstor a mensa publica;[l] mensa aut ex vectigali,[p] aut ex tributo. Nunquam erit istud simile criminis, nisi mihi totam rationem omni et personarum genere,[q] et literarum explicaris;
45. vel, quod est in eodem decreto[r] scriptum, homines clarissimos civitatis, amplissimis[5] usos honoribus, hoc prætore circumventos. Cur hi neque[6] in judicio adsunt, neque in decreto nominantur? non enim credo significari isto loco illum, qui se erigit, Heraclidem.[s] Utrum enim in clarissi-

[k] *Accepit.* [l] *Mensariis.*

Lamb. *moveri nullus* codd. aliquot et edd. ante Lamb.—3 Ita Franc. 1. 2. C S T ϛ, Paris. Barb. cum edd. Græv. Lall. *aliam* conj. Faërn. receperunt Manut. Lamb. Brut. Verb. Oliv. Pro *iidem* cod. Faërni habet *fide;* Faërnus ipse mavult *eidem.* Mox, *in eadem faciam* χ.—4 C H S T ϛ *occulta.* Mox, *nihil timeat, nihil veretur* ϛ. Deinde, *subito* deest in χ. *contempserat* in eodem. —5 Cod. χ *amplissimos.* Pro *usos* C habet *vos.*—6 *Cur hi nec* χ. *in decreto*

NOTÆ

nium.

[m] *In ædem*] In publicas nempe tabulas retulisse se dixerunt hanc pecuniam ut ædem sacram restaurarent.

[n] *Nam aut omnia*] Argumentatur Cicero, probatque nullam pecuniam Flaccum accepisse nec nominatim, nec in ædem sacram restaurandam.

[o] *Operi publico referunt*] Cum in ædem illam sacram reparandam, relatam esse dicunt, videntur vereri ne datam esse Flaccus neget.

[p] *Ex vectigali*] Vectigal generaliter dicitur quicquid fisco vel reipublicæ imperii nomine præstatur: neque tam certum est quam tributum; nam tributi certa summa est, vectigalis vero incerta, utpote cujus locatio modo pluris, modo minoris sit.

[q] *Omni personarum genere*] Homines eos intelligit qui dicuntur Flacco pecuniam dedisse, nempe prætores quinque, &c. qui cum nihil de illis drachmis perscripserint, fictum crimen Flacco imponi manifestum est.

[r] *Eodem decreto*] Eodem decreto, quod a Temnitis per legatos huc missum est, probari debet principes civitatis a Flacco deceptos esse, quod probabile non est, cum eorum nemo huic adsit judicio.

[s] *Heraclidem*] Heraclides fuit, ut jam dictum est, auctor eorum omnium quæ a Græcis contra Flaccum facta sunt.

mis est civibus is, quem [7] judicatum [t] hic duxit Hermippus? qui hanc ipsam legationem, quam habet, non accepit a suis civibus, sed usque Tmolo [u] petivit? cui nullus honos in sua civitate habitus [m] est unquam: res autem ea, quæ tenuissimis [n] committebatur, huic uni in vita commissa sola est.[8] Custos, T. Aufidio [9] prætore, frumento publico est positus: pro quo cum a P. Varino prætore pecuniam accepisset, celavit suos cives,[x] ultroque iis sumtum intulit.[y] Quod posteaquam Temni, literis a P. Varino missis, cognitum atque patefactum est; cumque eadem de re Cn. Lentulus, qui censor fuit, [*p.* 156.] Temnitarum patronus, literas misisset; Heraclidem istum [10] Temni nemo postea vidit.[z] 46. Atque,[11] ut ejus impudentiam [a] perspicere possitis, causam ipsam, quæ levissimi hominis animum in Flac-

[m] *Magistratus delatus.* [n] *Pauperrimis.*

minantur ϛ. Mox, *Heraclidam* Barb. C H S, et Venett. 1480. 1483.—7 Cod. χ *isque.* Mox, *Tymolo* edd. vett. Naug. Hervag. *Timolo* C S ϛ, Venet. 1483. *tinolo* χ. *molo* Vat. ap. Faërn. *Tmolo* est in Barb. aliisque codd. Venet. 1480. Manut. Grut. et recentt. Deinde, *est nunquam* χ.—8 Ita plerique codd. et edd. vett. *una in v. c. sola est* codd. Vat. et Reg. Lamb. Manut. Lall. Beck. et sic Faërn. ut volebat Huld. et Brem. *una in v. c. soli est* Camer. et Steph. *una in v. c. est*, deleto *sola*, conj. Faërn.—9 *Confidio* ϛ. *in frumento* C H S, Vat. ap. Faërn. Barb. Venett. 1480. 1483. Naug. et Hervag. ita quoque T, sed omisso *prætore.* Actutum, *publice* S et Venett. 1480. 1483. Mox, pro *Varino*, quod exhibent plerique codd. *Varrinio* legitur in T. *Varinio* Faërn. Schutz. et Orell. *Vareno* al. Hoc nomen deest in χ.—10 Cod. ϛ *istud.*—11 *At* C. Mox, *causam ipsius, quæ* C H S.

NOTÆ

[t] *Judicatum*] Non ille Heraclides inter primarios civitatis numerandus est, contra quem jam sententia lata est, et qui pecuniæ Hermippo debitæ condemnatus est. Cum vero quis judicatum non solvebat, ejus cui debebat addicebatur potestati: cum autem hic Heraclides Hermippo addictus esset, ab eo secum Romam ductus est.

[u] *Usque Tmolo*] Non petivit ille hanc legationem nisi ab usque Tmolo. Tmolus autem mons fuit in Lydia, ad cujus radices fontes Pactoli fuerunt, et in vertice castellum ejusdem nominis. Vide Strab. lib. x. et xiii.

[x] *Celavit suos cives*] Negavit se aliquam pro hoc munere pecuniam accepisse.

[y] *Sumtum intulit*] A suis civibus pro mercede pecuniam accepit, licet jam a Varino accepisset.

[z] *Nemo postea vidit*] Aufugit e patria, ne suis civibus pœnas daret.

[a] *Atque, ut ejus impudentiam*] Ostendit jam quam nulla fides sit Heraclidi adhibenda, propter singularem ejus fraudem, quam exponit.

cum incitavit, quæso, cognoscite. XX. Fundum Cymæum[1] Romæ mercatus est de pupillo Meculonio. Cum verbis se locupletem faceret; haberet nihil præter illam impudentiam, quam videtis; pecuniam sumsit mutuam[2] a Sex. Stola, judice hoc nostro, primario viro, qui et rem agnoscit, neque hominem ignorat; qui tamen credidit P. Fulvii Veratii, lectissimi hominis, fide.[b] Ei cum solveret,[3][c] sumsit a C. et M. Fufiis, equitibus Romanis, primariis[d] viris. Hic[e] hercule, cornici[4] oculum,[f] ut dicitur: nam hunc Hermippum, hominem eruditum, civem suum, cui debebat esse notissimus, percussit;[g] ejus enim fide sumsit a Fufiis. Securus Hermippus Temnum proficiscitur, cum iste[h] sese[5] pecuniam, quam hujus fide[i] sumserat, a discipulis suis diceret Fufiis persoluturum: habebat enim rhetor[k] iste adolescentes quosdam locupletes, quos dimidio redderet stultiores, quam acceperat, ubi nihil possent discere, nisi ignorantiam

Cap. xx. 1 *Cuneum* ς. *cunicum* χ. *Cineum* Franc. 1. Mox, *Metalonio* T. *M. Aculeone* conj. Pantagath. *de P. Mæculonio* Ursin. *P. Meculanio* conj. Grut.—2 Pro *mutuam*, cod. Faërni, Guelf. Barb. ς χ, habent *tum;* ed. Wald. *tamen;* C S, Rom. Brix. Venet. 1480. *mutuum.* Et *mutuum* et *tum* gloss. videntur Beckio. Mox, *Scola* Junt. *Sigola* Lamb. *Silloga* Faërn. *primario* deest in T. Pro *agnoscit,* Venet. 1480. Junt. *cognoscit;* Græv. conj. *noscit.* Deinde, *Neratii* vet. cod. ap. Manut. *Nerati* Vat. ap. Faërn. *Veratii* ceteri. Pro *fide*, quod servant plurimi codd. Faërn. Græv. Beck. Schutz. Orell. *fidei* habent χ, edd. vett. Lamb. Grut. al. ante Ernesti.—3 *Is cum solv.* C H S T ς, et edd. vett. *Ei c. solv.* e Vat. receperunt Lamb. et Grut. *solverat* T. *solverent* χ. Mox, *Fusiis* edd. vett. *Suffiis* T. *a Fusiis* C.—4 Cod. ς *conici.* Mox, *cui debet* C H S. *perculit* Pantagath.—5 Pro *sese* Faërn. scribi jussit

NOTÆ

[b] *Credidit P. Fulvii ... fide*] Mutuum dedit spondente Fulvio.

[c] *Solveret*] Pecuniam videlicet pro fundo debitam solveret.

[d] *Primariis*] Primarii dicuntur, qui præcipui inter honestos cives habentur.

[e] *Hic*] Hic, id est, in hac mutuatione, et in ea re.

[f] *Cornici oculum*] Cornicum oculos confixit: proverbium est de iis dici solitum, qui quamvis acutos et cautos homines, tamen in fraudem eos inducunt: sumtum a cornicibus, quod aves sint cautissimæ, et facile insidias providentes.

[g] *Percussit*] Percussit metaphorice dixit, id est, in fraudem induxit.

[h] *Cum iste*] Heraclides.

[i] *Hujus fide*] Id est, Hermippo spondente.

[k] *Habebat enim rhetor*] Ridet ineptiam hujus rhetoris, et ejus scholasticos.

literarum.[6] 47. Neminem quidem adeo infatuare[a] potuit, ut ei nummum ullum crederet.[1] Itaque, cum Roma clam esset profectus, multosque minutis mutuationibus[7] fraudavisset, in Asiam venit, Hermippoque percontanti de nomine Fufiano,[b] respondet, se omnem pecuniam Fufiis persolvisse. Interim, neque ita longo[c] intervallo, libertus a Fufiis cum literis ad Hermippum venit: pecunia petitur ab Hermippo: Hermippus ab Heraclide petit; ipse tamen Fufiis satisfacit absentibus, et fidem suam liberat:[d] hunc æstuantem[e] et tergiversantem judicio ille persequitur: a recuperatoribus[m] causa cognoscitur. 48. Nolite existimare, judices, non unam et eandem omnibus in locis esse fraudatorum et inficiatorum[n] impudentiam: fecit eadem omnia, quæ nostri debitores solent: negavit sese omnino versuram ullam[o] fecisse Romæ: Fufiorum se affirmavit nunquam omnino nomen audisse: Hermippum vero ipsum, pudentissimum atque optimum virum, veterem amicum atque hospitem meum, splendidissimum atque ornatissimum civitatis suæ, probris omnibus maledictisque vex-

[a] *Facere fatuum.* [b] *De debito Fufiorum.*
[c] *Paulo post.* [d] *Persolvit, quod promiserat.*
[e] *Iratum.*

se. Paulo post, *diceret* deest in ς.—6 Verba, *ubi nihil p. d. n. i. lit.* absunt a Vat. *nil possint* habet C. Actutum, *neminem tamen* Lamb. e conjectura Faërni. *infaturare* C. *nummum illum crederet* ς. *crederetur* χ.—7 Cod. ς *mutationibus.* Mox, *respondit* Barb. C H S T. '*Se omnem*] Ab his verbis lacuna est in Guelf. usque ad verba, 'Sed exponam,' &c. c. 23.' *Ernesti.* Eadem lacuna est in Barb. In ς χ desunt verba post 'omnem' usque ad

NOTÆ

[1] *Crederet*] Id est, nemo ei mutuo dare volebat: inde credita potius pecunia, quam debita dicitur.

[m] *A recuperatoribus*] Recuperatores judices erant, qui a prætore in privatis controversiis, quacumque de re ageretur, dabantur; quos a recuperando dictos apparet, quod per eos suum quisque jus recuperare posset.

[n] *Inficiatorum*] Inficiatores hic appellat qui negant debita.

[o] *Versuram ullam*] Versuram facere, seu mutuam pecuniam sumere, ex eo dictum est, quod initio mutuabantur ab aliis, non ut domum ferrent, sed ut aliis solverent, velut verterent creditorem. 'Versuram facere' nonnunquam simpliciter æs alienum contrahere dicitur.

avit.[8] Sed cum se homo volubilis[f] quadam præcipiti celeritate dicendi illa oratione[9] jactaret, repente, testimoniis Fufiorum nominibusque[p] recitatis, homo audacissimus pertimuit, loquacissimus obmutuit. Itaque recuperatores contra istum rem minime dubiam prima actione[q] judicaverunt. Cum judicatum non faceret,[r] addictus Hermippo, et ab hoc ductus est. XXI. 49. Habetis et honestatem[s] hominis, et auctoritatem testimonii, et causam omnem simultatis.[t] Atque is[u] ab Hermippo missus,[g] cum ei pauca mancipia vendidisset, Romam se contulit: deinde in Asiam rediit, cum jam frater meus Flacco successisset, ad quem adiit, causamque ita detulit; recuperatores, vi Flacci coactos et metu, falsum invitos judicavisse.[x] Frater meus, pro sua æquitate prudentiaque, decrevit, ut, si judicatum negaret,[y] in duplum iret;[z] si metu coactos diceret, haberet eosdem recuperatores. Recusavit: et, quasi nihil esset actum, nihil judicatum, ab Hermippo ibidem mancipia, quæ ipse ei vendiderat, petere cœpit. M. Gratidius, legatus,[a] ad quem est aditum, actionem se daturum

[f] *Loquax.* [g] *Demissus.*

' quamobrem,' c. 23. In C T desunt *pecuniam . . . quid in re fit.*—8 H S, Ven. 1480. 1483. et Naug. *vexat.*—9 Ita plurimi codd. cum edd. Grut. Verb. seqq. *in illa oratione* H S, edd. vett. Lall. Beck. Orell.

NOTÆ

[p] *Nominibus*] Nomina aut tabulæ, in quibus Heraclides se a Fufiis pecuniam accepisse confitebatur.

[q] *Prima actione*] Actio prima dicitur, cum causa non ampliata, sed statim atque res exposita fuit, judicatur.

[r] *Cum judicatum non faceret*] De eo superius dictum est § 45.

[s] *Habetis et honestatem*] Ironia.

[t] *Simultatis*] Exposuit causam odii, quod Flaccum inter et Heraclidem fuit.

[u] *Atque is*] Heraclides.

[x] *Falsum invitos judicavisse*] Conquestus est Heraclides apud Q. Ciceronem, recuperatores injustam sententiam et falsam tulisse.

[y] *Si judicatum negaret*] Judicatum negaret, id est, si contenderet male recuperatores judicavisse, velletque ut iterum causa illa judicaretur.

[z] *In duplum iret*] Si convictus esset, duplum solveret, scilicet et pecuniam de qua agebatur, et eam quam deposuerat: quam, si vinceret, reciperet; si vinceretur, amitteret.

[a] *Legatus*] Quinti Ciceronis Gratidius legatus negavit actionem se daturum; id est, potestatem vocandi in judicium.

negavit: re judicata[1] stari ostendit placere. 50. Iterum iste, cui nullus esset usquam[2] consistendi locus,[b] Romam se retulit: persequitur Hermippus, qui nunquam istius impudentiæ cessit: petit Heraclides a C. Plotio senatore, viro primario, qui legatus in Asia fuerat, mancipia quædam, quæ se, cum judicatum[3] esset,[c] per vim vendidisse dicebat. [*p.* 157.] Q. Naso, vir ornatissimus, qui prætor fuerat, judex sumitur; qui cum sententiam secundum Plotium[h] se dicturum ostenderet, ab eo judice abiit, et quod[4] judicium lege non erat,[d] causam totam reliquit. Satisne vobis, judices, videor ad singulos testes accedere, neque, ut primo constitueram, tantummodo cum universo genere confligere? 51. Venio ad Lysaniam,[e] ejusdem civitatis, peculiarem tuum, Deciane, testem;[5] quem tu, cum ephebum Temni cognosses, quoniam te nudus[i] delectarat, semper nudum esse voluisti. Abduxisti[6] Temno Apollonidem: pecuniam adolescentulo, grandi fœnore, fiducia tamen accepta,[f] occupavisti:[k] hanc fiduciam commissam[g] tibi

[h] *Pro Plotio.* [i] *Pauper.* [k] *Commodavisti.*

Cap. xxi. 1 Ant. Augustin. legi voluit *rei judicatæ*, improbante Beck. Cf. Drakenb. ad Liv. xxi. 19.—2 Victor. et Manut. *unquam.*—3 Vat. ap. Faërn. et Lamb. teste Olivet. *judicatus.*—4 Sic, e conjectura Faërni, Lamb. et seqq. *ostenderet et ab eo i. habitet quod* Venet. 1483. *ostenderet et ab eo i. abiret quod* codd. plerique et edd. ante Lamb. 'Prius *et* servari sane poterat.' *Orell.*—5 Muretus conj. *civitatis p. cum Deciani testem;* Venett. 1480. 1483. habent *cum Deciani teste.* Mox, *cognosces* S. *cognosceres* H. Deinde, pro *quoniam te,* Venet. 1483. habet *qua te;* Lamb. *quia te;* Venet. 1480. *quia tum te.*—6 *Adduxisti* S, Venet. 1483. Junt. *Apolloniam* Lamb. *Apollinidem* Franc. 2. et edd. vett. *Apollonidem* suspectum fuit Camerario. Mox, *dicis* deest in

NOTÆ

[b] *Consistendi locus*] Propter suam inopiam domi consistere non poterat Heraclides.

[c] *Cum judicatum esset*] Cum judicatum esset, id est, cum sententia jam lata esset a recuperatoribus contra Heraclidem.

[d] *Judicium lege non erat*] Secundum legis institutum non erat judicium; neque enim de eo lex ulla lata fuerat, sine qua judicia legitima non habebantur.

[e] *Venio ad Lysaniam*] Aggreditur jam testimonium quod a Lysania datum est; cui fidendum minime esse contendit, propter viri mores pessimos.

[f] *Fiducia tamen accepta*] Fiducia est contractus, quo fidem alterius secuti, rem ei aliquam simulandi tantum causa mancipamus; inde ducta appellatione, quod nulla alia re, quam

dicis: tenes hodie ac possides. Eum tu testem spe recuperandi fundi paterni venire ad testimonium dicendum coëgisti; qui quoniam testimonium nondum[7] dixit, quidnam sit dicturus, expecto. Novi genus hominum, novi consuetudinem, novi libidinem. Itaque, etsi teneo, quid sit dicere paratus, nihil tamen contra disputabo prius, quam dixerit; totum enim convertet atque alia finget.[8] Quamobrem et ille servet, quod paravit; et ego me ad id, quod attulerit, integrum conservabo.[9]

XXII. 52. Venio nunc ad eam civitatem,[h] in quam ego multa et magna[1] studia et officia contuli; et quam meus frater inprimis colit atque diligit: quæ si civitas per viros bonos gravesque homines querelas ad vos detulisset, paulo commoverer magis: nunc vero quid putem? Trallianos Mæandrio causam commisisse, homini egenti, sordido,[i] sine honore, sine existimatione, sine censu?[k] Ubi erant illi Pythodori, Ætideni,[l] Lepisones,[2] ceteri homines apud nos noti, inter suos nobiles? ubi illa magnifica et gloriosa os-

H S, et edd. ante Faërn.—7 Particula *nondum* est e conj. Faërni, recepta a Lamb. et Grut. delevit Græviu.—8 Pantagath. conj. *converteret at. al. fingeret.* —9 Lamb. *servabo.*

Cap. xxii. 1 Ita Venet. 1483. *multa magna* Junt. *studia et* servant Venet. 1480. Junt. Faërn. Lamb. et recentt. Omittunt H S, edd. vett. ante Faërn.—2 Ita e conj. Faërn. edd. mediæ et recentt. atque ita fere Pall. 1. 3. *ubi erant illi, Pythodorus et Lepison? ubi ceteri hom.* cod. H. Stephani; *Pytho: et Daria et item Lepison et Cetem* Franc. 2. *Pythodoria, et idem, Lepisone* Vat. *Pythodorus et Lepison. Ceteri* Victor. et Manut. *Pythodoria et idem lepisoni*

NOTÆ

fide ac probitate emtoris freti eam venditionem interponimus.

[g] *Hanc fiduciam commissam*] Per fiduciam, fundum intelligit, quem suum esse dicebat, et revera quasi suum possidebat. Carpit vero Cicero Decianum, ut iniquiorem in Lysaniam, cui fundum paternum ademerit: simul ostendit, ejus fundi recuperandi spe venisse Lysaniam ad dicendum in Flaccum testimonium.

[h] *Ad eam civitatem*] Mæandrii Tralliani testimonium refutat. Tralles autem oppidum est ab Argivis conditum in Asia.

[i] *Sordido*] Mæandrius pauper erat et inops, et in quo nihil dignitatis et splendoris fuit.

[k] *Sine censu*] Erat bonis fortunisque omnibus destitutus.

[l] *Pythodori, Ætideni, &c.*] Poterat homines illos producere, qui opibus, splendore, et dignitate sunt conspicui, quorum luculentius longe fuisset testimonium.

tentatio civitatis? Nonne esset putidum,[a] si hanc causam agerent severe, non modo legatum,[m] sed Trallianum omnino dici Mæandrium? huic illi legato,[3] huic publico testi patronum suum jam inde a patre, atque majoribus, L. Flaccum, mactandum[n] civitatis testimonio tradidissent? 53. Non est ita, judices, non est profecto. Vidi ego in quodam judicio[o] nuper Philodorum testem Trallianum, vidi Parrhasium, vidi Archidemum, cum quidem[4] idem hic mihi Mæandrius, quasi ministrator, aderat, subjiciens, quid in suos cives, civitatemque, si vellem, dicerem: nihil enim illo homine levius, nihil egentius, nihil inquinatius. Quare si hunc habent auctorem[5] Tralliani[p] doloris sui, si hunc custodem literarum, si hunc testem injuriæ, si hunc auctorem querelarum; remittant spiritus,[b] comprimant animos suos, sedent arrogantiam, fateantur in Mæandrii persona esse expressam faciem civitatis: sin istum semper illi ipsi domi proterendum[q] esse et conculcandum putaverunt; desinant putare, auctoritatem esse in eo testimonio, cujus auctor[r] inventus est nemo.[6] XXIII. Sed exponam, quid

[a] *Puduisset.* [b] *Desinant superbire.*

Venett. 1480. 1483. Mediol. *Pythodoria et idem lepisoni* H S.—3 Ita H S, et edd. vett. *huic tali legato* Grut. Græv. Oliv. Lall. *huic illi legato tuo* Junt.—4 Ernesti *quod quidem*, errore typogr.—5 Camerar. conj. *actorem*, receperunt Lamb. Beck. Schutz. Orell. contra codd. Paulo post, *Mæandri* H S. Pro *faciem*, Vat. ap. Faërn. Pal. 1. et Lamb. habent *speciem;* Franc. 2. Venet. 1483. *spem tum.* Mox, *esse* prius abundare censuit Faërn. omiserunt Venet. 1480. Junt. et Lamb. probante Garat. uncis inclusit Orell.—6 Voc. *nemo* deest in H.

NOTÆ

[m] *Legatum*] Hic legatus dicitur qui lectus publice mittitur: tantos autem viros puderet, si missus fuisset legatus in hac causa Mæandrius, et quod se Trallensem diceret.

[n] *Mactandum*] Verbum translatum a sacrificiis, in quibus victimæ mactabantur.

[o] *Vidi ego in quodam judicio*] Arguit perfidiam Mæandrii, cujus ipse testis est.

[p] *Auctorem Tralliani*] Malunt plerique *actorem*, nec male: ostendit enim eum egisse partes civitatis conquerentis de Flacci injuria. Hic autem dilemmate utitur.

[q] *Proterendum*] Contendit non solum nullo honore afficiendum esse, sed ut vilem hominem conculcandum esse.

[r] *Cujus auctor, &c.*] Cum auctor esset nullius momenti, nemo huic Mæandrio credidit.

in re sit,[1] ut, quamobrem ista civitas neque severe Flaccum oppugnarit, neque benigne defenderit, scire possitis. 54 Erat ei [s] Castriciano [2] nomine irata; de quo toto respondit Hortensius: [t] invita solverat Castricio pecuniam, jamdiu debitam. Hinc totum odium, hinc [3] omnis offensio. Quo cum venisset Lælius ad iratos, et illud Castricianum vulnus dicendo refricuisset; [c] exsiluerunt principes, neque in illa concione affuerunt, neque ipsius decreti ac testimonii auctores esse voluerunt: usque eo orba fuit ab optimatibus [u] illa concio, ut princeps principum [4] esset Mæandrius; [x] cujus lingua, quasi flabello [y] seditionis, illa tum est egentium concio ventilata. 55. Itaque civitatis pudentis,[5] ut ego semper existimavi, et gravis, ut ipsi existimari volunt, justum dolorem [z] querelasque cognoscite. [*p.* 158.] Quæ pecunia fuerit apud se, Flacci patris nomine,[a] collata [6] a civitatibus, hanc a se esse ablatam queruntur.[b] Alio loco quæram, quid licuerit Flacco: nunc tantum

[c] *Renovasset.*

Cap. xxiii. 1 Verbum *sit* abundare censuit Faërn. *civitas n. s. F. o. n. b. defenderit* desunt in χ.—2 *Erat Cast.* omisso pronomine *ei*, Junt.—3 *Huic t. o. huic* χ. Mox, *Quo* displicet Ernestio: tuetur Scheller. p. 97. Deinde, *siluerunt* C H S ς χ, Franc. 1. 2. Pall. et edd. vett. *principes* deest in quibusdam vett. *istius decreti* cod. H. Stephani, probante Garat. et sic conj. Faërn. *aut test.* C S.—4 Cod. χ *principes principum.* Idem cod. *Meandrus;* T. *exaudius.* Mox, *illa tum esset* χ.—5 Quidam ap. Lamb. legi malunt *prudentis.*—

NOTÆ

[s] *Erat ei*] Tralliana civitas Castricio pecuniam debebat, et hæc Flacco irata fuit, quia ei significavit, ut Castricio creditam pecuniam solveret.

[t] *Hortensius*] Jam ante Ciceronem Flacci causam defenderat Hortensius.

[u] *Orba fuit ab optimatibus*] Nemo optimatum affuit, cum illa concio habita est contra Flaccum.

[x] *Esset Mæandrius*] Facete ridet illum Mæandrium, quem principem principum appellat; quia in eo cœtu, seu illa concione, nemo vir honestus et nobilis affuit, cum latum est decretum.

[y] *Quasi flabello*] Flabellum instrumentum est, quo fit ventilatio ad calorem vel minuendum vel excitandum.

[z] *Justum dolorem*] Ironia.

[a] *Flacci patris nomine*] Flaccus, pater hujus Flacci, Asiam obtinuerat post consulatum, quem cum Mario gesserat.

[b] *A se esse ablatam queruntur*] Tralliani queruntur ablatam fuisse pecuniam a Flacco filio, quam, jubente patre, Trallenses civitates apud se detulerant.

a Trallianis requiro,[d] [7] quam pecuniam a se ablatam queruntur, suamne dicant, sibi a civitatibus collatam in usum suum: cupio audire. Non, inquit, dicimus. Quid igitur? delatam ad nos,[8] creditam nobis L. Flacci patris nomine, ad hujus dies festos[c] atque ludos.[d] Quid tum? Hanc te, inquit, capere non licuit. 56. Jam[9] id videro:[e] sed primum illud tenebo: queritur gravis, locuples,[e] ornata civitas, quod non retinet alienum: spoliatam se dicit, quod id non habet, quod ejus non fuit: quid hoc impudentius dici aut fingi potest? delectum[10] est oppidum, quo in oppido uno pecunia a tota Asia ad honores L. Flacci poneretur: hæc pecunia tota ab honoribus translata est in quæstum[f] et fœnerationem; recuperata est multis post annis. XXIV. 57. Quæ[1] civitati facta est injuria? At moleste fert civitas. Credo: avulsum est[2] enim præter spem, quod erat spe devoratum lucrum.[g] At queritur: impudenter facit. Non enim omnia, quæ dolemus, eadem

[d] *Quæro.* [e] *Explicabo.*

6 Voc. *collata* deest in sex codd. Oxon. Actutum, *a civibus* Oliv.—7 Verbum *requiro* deest in ϛ. Mox, *querantur* H S ϛ χ, Venett. 1480. 1483. *requirantur* C. *querantur, suam ne dicant et sibi a c. c. in usus suos* cod. H. Steph. *in suos usus* etiam Naug. Hervag. et Lamb. Deinde, *hoc dicimus* Faërn. ex codd. recepit Lamb.—8 Cod. χ *vos.* Idem omittit prænomen *L.* Tum, *patris* omittunt C H S. *nominis hujus* habent Barb. et T. *nomine ejus* C H S. *ejus* etiam edd. vett. probante Garat. *atque* deest in ϛ.—9 *Nam* H. *id video* T.—10 Cod. χ *dejectum.* Mox, *una pecunia* H T ϛ χ. *uno provincia* C. Post *Flacci* Lamb. addit *collata*, contra codd. *tota* post *pecunia* deleri maluit Faërn. omittunt Naug. et Lamb. *est* post *translata* omittunt C H S, Venet. 1483. Hervag. Naug. Lamb.

CAP. XXIV. 1 *Quem* ϛ.—2 Ita codd. Pall. H. Stephani, Gruteri, Memm. Barb. et tres Oxon. *amissum est* H S ϛ, et edd. ante Lamb. Mox, *spe devota*

NOTÆ

[c] *Ad hujus dies festos*] Dies festi instituebantur in honorem proconsulum, vel prætorum, qui feliciter provincias administraverant, collata publice ad id a provincialibus pecunia.

[d] *Atque ludos*] Ludi erant festa, quæ de nomine alicujus vocabantur; v. g. in Marcelli honorem instituta, Marcellea dicta sunt.

[e] *Gravis, locuples*] Ironia.

[f] *In quæstum*] In quæstum Tralliani hanc pecuniam collocaverunt, non impenderunt in institutionem honorum, ad quos fuit collocata, et quibus fuit destinata; et ita quasi alienata fuit a Flacco.

[g] *Devoratum lucrum*] Metaphora proverbialis, translata a cibis qui avide deglutiuntur.

jure[3] queri possumus. At accusat[h] verbis gravissimis. Non civitas, sed imperiti homines, a Mæandrio[4] concitati. Quo loco etiam atque etiam facite, ut recordemini, quæ sit temeritas multitudinis, quæ levitas propria Græcorum, quid in concione seditiosa valeat oratio. Hic, in hac gravissima et moderatissima civitate, cum est forum[5] plenum judiciorum, plenum magistratuum, plenum optimorum virorum et civium, cum speculatur atque obsidet rostra vindex temeritatis, et moderatrix officii, curia;[i] tamen quantos fluctus excitari concionum videtis! Quid vos fieri censetis Trallibus? an id, quod Pergami?[6] [k] nisi forte hæ civitates existimari volunt, facilius una se epistola Mithridatis[l] moveri impellique potuisse, ut amicitiam populi Romani, fidem suam, jura omnia officii humanitatisque violarent; quam ut filium testimonio læderent, cujus patrem[m] armis pellendum suis mœnibus censuissent. 58. Quare nolite mihi ista nomina civitatum[n] nobilium opponere: quos[7]

tum χ.—3 H S *eodem jure.* Mox, *possumus; ac, &c.* ς.—4 *Mæandro* χ.—5 Codex unus Oxon. *cum forum.* Paulo post, *concionem videtis* H S ς.—6 Lamb. de Sylvii conjectura, *an non idem, quod P.* Ernesti conj. *non id quod P.* vel, *Trallibus? quid P.* quod recepit Schutz. 'Codicum lectionem nescio quam bene defendit Wolf.' *Orell.* *Pergameni* sex codd. Oxon. Pro *nisi*, C H S habent *si:* deest in T. Mox, *facilius* omittit χ. *impelli potuisse* C. Deinde, *fidem suam* desunt in T. *sedem suam* habent C H S ς χ. *omnia officia societatis humanitatisque* cod. H. Stephani; *humanitatesque* Pall. *ira*, pro *jura*, χ. *violaret* H. *test. dederent* ς. *a suis mœnibus* edd. ante Grut.—7 C S *quod.*—

NOTÆ

[h] *At accusat*] Per illud decretum non accusat hæc civitas Flaccum, sed viles homines, qui a Mæandrio concitati sunt.

[i] *Curia*] Pro senatu dicitur curia, quia in ea senatus habebatur. Argumentatur autem a comparatione. Si senatus vix coërcere potest Rom. populum, quis Tralles, leves homines?

[k] *Quod Pergami*] Pergamus urbs fuit in Asia, ubi sedes est regia Mithridatis: ait autem quod idem præstabitur Trallibus quod Pergami.

[l] *Epistola Mithridatis*] Mithridates rex Ponti fuit, de quo sæpius in Orat. pro Lege Manil. et pro Murena. Hic una literarum significatione cives Rom. innumeros in suo regno interfici jussit, cum primo ei bellum Romani denuntiarunt.

[m] *Cujus patrem*] Cum hæc tanta tempestas a Mithridate excitata est, tunc Flaccus, hujus pater, bellum in Asia gerebat.

[n] *Civitatum*] Adducit in odium civitates istas Asianas, quasi Mithridatici sceleris participes.

enim hostes hæc familia contemsit, nunquam eosdem testes pertimescet. Vobis autem [8] [o] est confitendum, si consiliis principum vestræ civitates reguntur; non multitudinis temeritate, sed optimatum consilio bellum ab istis civitatibus cum populo Romano esse susceptum: sin ille tum motus est temeritate imperitorum excitatus; patimini, me delicta vulgi [p] a publica causa separare. XXV. 59. At enim istam pecuniam [q] huic capere non licuit. Utrum vultis patri Flacci [1] licuisse, necne? si licuit, sicuti certe licuit, ad ejus honores collatam, ex quibus ipse nihil capiebat, patris pecuniam recte abstulit filius; si non licuit, tamen illo mortuo, non modo filius, sed quivis hæres rectissime potuit auferre. Ac tum [2] quidem Tralliani, cum ipsi gravi fœnore istam pecuniam multos annos occupavissent, a Flacco tamen omnia, quæ voluerunt, impetraverunt; neque tam fuerunt impudentes, ut id, quod Lælius dixit, dicere auderent, hanc ab se pecuniam [3] abstulisse Mithridatem. Quis enim erat, qui non sciret, in ornandis studiosiorem Mithridatem,[4] quam in spoliandis Trallianis fuisse? 60. Quæ quidem a me si, ut dicenda [5] sunt, dicerentur, gravius agerem, judices, quam adhuc egi, quantam Asiaticis testi-

8 *Vobiscum vel nobiscum* T. Mox, verba, *sed opt. c. b. ab i. c. c. p. R. e. s. s. i. t. m. e. temeritate* desunt in χ. Actutum, *imparatorum* T. *impiorum* C S. *excitatus* omittit T. Pro *patimini*, quod servant codd. Faërni, Franc. 1. Memm. Barb. Reg. Guelf. T ς χ, et edd. vett. fere omnes, *patiamini* exhibent ed. Wald. Junt. Crat. Cam. Grut. Græv. *ne delica* T.

Cap. xxv. 1 Codd. plerique, Venett. 1480. 1483. Lamb. Beck. Schutz. Orell. *patri Flacco;* T *patris Flacco.* Paulo post, *res collata* sex codd. Oxon. *pecunia recte* χ. *pecunia ratione* T.—2 *At tum* C T. *potuit judicare. Actum* χ. *annos habuissent a Fl.* C S.—3 Ita codd. Faërni, Barb. Venett. 1480. 1483. Hervag. *hanc cis pec.* quædam edd. ante Faërn.—4 *Quis e. e. q. n. s. in o. s.*

NOTÆ

o *Vobis autem*] Ostendit Cicero quod Tralliani efficere debent, ut omnes credant, peccare potius apud eos multitudinem, quam totam civitatem; nam ita se immunes sceleris reddent quod a Mithridate peccatum est: nam si dicant sua decreta, tota urbe consentiente, facta esse, jam erit hostis pop. Rom.

p *Delicta vulgi*] Separat testimonia vulgi a reliqua civitate, ne principes civitatis dicantur concitatæ multitudini consentire.

q *At enim istam pecuniam*] Istam pecuniam auferre potuisse Flaccum, probat dilemmate.

bus fidem habere vos conveniret: revocarem animos vestros ad Mithridatici belli memoriam, ad illam universorum civium Romanorum per tot urbes, [*p.* 159.] uno puncto temporis,[r] miseram crudelemque cædem: prætores nostros[6] [s] deditos, legatos[t] in vincula conjectos, nominis prope Romani memoriam, cum vestigio imperii, non modo ex ædibus Græcorum,[u] verum etiam ex literis esse deletam. Mithridatem Deum, illum patrem, illum conservatorem Asiæ, illum Evium,[x] Nysium, Bacchum, Liberum nominabant. 61. Unum atque idem erat tempus, cum L. Flacco consuli portas tota Asia claudebat; Cappadocem[a] autem illum

Mithridatem desunt in T. *in hortandis* χ.—5 H *uti dicenda.*—6 Cod. χ *prætores vestros.* Paulo post, *ex sedibus* cod. H. Steph. probantibus Garat. et Huld. Mox, verba, *ex lit. e. d. M. D. i. p. i. c. Asiæ*, desunt in C, spatio relicto. *esse delectam* χ. *Mith. demum* codd. plerique, Venet. 1483. prob. Garat. *Mith. dominum* Lamb. Magna inest in seqq. nominibus confusio. *Evium, Nysium, Bacchum, Liberum* e codd. aliquot primus dedit Faërn. *illum Euchyum, Bromium, Nysium, Bacchum, Liberum* Venet. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. *Evium, Bromium, Nysium, Bacchum,* omisso *Liberum*, Lamb. *Evium, Dionysum, Bacchum, Liberum* Græv. *illum Evium, Bromium, Nysium, Iac-*

NOTÆ

[r] *Uno puncto temporis*] Refert Appianus in Mithrid. literas ad omnes Asiæ principes misisse, ut tricesimo post acceptas die Romanos omnes et Italos, qui in suis erant civitatibus, una cum liberis et uxoribus interficerent, eosque insepultos relinquerent. Narrat Plutarchus, centum quinquaginta millia in ista internecione periisse.

[s] *Prætores nostros*] Q. Oppius prætor a Laodicensibus Mithridati deditus est.

[t] *Legatos*] Manius Attilius, asino vinctus, præcedente tibicine, circumductus est.

[u] *Ædibus Græcorum*] Memoriam populi Rom. delere voluit Mithridates, cum in Asia interficerentur Romani cives.

[x] *Evium*] Receptus in sacris Bacchus *Evius* dictus est, quasi *εὖ οἱ, bene illi:* quod bello giganteo, primus Deorum omnium gigantem occiderit versus in leonem: unde sic illi acclamaverit Jupiter pater. Ita Helenius Acron et Porphyrion, antiqui interpretes ad Hor. Od. I. 18. Dionysius vero dictus est etiam a voce 'Dy,' id est, 'Dominus,' et 'Nysa,' per metathesin, pro 'Sina,' ut sit dominus Sinæ: *δεῦνος* enim apud Indos *regem* significat, ut ait Juba apud Etymologon. Pomponius Mela III. 7. de India, a Nysa urbe vult dictum esse Dionysium, quod in illa genitus sit. Liber denique dictus est a liberando, quia libertatis Deus est; sive quod Bœotiæ urbes liberas fecerit, (nam, ut ait Plutarchus, pro Bœotiæ libertate pugnavit) vel quia vinum curas solvit, et mentem ab iis liberat.

[a] *Cappadocem*] Mithridatem intelligit, quem Cappadocem, ad contemtum, nominat, cum Cappadoces

non modo recipiebat suis urbibus, verum etiam ultro vocabat. Liceat hæc nobis,[7] si oblivisci non possumus, at tacere: liceat mihi potius de levitate Græcorum queri, quam de crudelitate. Auctoritatem isti habeant apud eos, quos esse omnino noluerunt? nam, quoscumque potuerunt, togatos[b] interemerunt; nomen civium Romanorum, quantum in ipsis fuit,[8] sustulerunt. XXVI. In hac igitur urbe[c] se jactent,[1] quam oderunt? apud eos, quos inviti vident? in ea republica, ad quam opprimendam non animus eis, sed vires defuerunt? Aspiciant hunc florem legatorum laudatorumque Flacci, ex vera atque integra Græcia:[d] tum se ipsi expendant,[2] tum cum his se comparent, tum, si audebunt, dignitati horum componant suam.

62. Adsunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges,[e] jura, leges[f] ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur: de quorum urbis possessione,[3] propter

chum conj. Orell.—7 *Liceat h. vobis* χ. *ac tacere* ς.—8 Cod. χ *fuerunt.*

Cap. XXVI. 1 Ita Pall. 3. 7. Manut. C. Steph. Lamb. Grut. *se jactant* C H S T χ, alii codd. Faërn. et al. ante Lamb. *quam oderint* T. Mox, pro *vident*, H habet *audent.* Pro *defuerunt*, quod servant codd. Faërni, *deficiunt et defuerunt* exhibent C S, Barb. Venet. 1480. 1483. Mediol. Hervag. *defecerunt et defuerunt* codd. plerique, Franc. 1. 2. T ς χ, ed. 1472. *non a. eos s. v. defecerunt* conj. Orell.—2 H S *expediant.* Mox, *tum* deest in ς. Pro *componant*, quod servant codd. Faërni, Memm. Franc. 1. 2. Barb. al. cum edd. Wald. Naug. Lamb. Grut. Oliv. *opponant* est in edd. plurimis ante Faërn. *anteponant* in Pal. 2. Dresd. C H S ς χ, Guelf. Reg. Venet. 1480. 1483. Brix. Mediol. Junt. Ald. Hervag. *suam* omittit Pal. 2.—3 C S, et edd. ante Faërn. *positione.* Mox, verba, *et eorum e. t. p. a. p. dicatur*, desunt in ς. *est* post

NOTÆ

a Romanis pro levissimis et abjectissimis hominibus semper habiti sint.

[b] *Togatos*] Togatos vocat Romanos, quia togis usi sunt.

[c] *Urbe*] Ostendit indignum esse ut Asiani in ea urbe Romanos accusent, quos oderunt, et perdere voluerunt.

[d] *Ex vera atque integra Græcia*] Non e vera Græcia, sed ex Asia venerant Flacci accusatores, qui longe diversi fuerunt ab Atheniensibus, quorum nomen in toto terrarum orbe claruit.

[e] *Fruges*] Ceres e Sicilia fruges Athenas intulit, ut Cicero Verr. VI. dixit, et Triptolemus Atticus primus homines arare docuit.

[f] *Jura, leges*] Lucret. lib. VI. legum, juris, et victus humani originem huic civitati tribuit. Certe Solon, sapientissimus ille legislator, dicitur primus omnium hanc civitatem optimis legibus temperasse; quanquam alii volunt inventas primum fuisse a Cerere, quæ idcirco a Virgil. Æneid. IV. 'legifera' dicitur.

pulchritudinem, etiam inter Deos certamen[g] fuisse proditum est: quæ vetustate ea est, ut ipsa ex sese suos cives[h] genuisse dicatur; et eorum[i] eadem terra parens, altrix, patria dicatur; auctoritate autem tanta est, ut jam fractum prope ac debilitatum Græciæ nomen, hujus urbis laude nitatur. 63. Adsunt Lacedæmonii;[k] cujus civitatis spectata ac nobilitata virtus, non solum natura corroborata, verum etiam disciplina[l] putatur; qui soli toto orbe terrarum septingentos[m] jam[4] annos amplius unis[a] moribus[n] et nunquam mutatis legibus vivunt. Adsunt ex Achaia cuncta[o] multi legati, Bœotia,[p] Thessalia;[q] quibus locis

[a] *Iisdem.*

NOTÆ

[g] *Inter Deos certamen*] Certamen fuit Minervam inter et Neptunum: cum enim Neptunus vel aquas, vel equum produxisset, Minerva vero oleam; hanc prætulerunt Athenienses operibus Neptuni, et hanc suæ urbis tutricem accepere. Neptunus iratus, δυσβουλίαν, id est, *stultitiam*, Atheniensibus immisit in consultando; Minerva autem, ut ipsis consulta bene cederent, est largita sapientiam. De his vide plura apud D. Augustin. de Civit. Dei, lib. XVIII. quæ ex M. Varrone refert.

[h] *Ex sese suos cives*] Elate ex se suos cives genuisse Cicero dicit: hanc enim Cecrops primus dicitur condidisse. Macedoniam inter et Achaiam in ea littorali regione sita fuit, quæ olim Acta, deinde Attica, dicta est. Hanc cum Cares crebris latrociniis et excursationibus vexarent, auctor omnibus Cecrops fuit, ut, qui tum in agris dispersi habitabant, universim in duodecim oppida commigrarent, seque communirent adversus hostium impetus: quo facto, ipse Cecropiæ, quam a suo nomine appellavit, regem se haud modicis nimirum soceri sui opibus declarandum putavit. Tandem aliquibus post sæculis, Athenæ a Minerva, quam 'Αθήνην vocaverunt, civitas illa dicta est. Vide Strab. lib. IX. et Paus. in Att.

[i] *Et eorum*] Civium.

[k] *Lacedæmonii*] Lacedæmon urbs clarissima fuit in Peloponneso, quæ et alio nomine Sparta dicta est.

[l] *Disciplina*] Accepit a Lycurgo disciplinam Lacedæmon.

[m] *Septingentos*] Qua ætate vixerit Lycurgus, nihil certi habetur. Cicero Tuscul. Quæst. lib. V. vixisse ante urbem conditam, an. 700. ait.

[n] *Unis moribus*] Justinianus in lib. I. Instit. tit. 1. ait Lacedæmonios moribus vixisse, et Athenienses legibus.

[o] *Achaia cuncta*] Achaia cuncta sumitur pro omnibus regionibus quæ se concilio Achaico adjunxerunt, et a Romanis in provinciam redactæ, commune hoc Achaiæ nomen sortitæ sunt: alioquin solitarie sumta accipitur pro Peloponnesi regiuncula, quæ a Ptolemæo 'Propria' dicitur.

[p] *Bœotia*] Bœotia est regio in Græciæ finibus, cujus longitudo se ad Atticam porrigit. Dicta vulgo dicitur a 'bove,' cujus ductu ad eum locum Cadmus pervenit. Vide Ovid. Met. III.

[q] *Thessalia*] Regio et pars Macedo-

nuper legatus L. Flaccus,[5] imperatore Metello,[r] præfuit. Neque vero te, Massilia,[s] prætereo, quæ L. Flaccum militem quæstoremque[6] cognosti; cujus ego civitatis disciplinam[t] atque gravitatem non solum Græciæ, sed haud scio an cunctis gentibus anteponendam dicam: quæ tam procul a Græcorum omnium regionibus, disciplinis linguaque divisa, cum in ultimis terris cincta Gallorum gentibus, barbariæ[u] fluctibus alluatur, sic optimatum consilio gubernatur, ut omnes ejus instituta laudare facilius possint, quam æmulari. 64. Hisce utitur laudatoribus[7] Flaccus, his innocentiæ testibus, ut Græcorum cupiditati,[x] Græcorum auxilio resistamus.

XXVII. Quanquam quis ignorat, qui modo[1] unquam mediocriter res istas scire curavit, quin tria Græcorum genera[y] sint vere? quorum uni sunt Athenienses, quæ gens

tanta omittit Lamb.—4 Codex unus Oxon. *sept. inter.*—5 Sex codd. Oxon. *legatus Flaccus.*—6 Gulielm. conj. *tribunum militum.* Copulam *que* omittit ϛ. *cognosti* deest in T. Mox, *jure dicam* ϛ χ, et plurimæ edd. ante Ernesti; sed illud *jure* omittunt codd. Romm. Faërni, Lambini et Grævii, Guelf. ed. Wald. Lamb. Græv. Pro *regionibus*, T habet *civitatibus.* χ *lingua quæ.* H *terris cuncta.* C H *abluatur.*—7 C *laudationibus.* Verba, *Græcorum cupididati*, desunt in C H S T. *cupididati ut Græcorum* ϛ χ.

CAP. XXVII. 1 Codex unus Oxon. *qui non modo.* Actutum, *ut quam* C. *ut quum* ϛ. *nunquam* al. *mediocriter* deest in ϛ. Mox, *gens I. habetur* H S ϛ,

NOTÆ

niæ, Achaiæ finitima.

r *Metello*] Metello Cretico legatus fuit.

s *Massilia*] Urbs Galliæ Narbonensis antiquissima, Macedonibus Astyage, Hebræis vero Sedecia imperante, condita; sed vastata, deinde a Phocensibus instaurata est. De hac jam dictum in Orat. pro Font. § 3.

t *Disciplinam*] Tanta in æstimatione fuit olim Massiliensium disciplina, ut studio bonarum artium daturi operam, citius ad Massilienses, quam ad Athenienses, juvenes mitterentur. Ita Strabo lib. III. Vide etiam Val. Max. lib. II. tit. de Instit. Antiq.

u *Barbariæ*] Cum fuerit Massilia urbs maritima, dicitur a Cicerone Barbariæ vicina; quia populi omnes externi Barbari a Romanis vocabantur.

x *Græcorum cupiditati*] Non illos Græcos Athenienses intelligit, sed Asianos, qui Flaccum accusaturi venerant.

y *Tria Græcorum genera*] Quatuor vulgo nominantur ab auctoribus Græcorum populi, Attici, Ionici, Æolici, Dorici, secundum variam eorum dialectum. Tres porro Cicero dicit, quia Attici et Ionici pro uno tantum populo numerabantur, licet eorum lingua maxime discreparet. Attica porro regio est Achaiæ, in qua Athe-

Ionum habebatur; Æoles alteri; Dores tertii nominabantur; atque hæc cuncta Græcia, quæ fama,[2] quæ gloria, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperio et bellica laude floruit, parvum quendam locum, ut scitis, Europæ tenet, semperque tenuit. Asiæ maritimam[3] oram, bello superatam, cinxit urbibus, non ut munitam coloniis[z] illam augeret, sed ut obsessam teneret. 65. Quamobrem quæso[b] a vobis, Asiatici testes, cum[4] vere recordari voletis, quantum auctoritatis in judicium afferatis, vosmetipsi describatis Asiam; nec, quid alienigenæ de vobis loqui soleant, sed quid vosmetipsi de genere vestro statuatis,[a] memineritis. Namque, ut opinor, Asia vestra constat ex Phrygia,[b] Mysia,[5] [c] Caria,[d] Lydia.[e] Utrum igitur nostrum est, an ves-

[b] *Peto.*

Venet. 1483. Hervag.—2 Verba, *quæ fama*, desunt in uno cod. Faërni. Mox, *pluribus art. quæ et imp.* χ.—3 C ϛ *maximam.* Mox, *cinxit* deest in ϛ. Pro *urbibus*, χ habet *viribus.* Pro *munitam*, ϛ *minutam.* Deinde *illam gentem augeret* Lamb. *illam gentem*, omisso *augeret*, multi codd. et Venett. 1480. 1483. *illa augeret* Franc. Græv. *illam generet* Pall. 3. 4. 8. *illam generaret* cod. Victorii, et Memm.—4 Edd. vett. nonnullæ, et Orell. *ut, cum.* Mox, *rec. velitis* ϛ. Pro *afferatis*, nonnulli codd. ap. Faërn. *deferatis.*—5 *Nisia* ϛ.—

NOTÆ

næ urbs totius Græciæ nobilissima: Ionia in Asia Minore, provincia ditissima: Æolia in Asia proprie dicta: Doris Græciæ regio juxta sinum.

[z] *Munitam coloniis*] Colonias vulgo statuebant in oris maritimis, quo et tutius ab incursionibus hostium repentinis provinciam vindicarent, et facilius in eam cum exercitu haberent aditum.

[a] *De genere vestro statuatis*] Hortatur illos testes, ut non quid alii, sed quid ipsi apud se et de se communi omnium voce dicere soleant, recordentur. Hic odiosam Minoris Asiæ, et ejus morum descriptionem proverbiis confirmatam affert.

[b] *Ex Phrygia*] Phrygia regio Asiæ est, cujus incolæ Phryges dicti sunt, barbari, ac servili ingenio homines, qui solis verberibus in officio continentur.

[c] *Mysia*] Mysia regio Minoris Asiæ est ad Hellespontum, cujus incolæ abjectissimi semper habiti sunt. Unde quoties nullius æstimationis hominem volebant designare, Mysorum ultimus dicebatur, ut mox infra Cicero referet.

[d] *Caria*] Regio Minoris Asiæ a Care rege sic nominata; cujus incolæ vilissimi homines semper æstimati sunt, quod mercede militarent, ac in prima acie locati primos hostium impetus sustinentes vitam suam parvi ducerent: unde adagium natum est, 'In Care periculum facere.'

[e] *Lydia*] Lydia regio Asiæ Minoris est, incolarum improbitate famosa, quæ abiit in proverbium, 'Lydi mali.'

trum, hoc proverbium,[6] Phrygem plagis fieri solere meliorem? [*p.* 160.] Quid de tota Caria? nonne[7] hoc vestra voce vulgatum est, si quid cum periculo experiri velis, in Care id potissimum esse faciendum? Quid porro in Græco sermone tam tritum atque celebratum est, quam, si quis despicatui ducitur, ut Mysorum[8] ultimus esse dicatur? Nam quid ego dicam de Lydia? quis unquam Græcus comœdiam scripsit, in qua servus primarum partium non Lydus[9] esset?[e] Quamobrem quæ vobis fit injuria, si statuimus, vestro nobis judicio standum esse de vobis? 66. Equidem mihi[10] jam satis superque dixisse videor de Asiatico genere testium: sed tamen vestrum est, judices, omnia, quæ dici possunt in hominum levitatem, inconstantiam, cupiditatem, etiamsi a me minus dicuntur, vestris animis et cogitatione comprehendere.

XXVIII. Sequitur auri illa invidia Judaici. Hoc nimirum est illud, quod non longe a gradibus Aureliis[f] hæc causa dicitur: ob hoc[1] crimen hic locus abs te, Læli, atque illa turba quæsita est. Scis, quanta sit manus, quanta concordia,[g] quantum valeat[2] in concionibus. Submissa[3] voce agam, tantum ut judices audiant: neque enim desunt, qui istos in me, atque in optimum quemque incitent; quos ego, quo id facilius faciant, non adjuvabo.[h] 67.

[e] *In qua servus Lydus non haberet primas personas.*

6 Edd. vett. *vetus proverbium.*—7 *Quid? de tota Caria nonne* Orell. cum Wolffio; *Quid? de Caria nonne* conj. Schutz. Mox, *in Caria* edd. ante Lamb. *in care* cod. Grut. *in ea re* Guelf.—8 C *miserorum;* ς *Nysorum.*—9 *Lydius* C H S. *Lidius* ς.—10 *Equidem modo* H. *satis supraque* C H T χ. Paulo post, *etsi a me* χ.

Cap. xxviii. 1 Ita decem codd. Franc. 1. aliique libri; *ad hoc* codd. aliquot ap. Lamb. et liber H. Stephani.—2 H S T ς χ *valet.*—3 *Si submissa*

NOTÆ

[f] *Gradibus Aureliis*] Gradus Aurelii, seu Aurelium forum, tribunal, et porta ab Aurelio quopiam dicta sunt, quo sæpe improborum hominum multitudo ad cædem faciendam conveniebat. Non longe ab illis gradibus illa causa acta est, ut inde Lælius comparatos homines haberet, quos incenderet in Ciceronem et Flaccum, cum de auro Judaico diceret.

[g] *Concordia*] Ironice loquitur.

[h] *Non adjuvabo*] Non clara voce,

Cum aurum, Judæorum nomine, quotannis[i] ex Italia, et ex omnibus provinciis[4] Hierosolyma[k] exportari soleret, Flaccus sanxit[a] edicto, ne ex Asia[l] exportari liceret. Quis est,[5] judices, qui hoc non vere laudare possit? Exportari[m] aurum non oportere, cum sæpe antea senatus, tum, me consule,[n] gravissime judicavit. Huic autem[6] barbaræ superstitioni[o] resistere, severitatis; multitudinem Judæorum, flagrantem[b] nonnunquam in concionibus, pro republica contemnere, gravitatis summæ fuit. At Cn. Pompeius, captis Hierosolymis,[p] victor ex illo fano nihil attigit.[q] 68. Inprimis

[a] *Vetuit.* [b] *Tumultuantem.*

Pall. Victor. nonnulli ap. Faërn. Franc. 2. Barb. T χ, Venet. 1483. *Sic submissa* cod. unus Faërni, Franc. 1. et ed. Lamb. prob. Garat.—4 Edd. vett. *ex om. vestris prov.* Guelf. C H S ς, Rom. Brix. Mediol. Junt. omittunt *vestris.* Mox, *Hierosolymam* codd. et edd. omnes ante Ernesti. Verba, *Flaccus s. e. n. e. A. e. liceret,* desunt in χ.—5 *Quid est* C. *judex* T. *voce laudare* C. —6 *Hic autem* ς. *Huic tum* χ. Mox, *pro rep. contendere* ς. *summæ* deest in χ.

NOTÆ

sed submissa dicet; ne illos homines comparatos, ad tumultum excitandum incitet.

[i] *Quotannis*] Religionis nomine a Judæis pecuniæ in provinciis congerebantur, eæque Hierosolymam deferebantur.

[k] *Hierosolyma*] Hierosolyma urbs Palestinæ clarissima, et florentissima urbium Orientis est, ut scribit Plin. v. 14. quæ primo Judæorum religione et cultu veri Dei, deinde Christi et redemtionis humanæ mysteriis consecrata est.

[l] *Ex Asia*] Flaccus vetuit ne ex Asia Hierosolymam pecunia transferretur.

[m] *Exportari*] Ex provincia, vel ex Italia senatus pecuniam transferri vetuit.

[n] *Me consule*] Cicerone et Antonio coss. Pompeius Hierosolymam superavit.

[o] *Barbaræ superstitioni*] Superstitionem dicit barbaram, quia externa erat, nec Romæ solita haberi. Judæorum vero religionem superstitionem appellavit vir ethnicus, nempe legem illam quam a Mose acceperant, et cultus illos qui vero Deo tanta magnificentia exhibebantur: nisi fortasse melius superstitionem vocet, quod Judæi aurum illud, quod ubique colligebant, in Salomonis templo reponerent; quod ab illis religio maxima æstimabatur.

[p] *Captis Hierosolymis*] Nondum confecto bello Mithridatico Judæam domuit Pompeius, et Hierosolymam cepit die jejunii, quo ab omni opere abstinebant Judæi; et eversis mœnibus, in urbem intravit, et regem eorum Aristobulum cepit.

[q] *Nihil attigit*] Cum in penetralia intravisset Pompeius, quo adire nemini, sed solis sacerdotibus licebat, vidissetque stantem hic mensam auream, et sacrum candelabrum, et va-

hoc, ut multa alia, sapienter, quod[7] in tam suspiciosa[r] ac maledica civitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit: non enim, credo, religionem et Judæorum, et hostium, impedimento[s] præstantissimo imperatori, sed pudorem,[8] fuisse. Ubi ergo[9] crimen est? quoniam quidem furtum nusquam reprehendis, edictum[t] probas, judicatum fateris, quæsitum et prolatum[u] palam, non negas; actum esse per viros primarios[x] res ipsa declarat: Apameæ[y] manifesto[10] comprehensum, ante pedes prætoris[z] in foro expensum est auri pondo[a] centum paulo minus per Sex. Cæsium, equitem Romanum, castissimum hominem atque integerrimum; Laodiceæ[b] viginti pondo paulo amplius per hunc ipsum L. Peducæum,[11] judicem nostrum; Adramyttii[c]

—7 Edd. vett. *sapienter, qui;* Barb. sex codd. Oxon. cod. H. Stephani, Ven. 1480. 1483. Manut. Lamb. *sapienter quod.* Mox, *ac maledicta* C.—8 H χ *pudori.*—9 *Ubi igitur* H, Lamb. Mox, *quoniam fructum*, omisso *quidem*, χ. Verba *edictum probas* desunt in eodem codice. Pro *judicatum*, Pantag. legi voluit *indicatum.* Verba, *judicatum f. quæsitum*, desunt in T. Pro *prolatum*, quod exhibent nonnulli codd. Faërni et Gruteri, Memm. Ven. 1480. Junt. Lamb. seqq. *probatum* habent vulgg. ante Faërn. *ploratum* unus cod. Faërni. —10 S T χ, Victor. Manut. *manifeste.* Actutum, *deprehensum* cod. H. Stephani, et al. ap. Lamb. Pro *expensum*, C H S, et vet. cod. ap. Ursin. *expressum.* Codd. Faërni et Barb. *esse auri.* Deinde, *Sex. Ecinium* Pall. nonnulli; *Sex. Cesinium* alii Pall. *Sex. Cofinium* cod. Victor. *Sextum Cesinium* Franc. 2. et T. *Sex. Cesimum* χ.—11 Codd. variant, *Peduceum, Peduceium,*

NOTÆ

sa, et magnam aromatum copiam, et præterea in thesauris pecuniam consecratam, circiter bis mille talentis repositis; nihil horum pietate motus attigit. Vide Jos. Ant. Jud. l. XIV.

r *Suspiciosa*] Suspiciosa dicitur quæ omnia in pessimam partem interpretatur.

s *Impedimento*] Solus pudor prohibuit, quominus Pompeius, Hierosolymorum victor, aliquid attingeret de isto fano.

t *Edictum*] Tulit edictum Flaccus, ne pecunia ex Asia asportaretur, quod idem Cicerone consule senatus antea judicavit.

u *Prolatum*] Aurum quod Judæi exportabant, deprehensum fuit.

x *Viros primarios*] Per Cæsium, Peducæum, et Domitium, equites Romanos, tota res illa peracta est.

y *Apameæ*] Apamea urbs est Phrygiæ ad Marsyæ fluminis ostia, quæ Cibotos olim appellata est.

z *Ante pedes prætoris*] Aurum deprehensum Apameæ ponderatum est ante pedes Flacci prætoris, qui in loco editiore sedebat.

a *Auri pondo*] Pondo proprie significat pondus duodecim librarum, vox hæc *pondo* pluraliter tantum effertur. Unde unum pondo non dicimus, sed per 'libram' effertur.

b *Laodiceæ*] Laodicea urbs Cœlosyriæ.

c *Adramyttii* [*Adrymeti*] *Adrymetii*

per Cn. Domitium, legatum. 69. Pergami[d] non multum.[e] Auri ratio constat: aurum in ærario est: furtum non reprehenditur: invidia quæritur:[f] a judicibus[12] oratio avertitur: vox in coronam[g] turbamque effunditur. Sua cuique civitati religio, Læli, est,[13] nostra nobis. Stantibus Hierosolymis,[h] pacatisque Judæis, tamen istorum religio sacrorum a splendore hujus imperii, gravitate nominis nostri, majorum[14] institutis, abhorrebat: nunc vero hoc magis, quod illa gens, quid de imperio nostro sentiret, ostendit armis:[i] quam cara Diis immortalibus[k] esset, docuit, quod est victa, quod elocata,[l] quod servata.[m]



Puduceum. Nonnulli habent *C. Lucum Ped.* vel, *Cl. Ped.* vel, *C. L. Ped.* vel, *Cn. Lucium Ped.* Mox, *Adrumeti* edd. vett. *Adrimeti* C S. *Adrimei* χ. *Hadrumenti* Franc. 1. *admitti* Franc. 2. et ed. 1480. *Adramyttii* est e conj. Camerarii. *legatum* deest in χ.—12 Cod. ς *a judice; χ a judiciis.* Gruteri cod. *advertitur;* cod. Victorii, Memm. Pall. T χ *convertitur.*—13 Verbum *est* omittit C.—14 Cod. χ *malorum.* Mox, in eodem *abhorreat; abhorrebant* C. Mox, pro *elocata,* Guelf. habet *est locata;* Græv. conj. *pacata.* Pro *servata* Junt. habet *serva;* al. *serva facta;* Pantag. conj. *enervata;* Withof. conj. *victa, quod derelicta, quod servire coacta;* Schutz. suspic. *victa, quod subacta, quod elocata.*

NOTÆ

legendum videtur; Adrymetum enim est in Africa: hæc autem urbs in iis locis esse debuit, de quibus Cicero loquitur.

[d] *Pergami*] Pergamus urbs est Asiæ Minoris non longe a Caico fluvio distans, sic dicta quod in rupe altiori sita sit: olim enim Pergama omnia loca editiora dicebantur.

[e] *Non multum, &c.*] Id est, quot auri pondo expensa sint, non certum est.

[f] *Invidia quæritur*] Injuriam quam sibi factam esse volunt Asiani in Flaccum derivant: ea de re non agunt apud judices, sed apud multitudinem, quam facile sperant se in eum esse concitaturos.

[g] *Vox in coronam*] Corona consessus est et turba circumstans. Est autem translatio a corona, qua caput præcingitur.

[h] *Stantibus Hierosolymis*] Antequam devincerentur a Pompeio Judæi, dicit eos abhorruisse a Romanorum religione; non immerito, quia veram religionem Judæi, impiam et falsam Romani sequebantur.

[i] *Ostendit armis*] Cum arma sumsere contra imperium Romanum Judæi, ostenderunt quam ab imperio Romano alieni essent.

[k] *Diis immortalibus*] Ait quod Diis cara non fuerit Judæorum religio, quod nempe eam non adjuverint, sed vinci ab hostibus Romanis passi sint.

[l] *Elocata*] Gens illa Judæorum loco et dignitate dejecta est, et subdita Romanorum tributo: translatio est a fundo, qui locatus est.

[m] *Servata*] Non est excisa penitus, ut urbes quæ a victoribus diripiebantur.

XXIX. 70. Quamobrem, quoniam, quod crimen esse voluisti, id totum vides in laudem[1] esse conversum; veniamus jam ad civium Romanorum querelas. Ex quibus sit sane prima Deciani. Quid tibi tandem, Deciane,[a] injuriæ factum est? Negotiaris[2] in libera civitate.[b] Primum patere, me esse curiosum:[c] quousque[a] negotiabere? præsertim cum sis isto loco[b] natus: annos jam triginta in foro versaris;[c] sed tamen in Pergameno:[d] [*p.* 161.] longo intervallo, si quando tibi peregrinari commodum est,[d] Romam venis:[3] affers faciem novam,[e] nomen vetus,[f] purpuram Tyriam.[g] In qua tibi invideo, quod unis vestimentis tamdiu lautus[e] es. 71. Verum esto: negotiari libet: cur non Pergæ?[4] Smyrnæ? Trallibus? ubi et multi cives Romani sunt, et jus a nostro magistratu[f] dicitur. Otium te delectat: lites, turba, prætor, odio est:[5] Græcorum libertate gaudes. Cur ergo unus tu Apollonidenses,[6] amantissimos

[a] *Quamdiu.* [b] *Ista dignitate.* [c] *Facis mercaturam.* [d] *Libet.* [e] *Ornatus.* [f] *Prætore Romano.*

CAP. XXIX. 1 H *laudes.*—2 *Negotians* C. Mox, *quousque negotiaberis* H. Deinde, *si illo* ς. *sis illo* H S χ. *anno jam* C ς. Paulo post, *in* ante *Perg.* deest in H S ς, et quibusdam edd. ante Lamb.—3 Naug. Cam. Steph. *advenis.*—4 Ita Naug. Beck. Schutz. *Pergami* codd. et edd. vett.—5 Ita Grut. et Schutz. '*tura* e conj. videtur esse.' *Orell. lites, turbæ, prætor odio est* Faërn. Beck. Orell. *lites, turbæ P. R. odio est* Venet. Junt. Crat. Hervag. Camer. Græv. probante Garat. *lites turbæ Populus Romanus* al. *lites, turba, prætor odiosi* Naug. Steph. ed. 1584. *lites, turbæ, prætor Romanus odio est* Lamb. 1566. Pro *libertate*, C *liberalitate;* Franc. 1. *levitate.*—6 Ita codd. Lambini; *Apollonidienses* Naug. et Græv. *Apollonienses* sex codd. Oxon. Franc. 1. 2. et edd. omnes ante Victor. *fidelissimos socios* sex codd. Oxon. Mox, *habes, ut Mith. aut pater* ς. Pro *habuerit* omnes codd. Venett. 1480. Junt. Beck. Schutz.

NOTÆ

[a] *Deciane*] Decianus fuit unus e Lælii subscriptoribus, quem non audiendum esse testem contra Flaccum ostendit Cicero, quia ab eo prætore avaritiæ et crudelitatis damnatus fuerat.

[b] *Civitate*] Apolloniæ negotiabatur in libera civitate.

[c] *Curiosum*] Curiosus dicitur, qui in res alienas et negotia inquirit.

[d] *Pergameno*] Reprehendit Decianum quod Pergami negotiaretur in extremo et Asiano foro.

[e] *Faciem novam*] Redit nigra facie, Asianorum more, qualis Romanorum non est.

[f] *Nomen vetus*] Quia idem semper retinuit suum nomen.

[g] *Purpuram Tyriam*] Gerebat vestem rubram et tinctam purpura Tyria, quæ omnium celeberrima fuit.

populi Romani fidelissimosque socios, miseriores habes,[g] quam aut Mithridates, aut etiam pater tuus habuerit unquam? cur his per te frui libertate sua, cur denique esse liberis non licet? Homines sunt tota ex Asia[h] [7] frugalissimi, sanctissimi, a Græcorum luxuria et levitate remotissimi, patresfamilias suo contenti, aratores, rusticani: agros habent et natura perbonos, et diligentia culturaque meliores. In hisce agris tu prædia habere voluisti:[8] omnino mallem, (et magis erat tuum, si te crassi[i] agri delectabant) hic alicubi in Crustumino,[h] aut in Capenati[i] paravisses. 72. Verum esto: Catonis est dictum,[9] Pedibus compensari pecuniam.[k] Longe omnino a Tiberi ad Caicum;[l] quo in loco [10] etiam Agamemnon[m] cum exercitu errasset, nisi

[g] *Facis.* [h] *Totius Asiæ.* [i] *Pingues.*

Orell. legunt *habuit*, probantibus Lamb. et Huld.—7 C H S ς *tota Asia.* Mox, *luxuriæ* ς.—8 Franc. 1. et C *noluisti;* et sic in H S a m. sec. *et* ante *magis* deest in C H S ς. *et m. e. t. s. t. c. a. delectabant* omittuntur in χ. *si te jam crassi* Franc. 1. Mediol. *si jam te crassi* C H S. *sed te crassi* Barb. et Pall. omnes; *sed te magis crassi* Franc. 2. *omnino malle magis erat tuum (si te jam crassi delect.) hic alicubi* cod. Grut. unde ille, *omnino male; magis erat tuum (si t. jam crassi del.) hic, &c.* Venet. 1480. habet *omnino mallem, et magis erat tum, si te magis Crassi a. del.* Venet. 1483. *omnino mallem, magis erat tuum, si jam te crassi, &c.*—9 Oliv. e Victor. *edictum.*—10 C H S *quo loco.* Mox, *Agamemno* T. *Agameno* χ. *ducem Thelephum* C.

NOTÆ

[h] *Crustumino*] Crustuminum Italiæ oppidum est prope Veios, non longe ab urbe Roma; cujus fœnum in fundo noxium, extra vero saluberrimum, ut Plin. refert lib. II. et III.

[i] *Capenati*] Capena oppidum fuit non longe ab urbe Roma. Inde Capenas gentile nomen.

[k] *Pedibus compensari pecuniam*] Dicebat Cato fructu et ubertate agrorum longinquam profectionem et impensas compensari; quia quo remotior est fundus, eo vilius emitur.

[l] *A Tiberi ad Caicum*] Caicus fluvius ex Mysia fluit, et fœcundos agros alluit: Tiberis vero in Italia steriles quandoque interfluit, Crustumios inprimis et Capenates in Etruria.

[m] *Agamemnon*] Cum Græci ad bellum Trojanum profecti essent, aiunt eos in Mysiam delatos fuisse ad Teuthraniam, urbem Telephi, quam Trojam rati vastaverunt. Illis occurrit Telephus, filius Teuthrantis, rex Mysorum: data pugna sauciatus fuit Telephus ab Achille. Cum vero se sanari nisi ab auctore ab oraculo accepisset, ab Achille obtinuit, ut vulneri mederetur, et se Græcis ductorem ad Trojam futurum esse promisit. Historia fabulose a poëtis excogitata, de qua Aristides. Porro Agamemnon dux fuit Græcorum.

ducem Telephum invenisset. Sed concedo id quoque: placuit oppidum: regio delectavit: emisses.[n] XXX. Amyntas est genere, honore, existimatione, pecunia, princeps illius[1] civitatis;[o] cujus socrum, mulierem imbecilli consilii, satis locupletem, pellexit Decianus ad sese; et, cum illa, quid ageretur,[p] nesciret, in possessione prædiorum ejus familiam suam collocavit: uxorem abduxit[2] ab Amynta prægnantem, quæ peperit apud Decianum filiam, hodieque apud Decianum est uxor Amyntæ et filia. 73. Numquid harum rerum a me fingitur, Deciane? sciunt hæc omnes nobiles, sciunt boni viri, sciunt denique[3] nostri homines, sciunt mediocres negotiatores. Exsurge, Amynta: repete a Deciano, non pecuniam, non prædia: socrum denique sibi habeat: restituat uxorem: reddat misero patri filiam: nam[4] membra, quæ debilitavit lapidibus, fustibus, ferro, manus quas contudit, digitos quos confregit, nervos quos concidit, restituere non potest: filiam, filiam, inquam, ærumnoso patri, Deciane, redde. 74. Hæc Flacco non probasse te[q] miraris? cui, quæso,[5] tandem probasti? Emtiones falsas,[k] prædiorum proscriptiones[6] cum mulierculis, aperta circumscriptione,[l]

[k] *Fictas.* [l] *Deceptione.*



CAP. XXX. 1 Voc. *illius* deest in C. Mox, *hujus socrum* Barb. edd. vett. Beck. Orell. *imbecillis* H.—2 Cod. χ *adduxit.* Mox, *pregnante* in eodem, in quo etiam verba, *filiam h. a. Decianum,* desunt. *est et uxor* Barb. Venett. 1480. 1483. Naug. Hervag. Manut. Olivet. Lall. Beck. Orell.—3 Voc. *denique* deest in ς, non improb. Huldr.—4 Particula *num* deest in sex codd. Oxon. Mox, *quos contulit* χ. *quos fregit* idem cod.—5 Sex codd. Oxon. *quasi.*—6 Pall. *præscriptiones,* hic et infra; S T *perscriptiones;* S ς χ *cum mulieribus.* Mox, *tutor his verbis* Guelf. *utor his verbis* C H S. *utor his rebus* ς χ. *legibus* deest in

NOTÆ

[n] *Emisses*] Pungit Deciani furta, aitque, quod debuisset fundos emere quos sibi usurpavit.

[o] *Civitatis*] Apolloniæ civis erat iste Amyntas; cujus socrum Decianus sibi ita devinxit, ut in ejus possessiones involarit.

[p] *Quid ageretur*] Quid a Deciano ageretur nesciebat inepta mulier.

[q] *Flacco non probasse te*] Propter hanc crudelitatem Decianus damnatus est a Flacco; quam crudelitatem cum motu ad indignationem amplificat.

fecisti: tutor his rebus Græcorum legibus[r] ascribendus[m] fuit. Polemocratem[7] scripsisti,[s] mercenarium et administrum consiliorum tuorum: adductus est in judicium Polemocrates de dolo malo et de fraude a Dione, hujus ipsius tutelæ nomine.[t] Qui concursus ex oppidis finitimis undique! qui dolor animorum! quæ querela! Condemnatus est Polemocrates sententiis omnibus, irritæ venditiones,[8] irritæ proscriptiones.[u] Num restituis?[9] defers ad Pergamenos, ut illi reciperent in suas literas publicas præclaras proscriptiones et emtiones tuas: repudiant, rejiciunt.[x] At qui homines?[10] Pergameni, laudatores tui. Ita enim mihi gloriari visus es laudatione Pergamenorum, quasi honorem majorum[11] tuorum[y] assecu tusesses: et hoc te superiorem putabas esse, quam Lælium, quod te civitas Pergamena laudaret. Num honestior est civitas Pergamena, quam Smyrna?[12][z] at ne ipsi quidem dicunt. XXXI. 75.

[m] *Interponendus.*

cod. Faërni.—7 *Ptolemocratem* S. *Polemocratem* χ. Paulo post, *Ptolemecrates* Lamb. in marg. *advectus est* C. *et de fraudatione* cod. H. Stephani; *et defraudatione* Pithœus; *et de fraude ad Jovem* Pal. 1.—8 Codd. quidam ap. Grut. *venditionis.* Mox, *perscriptiones* S T. *præscriptiones* al. ap. Græv.—9 Ita cod. Gruteri, Franc. 2. Barb. S T ς χ, et edd. vett. *Non restituis* codd. aliquot, Manut. Lamb. Grut. Græv. Mox, *recipiant* Beck. e uno cod. Oxon.—10 *Atque homines* sex codd. Oxon.—11 Nonnulli codd. ap. Græv. *majorem.* Mox, *secutus esses* H S T ς χ. *esse putabas* Faërn.—12 Ita cod. H. Steph. ed. Wald. Beck. Schutz. *Smyrnæa* Camer. Lamb. Hervag. Orell. et sic edere

NOTÆ

[r] *Græcorum legibus*] Tam Romanorum, quam Græcorum legibus mulieres in potestate tutorum fuerunt, ut diximus de Romanis in Orat. pro Murena.

[s] *Scripsisti*] Tutorem scripsisse illius mulierculæ Decianus Polemocratem dicebat.

[t] *Nomine*] Propter hanc ipsam tutelam vocatus est in judicium de dolo malo: dolus autem malus est machinatio quædam alterius decipiendi causa.

[u] *Irritæ proscriptiones*] Proscribere est libellum affigere, quo res cognoscatur esse venalis, aut libello publice fixo aliquid edicere, et denuntiare.

[x] *Rejiciunt*] Postulationes Deciani rejiciunt omnes etiam Pergameni, quorum laudationibus gloriabatur.

[y] *Majorum tuorum*] Deciani majores viri boni in hac civitate habiti sunt.

[z] *Quam Smyrna*] Ridet laudes, quæ tum a Pergamenis, tum a Smyrnæis illi datæ sunt, cum utrique sint levissimi. Smyrna autem urbs fuit Ioniæ.

Vellem tantum habere[1] otii, ut possem recitare psephisma Smyrnæorum, quod fecerunt in Castricium mortuum: primum, ut in oppidum introferretur;[n] quod aliis non conceditur:[a] deinde, ut ferrent ephebi:[b] postremo, ut imponeretur aurea corona mortuo. Hæc P. Scipioni,[c] clarissimo viro, cum esset Pergami mortuus, facta non sunt. [*p.* 162.] At Castricium quibus verbis, Dii immortales! 'decus patriæ, ornamentum populi Romani, florem juventutis' appellant. 76. Quare, Deciane, si cupidus es gloriæ, alia ornamenta[o] censeo, quæras. Pergameni te deriserunt. Quid? tu ludi[a] te non intelligebas, cum tibi hæc recitabant; 'clarissimum virum,[d] præstantissima sapientia, singulari ingenio?' mihi crede, ludebant.[2] Cum vero coronam auream literis[e] imponebant; re vera non plus aurum tibi, quam monedulæ committebant.[f] Ne tum quidem hominum ve-

[n] *Sepeliretur.* [o] *Alias laudes.* [a] *Derideri.*

volebat Beck. *Zmyrnæa* vet. cod. Lambini; *Smyrne* Barb. Venet. 1483. *Smyrnæ* Junt. Grut. Græv. Vid. Sanct. Minerv. IV. 4. et Perizon. ad eum II. 3. Pro *at ne* C H S ϛ χ habent *anne;* etiam Garat. in Venett. 1480. 1483. Naug. et Hervag. invenit *an;* unde conj. *Smyrnæa? an ipsi.* Verba, *at ne i. q. d. V. t. h. o. ut possem*, desunt in T. *laudaret. Nam h. e. c. Pergamena* omittuntur in χ. pro *ipsi* ϛ habet *ipsæ.*

CAP. XXXI. 1 C H S ϛ χ *habere me.* Mox, *psephismata S. quæ* Naug. Manut. Cam. Steph. Deinde, a verbis, *primum ut in op.* usque ad § 83. *quod ait Lucceius*, ingens est lacuna in codd. tantum non omnibus.—2 Lamb. conj. *illudebant.* Mox, pro *monedulæ*, quod habent Naug. Hervag. Manut. et seqq. *monedium* legitur in Crat. emendavit jam Peuting. ex Isidor. Orig. XII. 7. ubi est *monedulæ committendum;* unde Ernesti conj. *monedulæ committendum puta-*

NOTÆ

[a] *Aliis non conceditur*] Cicero in lib. de Leg. refert antiquis fuisse vetitum comburi intra urbem cadavera; quod illi incendiorum periculum timerent.

[b] *Ephebi*] Ephebus vox Græca est, et apud Latinos usurpatur de iis, qui media pueritiam inter et adolescentiam ætate sunt.

[c] *P. Scipioni*] Cum Scipio Nasica Pontifex Max. Tiberium Gracchum occidisset, et hac de causa plebi esset infensus, ei legatio libera a senatu in Asiam decreta est, ubi prope Pergamum mortuus est.

[d] *Clarissimum virum*] Verba sunt laudationis quæ a Pergamenis data est Deciano; quam ironicam ait esse Cicero.

[e] *Literis*] Cum scripto et decreto suo decernebant ei coronam, perinde agebant, ac qui aurum committunt monedulæ.

[f] *Monedulæ committebant*] Monedula genus est avis auri et argenti furacissimæ, quod mira calliditate aufert, et condit.

nustatem et facetias perspicere potuisti? Isti igitur, isti Pergameni proscriptiones,[4] quas tu afferebas, repudiaverunt. P. Orbius,[g] homo et prudens[5] et innocens, contra te omnia decrevit. XXXII. In P. Globulum,[1] [h] meum necessarium, fuisti gratiosior. Utinam neque ipsum neque me pœniteret! Flaccum in curia[i] decrevissent. 77. Veridicas adjungis[2] causas inimicitiarum, quod patri L. Flacci, ædili curuli, pater tuus, tribunus plebis, diem dixerit.[k] At istud, ne ipsi quidem patri Flacci valde molestum[l] esse debuit; præsertim cum ille, cui dies dicta est, prætor postea factus sit, et consul: ille, qui diem[m] dixit, non potuerit privatus in civitate consistere. Sed, si justas[3] inimicitias putabas, cur, cum tribunus militum Flaccus esset, in ejus legione miles fuisti, cum tibi per leges militares effugere liceret iniquitatem tribuni? Cur autem præ-

bant.—4 Ita cod. H. Steph. et sic emend. Camer. *perscriptiones* Crat. Grut. al. vett. *descriptiones* Manut.—5 Græv. maluit *pudens.*

CAP. XXXII. 1 Ita Naug. et seqq. *In P. Globium* Crat. Hervag. *Apud P. Globulum* de conj. Schutz. probante Orell.—2 Ita Crat. Hervag. Cam. Grut. Græv. Beck. *Flaccum in curia decrevissent veridicas. Adjungis* Orell. *Flaccus vi et injuria decrevit: motus paternis odiis: verasque adj.* cod. H. Steph. unde *Flaccum dicis vi et injuria decrevisse motum paternis odiis, verasque adj.* scripsit Schutz. *Flaccum inimicitiis et iracundia incitatum decrevisse dicis. Et vero adj.* Lamb. 1566. *Flaccum elatum iracundia decrevisse dicis Et vero adj.* Lamb. in marg. ed. 1584. *Flaccum in curia decrevisse injuriam dicis: adjungis* conj. Pantag. *Flaccus, ais, injuriam decrevit, motus paternis odiis: verasque adj.* conj. Wolff. 'Locus manifesto corruptus. Mihi in mentem venit, *Flaccum iracunde* (vel *iracundia*) *decrevisse in te absentem dicis. Adjungis causas, &c.*' Orell. Mox, *patri L. Flacco* conj. idem Orell. et paulo post, *patri Flacco.* Crat. Hervag. Cam. habent *nec ipsi quidem.*—3 *Sed si istas* Crat. Hervag. Mox, *in illius legione* Crat. Hervag. Tum, *tibi* omittunt eædem edd. uncis inclusit Orell.—

NOTÆ

[g] *P. Orbius*] Orbius prætor fuit in illis provinciis.

[h] *P. Globulum*] Globulus e Servilia gente erat, qui tribunus plebis obstitit C. Cornelio collegæ, invito senatu legem ferenti, ne quis, nisi per populum, legibus solveretur.

[i] *Flaccum in curia*] Deest hic aliquid: quid sit, non facile est conjicere.

[k] *Diem dixerit*] Diem dicere est vocare in jus apud populum.

[l] *Valde molestum*] Non fuit molestum Flacco patri a tali homine vocari in judicium, quia ad summos honores pervenit: fuit enim tribunus militum, deinde quæstor, tandem ædilis, prætor, et consul.

[m] *Ille, qui diem*] Accusator vero pater Deciani non potuit Romæ manere vel propter egestatem, vel propter judicium quod subiit.

tor te,[4] inimicum paternum, in consilium vocavit? [n] * quæ quidem quam sancte solita sint observari, scitis omnes. 78. Nunc accusamur ab iis, qui in consilio nobis fuerunt. Decrevit Flaccus. Num aliud, atque oportuit? In liberos. Num aliter, ac censuit senatus? In absentem [o] decrevit.[5] Cum ibidem esses, cum prodire nolles; non est hoc in absentem reum. (*Senatusconsultum,*[p] *et decretum Flacci.*) Quid, si non decrevisset,[q] sed edixisset? [6] quis posset vere reprehendere? Num etiam fratris mei literas, plenissimas humanitatis et æquitatis, reprehensurus es? [7] quas easdem mulieri [r] a me datas, apud Pataranos [s] requisivit.[8] Recita literas Q. Ciceronis: (*Literæ Q. Ciceronis.*) 79. Quid? hæc Apollonidenses,[t] [9] occasione facta,[b] ad Flac-

[b] *Data.*

4 Ita de Cam. et Augustini conj. Lamb. et seqq. *Cum a. per te* codd. cum edd. vett. Crat. Hervag. Cam. ‘ *Vocavit * quæ*] Nihil deest. Schutzium cum Ernesti lacunam hic statuentem egregie adjuvarunt typothetæ, sic dantes, *in consilium quæ vocavit * * quidem quam.* Mox, *accusantur* ed. 1584. Grut. errore typogr.’ *Orell.* Pro *fuerunt,* quod exhibent Faërn. Lamb. et seqq. *faverunt* legunt Crat. Hervag. Camer. *adfuerunt* cod. H. Steph. et Beck.—5 Lamb. de conj. Pantag. delet *decrevit.* Paulo post, *abs. reum decernere* cod. H. Steph. et Schutz. *decernere in abs. reum* Lamb.—6 Ita codd. Lambini et Steph. Manut. Lamb. et seqq. *dixisset* vet. liber Ursini, Crat. Naug. Hervag. *addixisset* conj. Augustin.—7 Verbum *es* omittunt Crat. Hervag. Camer. Steph.—8 ‘ Ita Naug. seqq. nisi quod *mulieres* T, *mulieribus . . . requisivit* Lamb. Locus corruptus. *quas easdem mulieri a me datas apud * requisivit* Crat. Hervag. Ex hoc loco manifestum fit, post Crat. et Hervag. Naugerium aut licentissime in hoc toto capite versatum esse, aut, quod non prorsus incredibile est, habuisse exactius aliquod ἀπόγραφον cod. Peutingeriani, vel similius. Unde enim h. l. accepimus *Pataranos,* (ceterum Naug. divisim, *Patara nos,*) nisi aut e conj. libidinosa fere; aut e codd. Mss.? *queis easdem mulieres amandatos apud Pataranos requisivit* conj. Pantag. multis prob.’ *Orell.* Mox, *Recita l. Q. Cic.* desunt in cod. H. Steph. *Literæ Q. Ciceronis* desunt in Naug. Hervag. Manut.—9 *Apollonidienses* hic et paulo post Græv. Pro

NOTÆ

[n] *In consilium vocavit*] Consilium consessus est eorum qui causam vel publicam vel privatam cum prætore aut judice cognoscunt.

[o] *In absentem*] Non decrevit contra absentem, siquidem eodem erat in loco, quo Flaccus.

[p] *Senatusconsultum*] Hic recitatum est Flacci decretum, ut pateret cum senatus decreto consentire.

[q] *Decrevisset*] Decernitur jure causa cognita; edicitur, quod pro imperio fit; potuit autem edicere cum prætor esset.

[r] *Mulieri*] Amyntæ uxorem, vel filiam ejus intelligit.

[s] *Pataranos*] Patara urbs Lyciæ fuit.

[t] *Apollonidenses*] Apollonia, a qua Apollonidenses, urbs Phrygiæ fuit.

cum detulerunt? Apud Orbium[u] acta non sunt? ad Globulum delata non sunt? Ad senatum nostrum, me consule,[x] nonne legati Apollonidenses omnia postulata de injuriis unius Deciani detulerunt? At hæc[10] prædia etiam in censu dedicavisti.[c] Mitto, quod[y] aliena; mitto, quod possessa per vim; mitto, quod convicta[z] ab Apollonidensibus; mitto, quod a Pergamenis repudiata: mitto etiam, quod a nostris magistratibus[a] in integrum[11] restituta: mitto, quod nullo jure,[b] neque in re, neque in possessione tua. 80. Illud quæro, sintne[12] ista prædia censui censendo:[c] habeant jus civile:[d] [d] sint, necne sint,[e] mancipi: subsignari apud ærarium,[f] apud censorem possint: in qua tribu[g] denique ista prædia censuisti? Commisisti,[13] si tempus[h]

[c] *Retulisti in censum.* [d] *Pendeant ex jure civili.*

occasione Lamb. conj. *censione;* Gulielm. *concursione;* Oliv. e Lamb. affert *potestate.*—10 Ita de Lambini conj. emend. Ernesti et Beck. *Adhæc* al. Pro *in censu,* Cam. Hervag. Crat. Lamb. habent *incensu;* Cujac. conj. *in censum.* Actutum, *dicasti* conj. Lamb.—11 'Forte *in integrum* est insititium.' *Ernesti.* Mox, *nullo in jure, neque re, neque poss.* Crat. *nullo in jure, neque in re, neque poss.* Naug.—12 Crat. Hervag. Naug. *suntne.* Mox, *civile, necne; sint, necne, mancipi* Lamb.—13 *Promisisti* Manut. et Græv. e vett. lib. et sic cod. H. Steph. qui mox, post *tributum,* addit *te non recusaturum,* non improbante Garaton.—

NOTÆ

[u] *Apud Orbium*] Orbius prætor fuit in Asia ante P. Globulum.

[x] *Me consule*] Consule Cicerone, Flaccus prætor urbanus erat.

[y] *Mitto, quod*] Id est, quod aliena sint.

[z] *Convicta*] Hæc prædia judicio Deciano ademta sunt ab Apollonidensibus.

[a] *A nostris magistratibus*] A duobus Asiæ prætoribus Orbio et Flacco restituta sunt, quia per vim ablata fuerant.

[b] *Nullo jure, &c.*] Ad ea prædia nullum jus habebat Decianus.

[c] *Censui censendo*] Censui censendo agri proprie appellantur, qui et emi et venire jure civili possunt.

[d] *Habeant jus civile*] Habere jus civile est dependere a jure civili.

[e] *Sint, necne sint, &c.*] Id est, ita sui juris sint, ut abalienari possint.

[f] *Subsignari apud ærarium, &c.*] Subsignari apud ærarium, idem est, ac referri in publicas tabulas, quæ in ærario a censoribus servantur.

[g] *In qua tribu*] In sua quisque tribu censebatur. Petit autem in qua tribu censeri potuerint ejus prædia, cum apud socios sint.

[h] *Commisisti, si tempus, &c.*] Commisisti, id est, effecisti, ut si aliquod gravius bellum exoriretur, pro quo colligenda esset pecunia, duplex tibi

aliquod gravius accidisset, ut ex iisdem prædiis[i] et Apollonide et Romæ imperatum esset tributum. Verum esto: gloriosus fuisti: voluisti magnum agri modum censeri,[e] et ejus agri,[f] qui dividi plebi Romanæ[k] non potest.[14] Census es præterea numeratæ pecuniæ centum triginta[l] H-S millia.[15] Eam opinor tibi numeratam non esse abs te. Sed hæc omitto. Census es mancipia[m] Amyntæ: neque huic ullam in eo fecisti injuriam; possidet enim ea mancipia Amyntas. Ac primo quidem pertimuit, cum te audisset servos suos esse censum.[n] Retulit ad jurisconsultos.[g] Constabat inter omnes, si aliena censendo[o] Decianus sua facere posset, eum* [maximam habiturum esse familiam.[16] Responsum est, ejus facta non videri. Idem visum est postea Flacco, cum rem cognosceret: itaque decrevit]. XXXIII. 81. Habetis causam inimicitiarum, qua causa inflammatus Decianus ad Lælium detulerit hanc opimam[h 1] accusationem. Nam ita questus est Lælius, cum

[e] *Habere multos agros.* [f] *Et eos agros.*
[g] *Consuluit jurisconsultos.* [h] *Uberem.*

14 Ernesti conj. *posset.*—15 Crat. Naug. Orell. *numeratæ pecuniæ CXXX.* Hervag. *n. p. centum triginta millia;* Manut. conj. *n. p. CXXX H-S.*—16 Hervag. Cam. *eum m. h. esse domina;* al. e vett. lib. *eum m. h. esse prædia;* cod. H. Steph. *eum maximam h. esse rerum omnium copiam.* Verba uncis inclusa sunt e marg. vet. cod. 'Ingeniosum, nec tamen probabile est recentioris alicujus grammatici supplementum. Stephanianum ac Lambinianum conflavit Schutz. *eum ... copiam. Responsum ... decrevit.*' Orell.

NOTÆ

persolvendum esset tributum, Apollonide alterum, alterum Romæ.

[i] *Ex iisdem prædiis*] Ex prædiorum quæ censa erant, æstimatione, tributum imponebatur unicuique.

[k] *Dividi plebi Rom.*] Qui liberi sunt agri populo Rom. dividi non possunt, quia ex jure Romano non dependent; agri enim qui censi non erant, mulctæ nomine populo dividebantur.

[l] *Centum triginta, &c.*] Tredecim librarum millia.

[m] *Census es mancipia*] Id est, detulit in suum censum omnes servos: mancipia etiam sumuntur pro illis bonis, quæ postea mobilia vocaverunt.

[n] *Servos suos esse censum*] Timuit Amyntas cum illi renuntiatum est, servos illius esse censos, et inter bona sua retulisse Decianum.

[o] *Censendo*] Responsum est a jurisconsultis, si aliena in censum suum referre posset, brevi amplissima bona habiturum esse Decianum.

de perfidia Deciani diceret: Qui mihi auctor fuit,[p] qui causam ad me detulit, quem ego sum secutus; is a Flacco corruptus est, is me deseruit ac prodidit. Siccine tu auctor[q] tandem[2] eum,[r] cui tu in consilio fuisses, apud quem omnes gradus dignitatis tuæ retinuisses, pudentissimum hominem, nobilissima familia natum, optime de republica meritum, in discrimen omnium fortunarum vocavisti? Sed defendam[3] [s] Decianum; qui tibi in suspicionem nullo suo delicto venit. 82. Non est, mihi crede, corruptus.[t] Quid enim fuit, quod ab eo redimeretur?[i] ut duceret[k] judicium? cui sex horas[u] omnino lex dedit. Quantum tandem ex his horis detraheret, si tibi[4] morem gerere voluisset? Nimirum illud est, quod ipse suspicatur.[5] Invidisti ingenio subscriptoris tui:[x] quod ornabat facile locum, quem prehenderat,[y] et acute testes interrogabat, aut circumveniebat;[l] [6] fortasse fecistis[z] et tu, et populi sermo,

[i] *Emeretur.* [k] *Produceret.* [l] *Decipiebat.*

Cap. xxxiii. 1 Camer. *optimam.*—2 Bremius conj. *tu auctore tantum.* Mox, pro *fuisses,* Crat. Naug. Cam. Victor. Manut. legunt *favisses;* cod. H. Steph. *adfuisses.*—3 *Scilicet defendam* Crat. Hervag. Camer. Græv. Orell. Oliv. Lall.—4 Cod. H. Steph. *nisi tibi.*—5 Hervag. *suspicabatur.* Eadem ed. mox omittit *tui.* Mox, pro *facile,* quod habent Naug. Cam. Grut. Græv. Beck. *facete* legunt Lamb. Schutz. Orell. *facere* Crat. Hervag.—6 Crat. et Orell. omittunt *circumveniebat,* spatio relicto, quod Hervag. et seqq. exhibent ex arbitrario supplemento. Mox, *fortasse fecisti et tu, ut populi sermone exciperes* Hervag. Cam. *f. fecisti et tu et populi sermo ne exciperes* Steph. Grut.

NOTÆ

[p] *Qui mihi auctor fuit*] Inducit hic loquentem Lælium.

[q] *Siccine tu auctor*] Convertit orationem ad Decianum.

[r] *Eum*] Invehitur in Decianum, quod ausus sit Flaccum in periculum bonorum vocare.

[s] *Defendam*] Ostendit probabile non esse a Flacco corruptum esse Decianum.

[t] *Corruptus*] A Flacco corruptus non est Decianus.

[u] *Cui sex horas*] Horæ in causis publicis lege ita constituebantur, ut semper plures defensori, quam accusatori, darentur. Ita in causa Milonis duæ horæ accusatori, et tres reo permissæ sunt. At in causis repetundarum, tres tum accusatori, tum defensori, concedebantur.

[x] *Subscriptoris tui*] Subscriptores dicebantur, qui accusationi ejus qui rei nomen detulerat, subscribebant.

[y] *Locum, quem prehenderat*] Cum multi essent in eadem causa accusatores, sua cuique pars agenda deferebatur.

[z] *Fortasse fecistis*] Id est, effecis-

ne exciperes. Idcirco Decianum usque ad coronam applicuisti.[m] [7] Sed, ut hoc verisimile est, ita[8] haud verisimile, Decianum a Flacco esse corruptum. 83. Ita scitote, judices, esse cetera:[9] vel quod ait Lucceius,[a] L. Flaccum[10] sibi dare cupisse, ut a fide se abduceret,[a] sestertium vicies.[b] Et eum tu accusas avaritiæ, quem dicis sestertium vicies[11] voluisse perdere? nam quid emebat, cum te emebat? ut ad se transires?[b] quam partem[c] causæ tibi daremus? an ut enuntiares[12] consilia[c] Lælii? qui testes ab eo prodirent? quid? nos non videbamus habitare una? quis hoc nescit? tabulas[d] in Lælii potestate fuisse, num dubium est? an, ne vehementer, ne copiose accusares?[d] Nunc[13] facis suspicionem: ita enim dixisti, ut nescio quid abs te

[m] *Produxisti apud populum.*
[a] *Faceret se prævaricatorem.*
[b] *Partes ejus defenderes.*
[c] *Revelares consilia.*
[d] *Ut esses lenior in accusatione.*

Græv. *f. fecisti et ut populi sermonem exciperes* Lamb. *f. fecisset, ut ex populi sermone excideres* conj. Manut. *f. fecisset, ut tu populi sermone excideres* Schutz. *f. fecistis et tu, et populi sermone exciperes* Crat. et Orell.—7 Ita Crat. et seqq. 'Hæc quoque corrupta.' *Orell. ad coronidem* conj. Augustin. vet. lib. Ursin. *Idcirco D. perfidiæ accusasti, teque ad coronam applicuisti* conj. Schutz. *Idcirco in D. usque te ad coronam applicuisti* conj. Wolff.—8 Particula *ita* non legitur in edd. ante Hervag.—9 Ita Naug. Steph. Lamb. seqq. *Ita scitote esse certa* Crat. *Eaque, judices, scitote esse vera* Hervag. *corruptum, scitote, judices, esse cetera* Camer. Hic tandem desinit lacuna a Cratandro suppleta.—10 *Lelium Flaccum* C. Mox, *ut fide* Franc. 1. C H S ς, Venet. 1483. Junt. Crat.—11 Verba, *Et eum tu a. a. q. d. s. vicies* desunt in T χ. *quem dices* C H S. *noluisse perdere* H. Paulo post, *ut ad te trans* χ. *quas partes* Lamb. *causæ* deest in S. *tibi darem* T.—12 Dresd. *annuntiares;* Franc. 1. et C *denuntiares.* Mox, *hæc nescit* Dresd. Tum, *potestatem* C. *non dubium est* C H S ς, Manut. Lamb.—13 *Num* C. Actutum, *jacis susp.* suspicabatur Lamb. *quid a te* C H S χ. *imperatum esse* χ.

NOTÆ

tis ut non esset in majori quam tu existimatione. Et hac de causa eum non loqui permisistis. Sed tantum Decianum in conspectum populi adduxistis. Sensus valde obscurus, et mutilatus aliunde, videtur sic posse explicari.

[a] *Lucceius*] Videtur fuisse unus ex iis qui Flaccum accusabant, quem jam refutare aggreditur.

[b] *Sestertium vicies*] Id est, centum millia sestertiorum, librarum decem millia.

[c] *Partem*] Nulla pars esset in qua uteretur tua opera, vel quam Lucceio Flaccus dare posset.

[d] *Tabulas*] Tabulæ, in quibus scripta sunt testimonia quæ ex Africa Romam missa sunt, in Lælii potestate fuerunt; quæ ideo valere non debent.

impetratum esse videatur. XXXIV. 84. At enim Androni Sextilio[1] gravis injuria facta est, et non ferenda: quod, cum esset uxor ejus Valeria, intestato[e] mortua, sic egit eam rem Flaccus, quasi ad ipsum hæreditas pertineret. In quo quid reprehendas, scire cupio: quod falsum intenderit?[f] qui[e] [2] doces? Ingenua, inquit, fuit.[g] O peritum juris hominem! Quid? ab ingenuis mulieribus hæreditates lege non veniunt? In manum,[3] inquit, convenerat.[f] Nunc audio: sed quæro, usu, an coëmtione?[h] usu non potuit; nihil

[e] *Quomodo.* [f] *Venerat in potestatem mariti.*

CAP. XXXIV. 1 *Sextullio* C. *a Dione Sextilio* Franc. 2. et ed. pr. *Androni Stuphalio* Franc. 2. Mox, *ejus* omittit Manut. *ejus uxor* habent codd. Faërni, Barb. et edd. ante 1584. *uxor ejus* ed. 1584. et seqq. Deinde, *intestata* codd. aliquot, Venet. 1483. et Junt. *Flaccus* deest in χ.—2 Cod. χ *ostenderit, quid.*—3 *In manu* C H S ς χ, Naug. *inquam* C χ. *convenerit* C H S χ. Mox, *quæro utrum usu* edd. quædam vett. sed *utrum* non legitur in codd. Faërni, Barb. ,Venett. 1480. 1483. *an emptione* H. *usu? coëmtione* Venet. 1483. Junt. Verba *nihil . . . deminui* poni post illa *omn. e. auctoribus* voluit

NOTÆ

[e] *Intestato*] Intestato mori dicuntur, qui non facto testamento moriuntur.

[f] *Quod falsum intenderit*] Id est, quod falso hæreditatem ad se pertinere dixerit.

[g] *Ingenua fuit*] Ingenui dicuntur, qui utroque parente libero nascuntur.

[h] *Usu, an coëmtione*] Conveniebant duobus modis in matrimonium veteres Romani; aut coëmtione, aut usu: coëmtione, cum vir et fœmina se invicem emebant; nubentes autem mulieres, ut Varro scribit, tres ad virum asses ferebant; atque unum quidem quem in manu tenebant, tanquam emendi causa, marito dare; alium quem in pede habebant, in foco larium familiarium ponere; tertium in sacciperio cum condidissent, compito vicinali solebant resignare. Hinc eveniebat, ut mulier quidem in manu mancipioque esset mariti, aut ejus, cujus in manu mancipioque maritus erat, suaque illi hæres fieret. Ita Ulpian. XVIII. 6. Vir autem interrogabat mulierem, an sibi materfamilias esse vellet; et hæc vicissim, an sibi paterfamilias esse vellet: si uterque respondebat se velle, mulier materfamilias vocabatur, quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti, et in sui hæredis locum venerat. Usu vero fieri matrimonium dicebatur, cum, tutoribus auctoribus, mulier in matrimonium alicui conveniebat, quo cum ea consuescebat quasi cum justo perfectoque matrimonio: adeo ut si usus ille intra annum non interrumperetur, pro usucapta jam haberetur; et tamen intra annum usurpare, id est, usum infringere, ex lege XII. Tab. liceret: quod ni faceret, quoad in eo matrimonio maneret, matrona, inquit Gellius, dicebatur; etsi liberi nati non forent;

enim potest de tutela legitima sine omnium tutorum auctoritate deminui: coëmtione? omnibus ergo auctoribus:[4] in quibus certe Flaccum fuisse non dices. 85. Relinquitur illud, quod vociferari non destitit,[5] non debuisse, cum prætor esset, suum negotium agere, aut mentionem facere hæreditatis. Maximas audio tibi, L. Luculle, qui de[6] L. Flacco sententiam laturus es,[i] pro tua eximia liberalitate, maximisque beneficiis in tuos, venisse hæreditates, cum Asiam provinciam consulari imperio[k] obtineres: si quis eas suas esse dixisset, concessisses?[l] Tu, T. Vecti,[7][m] si qua tibi in Africa venerit hæreditas; usu amittes?[n] an tuum, nulla avaritia,[o] salva dignitate, retinebis? At istius hæreditatis, jam Globulo[8] prætore,[p] Flacci nomine, petita possessio est: non igitur impressio,[q] non occasio,[r] non vis,

Geo. d'Arnaud Var. Conj. I. 27. *diminui* edd. vett.—4 Lamb. *omn. e. tutoribus auctoribus.* Particula *ergo* deest in T. *auctoritatibus* S.—5 Ita codd. Faërni et Lamb. *desistit* edd. vett.—6 Cod. ς *qui de tuo.* Paulo post, *in tuas v. h. . . . imp. obtinens . . . dixisses* in eodem cod. Deinde, *concessisse* H S.—7 *Vetti* Lamb. Beck. Schutz. Orell. *in A. venit* Guelf. C χ. Mox, *aut tuum* C. *nullam avaritiam* χ.—8 *Globillo* C H S χ. Mox, *non vis, non occasio* conj. Manut. probante Wolff. improb. Orell. *non occisio* C H S χ. Hæc verba de-

NOTÆ

a matris scilicet nomine, non adepto jam, sed cum spe et omine mox adipiscendi. Hæc neque in manu mancipioque mariti, neque sui juris erat; sed semper in tutorum potestate permanebat: quod si intestata moreretur, agnatus proximus habebat familiam.

[i] *Laturus es*] Lucullus erat inter judices qui ferre sententiam debebant; ejusque exemplo probat in sua provincia Flaccum potuisse hæreditates accipere.

[k] *Consulari imperio*] Erant consulares provinciæ, quæ a consulibus regebantur, quibus duodecim fasces, insignia potestatis, præferebantur.

[l] *Concessisses*] Interrogando petit utrum fuisset eas concessurus: quod negat.

[m] *Vecti*] Vectius judex sedebat, qui brevi profecturus erat in Africam.

[n] *Usu amittes*] Usu permittere, est non adire illam hæreditatem, sed ut eam alius usucapiat, permittere; nam usu res et acquiruntur, et amittuntur.

[o] *Nulla avaritia*] Potest cum dignitate, et sine avaritia conservare hæreditatem quæ ipsi obvenit.

[p] *Globulo prætore*] Globulo Flaccus successisse creditur, quo Globulo prætore, hæc Flacci nomine hæreditas petita est.

[q] *Impressio*] Impressio proprie est hostilis impetus, qui armata vi infertur; qualis a Flacco non factus esse potuit, cum nondum prætor esset.

[r] *Occasio*] Prætoriæ suæ dignitatis in Asia occasione non usus est.

non tempus, non imperium, non secures ad injuriam faciendam Flacci animum impulerunt. 86. Itaque eodem etiam M. Lurco, vir optimus, meus familiaris, convertit aculeum[s] testimonii sui: negavit, a privato pecuniam in provincia prætorem petere oportere. Cur tandem, M. Lurco,[9] non oportet? eripere, extorquere, accipere contra leges non oportet: petere non oportere, nunquam ostendes, nisi docueris non licere. An legationes sumere liberas,[t] exigendi causa, sicut et tu ipse nuper, et multi viri boni sæpe fecerunt, rectum est[10] (quod ego non reprehendo; socios video queri);[u] prætorem, si hæreditatem in provincia non reliquerit,[11] non solum reprehendendum, verum etiam condemnandum putas? XXXV. Doti, inquit,[1 x] Valeria pecuniam omnem suam dixerat. Nihil istorum explicari potest, nisi ostenderis, illam in tutela Flacci non fuisse:[y] si fuit, quæcumque sine hoc auctore est dicta dos, nulla est. 87. Sed tamen Lurconem, quanquam, pro sua dignitate moderatus

sunt in T. Paulo post, *Fl. an. intulerunt* ς.—9 Hæc omnia, *vir optimus . . . M. Lurco,* desunt in T. Mox, *eripere* omittunt sex codd. Oxon. Venet. 1483. Junt. Crat. Hervag. Camer.—10 H ς χ *ratum est;* et sic H in marg. Pro *quod ego* T habet *ego quoque.*—11 Ita codd. Gruteri, Grævii, Guelf. Venett. 1480. 1483. Junt. *non* omittunt codd. Faërni, Memm. al. unde Lamb. conj. in ed. 1566. *in provincia creverit.* Actutum, *non solum non* S et Dresd. *putatis* H S χ.

Cap. xxxv. 1 Schutz. de Beckii conjectura *inquis.* Mox, *Nihil doti istorum* H S ς χ, Franc. 1. 2. *explicare* ς. *in tutelam* H, Dresd. Barb. Venet. 1480. Deinde, *si sit* Franc. 1. 2. Dresd. Barb. H S T ς χ, ed. pr. Venett.

NOTÆ

[s] *Convertit aculeum, &c.*] Lurco in eandem partem infestum testimonium suum convertit. Translata verba sunt ab apibus. Hujus testimonium rejicit, quia potest prætor debitam sibi hæreditatem petere.

[t] *Legationes liberas*] Liberæ dicebantur legationes, quas senatores, privati negotii, aut evitandi plebeii furoris causa, a senatu ad aliquod tempus impetrabant. Cicero eas annuas lege sua fecerat; sed postea, ut scribit ad Att. lib. xv. lege Tullia quinquennium iis præfinitum fuit.

[u] *Socios video queri*] Objicit hoc esse reprehendendum, quia non æquo jure cum senatoribus litigarent.

[x] *Doti, inquit, &c.*] Objiciebat ille quod Valeria dotis nomine promiserat suam pecuniam; dos autem est, quod affert ea quæ nubit, vel quod pater dat familiæ.

[y] *In tutela Flacci non fuisse*] Lurco debet ostendere Valeriam non fuisse in tutela Flacci, si vult ut legitima sua sit accusatio.

est in testimonio dicendo religioni[2] suæ,[a] tamen iratum Flacco esse vidistis: neque enim occultavit causam iracundiæ suæ, neque reticendam putavit. Questus est, libertum suum,[b] Flacco prætore, esse damnatum.[3] O conditiones miseras administrandarum provinciarum! in quibus diligentia plena simultatum est; negligentia, vituperationum: ubi severitas periculosa est; liberalitas, ingrata: sermo, insidiosus;[a] assentatio, perniciosa: frons omnium, familiaris; multorum animus, iratus: iracundiæ, occultæ; blanditiæ, apertæ: venientes prætores expectant, præsentibus inserviunt, abeuntes deserunt. Sed omittamus querelas, ne nostrum consilium[c] in prætermittendis[4] provinciis laudare videamur. [*p.* 163.] 88. Literas misit de villico P. Septimii,[d] hominis ornati, qui villicus cædem fecerat: Septimium ardentem iracundia[e] videre potuistis.[5] In Lurconis libertum judicium ex edicto dedit:[f] hostis est Lurco. Quid

[a] *Fallax.*

1480. 1483. Mediol.—2 Voc. *religioni* displicet Ernestio, Beck. et Brem. *orationi*, e Bremmii conj. edidit Schutz. *iræ*, vel *sibi m. e. int. d. religione sua* conj. Wolff. improbante Orell. Mox, *nec enim* Franc. 1. 2. C H S, et ed. pr. *rejiciendum putavit* Franc. 1. *reiciendum putavit* C S. *rejicienda putavit* χ. *retinendum putavit* Franc. 2. et ed. pr.—3 *Questus est, l. s. F. p. e. damnatum* ς. Mox, *administ. civitatum et provinciarum* Venet. 1483. Junt. Crat. Hervag. *simulatum est* C χ. Dein, verba, *liberalitas, i. s. i. a. perniciosa,* desunt in T. *in grata* divisim C. *fraus omnium* T.—4 Unus cod. Oxon. et edd. vett. *omitten-*

NOTÆ

[a] *Moderatus est . . . religioni suæ*] Lurco modum tenuit, propter religionem scilicet jurisjurandi; nam jurati dicebant testimonia: tamen illius testimonium improbat, et causam subjicit.

[b] *Libertum suum*] Liberti sunt, quos domini ex justa servitute solverunt, ac manumiserunt; unde etiam illorum patroni, quasi patres, qui a morte in vitam illos revocaverunt, appellabantur. Libertini dicti sunt etiam, non qui manumittebantur, sed ingenui ex iis procreati.

[c] *Ne nostrum consilium*] Recusaverat Cicero provinciam administrandam post consulatum.

[d] *P. Septimii*] Septimius eques Romanus fuit, qui in Asia negotiabatur, cujus etiam testimonium reprehendit.

[e] *Ardentem iracundia*] Septimius visus est plenus iracundia in dicendo contra Flaccum testimonium; quia cum aufugisset ex Asia, post interfectum a se hominem, scripserat Romam Flaccus, ut ille villicus caperetur.

[f] *Ex edicto dedit*] Id est, tulit sententiam secundum edictum. Edic-

igitur? hominum gratiosorum[g] splendidorumque libertis fuit Asia tradenda? an simultates, nescio quas, cum libertis vestris Flaccus exercet?[6] an vobis in vestris vestrorumque causis severitas odio est;[b] eandem laudatis, cum de nobis judicatis? XXXVI. At iste Andro,[1 h] spoliatus bonis, ut dicitis, ad dicendum testimonium non venit. 89. Quid, si veniat? Decisionis[c] arbiter C. Cæcilius[i] fuit: quo splendore vir! qua fide! qua religione! obsignator C. Sextilius, Lurconis sororis filius, homo et pudens, et constans, et gravis. Si vis[k] erat, si fraus, si metus, si circumscriptio;[l] quis pactionem fieri, quis adesse istos coëgit? Quid, si ista omnis pecunia huic adolescentulo,[m] L. Flacco,[2] reddita est? si petita? si redacta?[n] si per hunc Antiochum,

[b] *Improbatur.* [c] *Pactionis.*

dis.—5 C *videtē. Potuistis in, &c.*—6 Victor. et Manut. *exercuit.* Mox, *vobis* deest in C H S ς χ. Deinde *vobis judicatis* C S. *vocatis* ς.

Cap. XXXVI. 1 C χ *audio.* Mox, hæc omnia, *Quid si . . . istos coëgit*, desunt in T. Pro *Cæcilius* ς habet *Cælius.* Idem cod. *obsignatos.* C H S χ *homo et prudens.*—2 C χ *a L. Flacco.* Mox, *si redacta per* conj. Patagath. ap. Ursin. *si numerata, aut si donata per hunc, &c.* al. ap. Græv. *hujus* deest in C χ. *soni illi* habet χ. *non* ante *solum* deest in codd. Oxon. *sed etiam libertatis*

NOTÆ

tum autem duplex fuit; perpetuum videlicet, et temporale: perpetuum fuit, quod prætor arbitratu suo, toto præturæ suæ tempore constituit; temporale vero, quod certi oborti negotii causa proponebatur.

[g] *Gratiosorum*] Gratiosi dicuntur qui gratia plurimum possunt, et quibus multorum gratia comparata est. Horum liberti molesti erant Asianis, quos ita impune agere non vult Cicero in provinciis.

[h] *Andro*] Andro vir Valeriæ fuit, quem non venisse in testimonium, dicit: at hunc nihil effecturum contendit Cicero; quia cum Flacco deciderat de hæreditate.

[i] *C. Cæcilius*] Cæcilius ille arbiter fuit initæ pactionis de hæreditate Valeriæ inter Andronem et Flaccum. Hujus Cæcilii auctoritatem et fidem laudat.

[k] *Si vis*] Si facta nempe a Flacco vis fuit, quia prætor erat; pactio fieri non debuit, cum nemo eos ad illam faciendam impulerit.

[l] *Circumscriptio*] Circumveniri et circumscribi dicitur qui in fraudem inducitur.

[m] *Adolescentulo*] Aderat hic alter Flaccus adolescens, qui potuit esse aut fratris filius, aut frater patruelis; atque ita ad ambos pertinuit hæreditas.

[n] *Redacta*] Si collecta fuit illa pecunia per Antiochum libertum, et data ab isto Flacco qui defenditur; propter liberalitatem laudandus est, non accusandus avaritiæ.

paternum hujus adolescentis libertum, seni illi Flacco probatissimum? videmurne non solum avaritiæ crimen effugere, sed etiam liberalitatis laudem assequi singularem? communem enim hæreditatem, quæ æqualiter ad utrumque lege venisset, concessit adolescenti, propinquo suo: nihil ipse attigit de Valerianis bonis: quod statuerat facere, adductus hujus pudore,[o] et non amplissimis patrimonii copiis, id non solum fecit, sed etiam prolixe cumulateque fecit. Ex quo intelligi debet, eum contra leges pecunias non cepisse, qui tam fuerit in hæreditate concedenda liberalis. 90. At Falcidianum crimen[p] est ingens:[3] talenta quinquaginta[q] se Flacco dicit dedisse. Audiamus hominem. Non adest. Quomodo igitur dicit?[4] Epistolam mater ejus profert, et alteram soror: scriptum ad se dicunt esse ab illo, tantam pecuniam Flacco datam. Ergo is,[5] qui si aram tenens[r] juraret, crederet nemo, per epistolam, quod volet, injuratus probabit? At qui vir? quam non amicus suis civibus! qui patrimonium satis lautum, quod hic nobiscum



ϛ. Deinde, *lege* deest in χ.—3 C H S ϛ χ, et Manut. *crimen ingens;* verbum *est* addidit Faërn. e codd. suis, quibus accedit Barb.—4 Ita Crat. Lamb. seqq. *dicitur* sex codd. Oxon. Venett. 1480. 1483. Junt. *dicet* Manut. et Steph. Mox, *tantum pecuniam* H. *tanquam pecuniam* C χ. *a Flacco* C.—5 *Ego is* χ. Mox, pro *qui si,* Græv. emend. *cui, si,* receperunt Beck. Schutz. Orell.

NOTÆ

[o] *Adductus hujus pudore*] Tantam honestatem in consanguineo adolescente reperit Flaccus, ut ipsi cesserit patrimonium quod ipse poterat accipere.

[p] *Falcidianum crimen*] Aliud crimen quod Falcidius intendit contra se a Flacco commissum esse. Hunc autem Falcidium in odium adducit festiva hominis descriptione.

[q] *Talenta quinq.*] Quoties occurrit talenti ratio, si nihil aliud addatur, de minori talento Attico intelligi debet, quod fuit minarum sexaginta, seu sex millium drachmarum. Porro drachma Attica, denario Romano, et grosso Francico æquiparatur: grossus pars est marcæ sexagesima quarta: marca signati argenti capit libras nostras, sive Francicos, viginti septem: grossus igitur valet octo solidos cum denariolis paulo minus sex: qui grossi sexies millies repetiti, Francicos conficiunt 2330. et hic valor est argentei talenti Attici ad modum nostrum revocati.

[r] *Si aram tenens*] Aram tenentes jurabant Græci. Huic autem Falcidio sic juranti nemo fidem habuit; ergo ei minus habenda est loquent' per literas.

conficere[d] potuit, Græcorum conviviis maluit dissipare. 91. Quid attinuit relinquere hanc urbem? libertate tam præclara carere? adire periculum navigandi? quasi bona comesse Romæ non liceret: nunc denique materculæ suæ[6] festivus filius, aniculæ minime suspiciosæ, purgat se per epistolam, ut eam pecuniam, quacum trajecerat, non consumsisse, sed Flacco dedisse videatur. XXXVII. At fructus isti[s] Trallianorum, Globulo prætore venierunt:[1] Falcidius emerat H-S nongentis[t] millibus. Si dat tantam pecuniam[2] Flacco, nempe idcirco dat, ut rata sit emtio. Emit igitur aliquid, quod certe multo pluris esset:[3] dat de lucro: nihil detrahit de vivo.[u] Minus igitur lucri facit. 92. Cur Albanum[4] [x] venire jubet? cur matri præterea blanditur? cur epistolis et sororis et matris imbecillitatem aucupatur? postremo cur non audimus ipsum? Retinetur, credo, in provincia: mater negat: venisset, inquit, si esset denuntiatum. Tu certe coëgisses, si ullum firmamentum in illo teste posuisses. Sed hominem ab negotio abducere noluisti: magnum erat ei certamen propositum, magna cum Græcis contentio: qui tamen, ut opinor, jacent victi; nam iste unus totam Asiam magnitudine poculorum[y] bibendo-

[d] *Prodigere.*

Paulo post, *satis latum* χ.—6 Idem cod. *matercula sua.* Mox, pro *quacum trajecerat,* quod exhibent Pal. 3. Grut. et recentt. *quam trajecerat* legunt codd. Faërni, Stephani, Franc. 1. Guelf. C χ, Junt. *quam confecerat* Crat. Naug. Lamb. *quam contrajecerat* codd. Victorii, Memm. Franc. Pall. plerique, et ed. 1471. *quam contra legerat* Venett. 1480. 1483.

Cap. XXXVII. 1 Ita Lamb. Grut. Græv. nullo codice laudato; *venierant* C H S ς χ, cum omnibus edd. ante Lamb. item Beck. Schutz. Orell. Mox *H-S* deest in C H S T, Barb. et Venett. 1480. 1483. *nonigentis* codd. Faërni; *noningentis* T.—2 Junt. *pecuniam tantam.*—3 Cod. χ *certo multi pluris esse.*—

NOTÆ

[s] *At fructus isti*] Dictum adversariorum refutat, qui dicebant Falcidium, Globulo prætore, Trallianorum fructus emisse.

[t] *H-S nongentis*] Quingenta talenta intelligenda sunt.

[u] *Detrahit de vivo*] Detrahit de vivo qui v. g. rem valentem triginta nummos, viginti emit. Viginti nummi vivum efficiunt, et decem lucrum.

[x] *Albanum*] Prædium, denominatum a regione in qua erat, vendere jussit Falcidius.

[y] *Magnitudine poculorum*] Majoribus poculis utebantur Græci et Asiani in bibendo, quia præ ceteris aliis

que superavit. Sed tamen quis tibi, Læli, de epistolis istis[5] indicavit? mulieres negant se scire. Quis is est igitur? ille ipse tibi,[6] se ad matrem et sororem scripsisse, narravit? an etiam scripsit oratu tuo? 93. At vero M. Æbutium, et[7] constantissimum et pudentissimum hominem, Falcidii affinem, nihil interrogas? nihil ejus generum, pari fide præditum, C. Manilium?[8] qui profecto de tanta pecunia, si esset data, nihil audisse non posset. [*p.* 164.] His tu igitur epistolis, Deciane, recitatis, his mulierculis productis, illo absente auctore laudato,[e] tantum te crimen probaturum putasti? præsertim, cum ipse non deducendo[z] Falcidium, judicium[9] feceris, plus falsam epistolam habituram ponderis, quam ipsius præsentis fictam vocem et simulatum dolorem?

94. Sed quid ego de epistolis Falcidii, aut de Androne Sextilio,[10] aut de Deciani censu tamdiu disputo? de sa-

[e] *Citato.*

4 *Albanam* Faërn.—5 Cod. ς *epistolis tuis.*—6 Grut. e codd. *se scire, qui sis: ipse igitur ille tibi;* Crat. et Cam. *Quis? is ipse? igitur ille tibi;* Venet. 1483. et Mediol. *Quid est igitur? ille tibi;* Garat. *Quid est igitur? ille ipse tibi;* Lamb. *Quis is est igitur? ille tibi;* Orell. *Quis is est igitur? ipse ille tibi;* Junt. *Quis is igitur? ipse ille tibi.* Nostram lect. exhibent codd. Grævii, Faërni, Paris. Guelf. cum edd. Græv. Lall. Beck. Schutz. Mox, *an conscripsit oratu tuo* Memm. Pall. quatuor codd. Oxon. Barb. Guelf. *an e. s. hortatu tuo* Pall. 1. 2. 5. Faërn. *an e. s. rogatu tuo* Naug. Steph.—7 Copula *et* deest in C H S T χ, *et prudentissimum* exhibent C H S T ς, et Victor.—8 Ita codd. Faërni, Barb. Venet. 1480. *Manlium* H S χ, et pleræque edd. ante Lamb. *non possent* C χ, alii codd. ap. Faërn. et Lamb. cum edd. Lamb. Beck. Schutz. Orell.—9 Franc. 1. *indicium,* probante Grævio.—10 *A. Sestallio* C. *Androne Sestullio* S. *Androne Sextullio* χ. Actutum, *aut deditiani* χ. Pro *censu,* C H S χ habent *sensu;* Ernesti conj. *causa.* Post *disputo* Lamb. addidit e Memm. *et expostulo,* quod habent etiam quatuor codd. Oxon. eumque secuti sunt Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *disputo? postulo* legunt codd. Faërni, Pall. Barb. ς χ, Venett. 1480. 1483. Junt. Hervag. Faërn. Grut. Græv. Verb. *disputo? postremo* Naug. Cam. *disputo? de salute, &c.* Guelf. Deinde, *de summa republica* duo codd. Oxon. Venet. 1480. Lamb. Lall. Orell. *de summa R. P.* Venet. 1483. *de summa rei publicæ* Junt. Cam. Faërn. Grut. Græv. Beck. Schutz. Verba, *vestris humeris,* priore loco desunt in sex codd. Oxon.

NOTÆ

populis ebriosi et potatores habiti sunt: unde 'pergræcari' vox deducta est, id est, deditum esse vino.

[z] *Deducendo*] Ut probaretur illud crimen quod Flacco objicitur, ex Asia in judicium istud vocatus erat Falcidius.

lute omnium nostrum, de fortunis civitatis, de summa reipubl. taceo? quam vos universam in hoc judicio vestris humeris, vestris, inquam, humeris, judices, sustinetis. Videtis, in quo motu temporum, quanta in conversione rerum ac perturbatione versemur. XXXVIII. Cum alia multa certi homines,[a] tum hoc vel maxime moliuntur, ut vestræ quoque mentes, vestra judicia, vestræ sententiæ, optimo cuique infestissimæ atque inimicissimæ reperiantur: gravia judicia pro reipublicæ dignitate, multa de conjuratorum scelere fecistis: non putant satis conversam[b] [1] rempublicam, nisi in eandem impiorum[b] pœnam optime meritos cives detruserint. 95. Oppressus est C. Antonius:[c] esto: habuit quandam ille infamiam suam:[d] neque tamen ille ipse (pro meo jure[e] dico) vobis judicibus damnatus esset; cujus damnatione[2] sepulcrum L. Catilinæ, floribus ornatum, hominum audacissimorum ac domesticorum hostium conventu epulisque celebratum est:[f] justa Catilinæ[g] facta sunt. Nunc a Flacco Lentuli[h] pœnæ per

[b] *Mutatam.*

Cap. XXXVIII. 1 Ita codd. Faërni, Lambini, Pall. Barb. cum edd. Faërn. Lamb. seqq. *satis eversam* Franc. 1. *satis conversam esse* C H S χ, Venett. 1480. 1483. et aliæ ante Faërn. probante Huldr.—2 Codex unus Oxon. *dam-*

NOTÆ

[a] *Certi homines*] Per certos homines, eos intelligit, qui fuerunt in conjuratione Catilinæ, et qui conantur Flacco periculum moliri, qui Ciceroni præsto fuit in ea exstinguenda.

[b] *Impiorum*] Notat pœnam qua affecti sunt illi, qui cum Catilina conjurationis auctores fuerunt.

[c] *Oppressus est C. Antonius*] Damnatus fuit Antonius, de majestate a M. Cœlio accusatus.

[d] *Infamiam suam*] Venit primum in suspicionem conjurationis, a qua per Ciceronem revocatus est.

[e] *Pro meo jure*] Ait quod suo jure affirmare potest, judicum fretus justitia, quod nunquam ab illis judicibus damnatus esset.

[f] *Celebratum est*] Damnato Antonio, ad sepulcrum Catilinæ conventus ab illis, qui illius conjurationis participes fuerant, celebratus est: quod fieri solitum fuit olim in eorum memoriam, qui bene de republica meriti fuerant. Horum tumulus floribus spargebatur, et epulum ab amicis populo Romano dabatur.

[g] *Justa Catilinæ*] Justa dicebantur ea sacrificia, quæ in honorem mortuorum fiebant.

[h] *Lentuli*] Lentulus ille unus fuit ex principibus Catilinariæ conjurationis, de quo jam sæpe dictum est in Orat. contra Catil.

vos expetuntur.[i] Quam potestis P. Lentulo, qui vos in complexu liberorum conjugumque vestrarum trucidatos, incendio patriæ sepelire conatus est, mactare victimam gratiorem, quam si L. Flacci sanguine illius nefarium in nos omnes[3] odium saturaveritis? 96 Litemus[4][k] igitur Lentulo, parentemus[l] Cethego, revocemus ejectos:[c] nimiæ pietatis et summi amoris in patriam vicissim nos pœnas, si ita placet, sufferamus: nos jam ab indicibus[m] nominamur; in nos crimina finguntur; nobis pericula comparantur. Quæ si per alios agerent; si denique per populi nomen, civium imperitorum multitudinem concitassent; æquiore animo ferre possemus: illud vero ferri non potest, quod per senatores et per equites Romanos, qui hæc omnia pro salute omnium, communi consilio, una mente atque virtute[5] gesserunt, harum rerum auctores, duces, principes spoliari omnibus fortunis, atque civitate expelli posse arbitrantur. Etenim populi Romani[6] perspiciunt jam mentem et voluntatem: omnibus rebus, quibus potest, populus Romanus significat, quid sentiat: nulla varietas est inter ho-

[c] *Exules.*

nationem. Paulo post *est* deest in eodem cod. probante Huldr.—3 Nonnulli codd. ap. Faërn. *in omnes nos;* C H S ς χ *in omnes*, omisso *nos;* Victor. Manut. Junt. Naug. *in vos omnes.*—4 *Litemur* H χ. Mox, *si ita Diis placet* Naug. Manut. Junt. Faërn. probante Camer. sed *Diis* non legitur in codd. Lambini, Barb. et edd. antiquiss. *non jam* H. *autem jam* T. *ab judicibus* C T.—5 Codd. Faërni, Barb. T, Venet. 1480. Junt. Lamb. Græv. Beck. Orell. *ac virtute.* Mox, *spoliati* ς. Pro *atque civitate*, quod exhibent nonnulli codd. Faërni, Barb. Venett. 1480. 1483. Grut. Græv. Verb., *ac de civitate* Crat. Naug. Camer. Oliv. Lall. *ac civitate* quidam codd. Oxon. *atque e civitate* codd. Faërni, Lamb. Orell.—6 *Et omni populo Romano* ς. *Etenim si pop. R.* ex uno cod. dedit Faërn.

NOTÆ

[i] *Pœnæ per vos expetuntur*] Sperant damnatione Flacci fore ut Lentuli manes placentur. Id dicit, quia Flaccus prætor tunc ad pontem Mulvium Allobroges cum comitatu et literis deprehenderat. His convictus literis Lentulus pœnas dedit.

[k] *Litemus*] Id est, placemus sacrificiis manes Lentuli.

Parentemus] 'Parentare' dicitur de inferis. Illud autem non a 'parente' deducitur, sed a verbo 'pareo,' quod est obsequi aliorum voluntati: iis ergo parentamus, quibus placere volumus.

[m] *Ab indicibus*] Indices sperant fore ut Flaccus condemnetur, a quibus omnes adjutores et auctores exstinguendæ conjurationis vocabantur in judicium propter ficta crimina.

mines opinionis, nulla voluntatis, nulla sermonis. 97. Quare, si quis illuc me vocat,[7] venio: populum Romanum disceptatorem [n] non modo non recuso, sed etiam deposco. Vis absit: ferrum ac lapides removeantur: operæ facessant,[8] [o] servitia [p] sileant: nemo erit tam injustus, qui me audierit, sit modo liber [q] et civis, quin potius de præmiis meis, quam de pœna cogitandum putet. XXXIX. O Dii immortales! quid hoc miserius? nos, qui P. Lentulo ferrum et flammam de manibus extorsimus, imperitæ multitudinis judicio [1] confidimus: lectissimorum [r] civium et amplissimorum sententias pertimescimus. 98. M' Aquillium [2] [s] patres nostri multis avaritiæ criminibus testimoniisque convictum, quia cum fugitivis fortiter bellum [t] gesserat, judicio liberaverunt.[d] Consul ego nuper defendi C. Pisonem; qui quia consul fortis constansque fuerat, incolumis est reipublicæ conservatus. Defendi item consul L. Murenam, consulem designatum: nemo illorum judicum, clarissimis viris [u] accusantibus, audiendum [e] sibi de ambitu

[d] *Absolverunt.* [e] *Obediendum.*

Etenim si perspiciunt eam mentem codd. Grut. et Franc. 1. *eam* delevit Faërn. et *si* et *eam* delevit Lamb. Pro *eam* Ernesti cum Victorio dedit *jam*, contra codd. et edd. vett. Mox, *homines opiniones* H. *omnes homines* S.—7 Cod. ς *revocat.*—8 Idem cod. *operæ ea cessant.* Mox, *si modo liber* Camer. et Oliv.

CAP. XXXIX. 1 Cod. ς *periculo.*—2 Ita Lamb. et recentt. *M. Aquilium*

NOTÆ

[n] *Disceptatorem*] Disceptator dicitur, qui judicis arbitrive munere fungitur.

[o] *Operæ facessant*] Operæ dicuntur homines ad opera facienda conducti.

[p] *Servitia*] Servi omnium vilissimi servitia dicebantur: cives seditiosi his ad seditiones faciendas vulgo utebantur.

[q] *Liber*] Qui non servus, et pecunia conductus est, liberum vocat.

[r] *Lectissimorum*] Judices alloquitur, qui honorificum de Cicerone judicium ferre debent.

[s] *M' Aquillium*] Vir consularis Aquillius a M. Catone accusatus est, et ab Antonio defensus; cujus tunicam concisam judicibus, et cicatrices adversas ostendit.

[t] *Bellum*] Aquillius consul in Sicilia bellum excitatum a servis confecit.

[u] *Clarissimis viris*] M. Cato, Sulpicius, et Postumius Murenam ambitus accusarunt: a Cicerone defensus, absolutus est.

putavit, cum, [p. 165.] bellum jam gerente Catilina, omnes, me auctore, duos consules Kalendis Jan.[3] [x] scirent esse oportere. Innocens et bonus vir, et omnibus rebus ornatus, bis hoc anno,[y] me defendente, absolutus est, A. Thermus.[4] Quanta, reipublicæ causa, lætitia populi Romani, quanta gratulatio consecuta est![5] Semper graves et sapientes judices[6] in rebus judicandis, quid utilitas civitatis, quid communis salus, quid reipublicæ tempora poscerent, cogitaverunt. 99. Cum tabella vobis dabitur,[z] judices, non de Flacco dabitur solum: dabitur[7] de ducibus auctoribusque conservandæ civitatis; dabitur de omnibus bonis civibus; dabitur de vobismet ipsis; dabitur de liberis vestris, de vita, de patria, de salute communi: non judicatis in hac causa de exteris nationibus,[a] non de sociis; de vobis ac vestra[8] republica judicatis. XL. 100. Quodsi provinciarum vos ratio magis movet, quam vestra; ego vero non modo non recuso, sed etiam postulo, ut provinciarum auctoritate moveamini. Etenim opponemus Asiæ provinciæ primum mag-



Grut. et vulgg. ante Lamb. Mox, *avaritiæ terminibus* C.—3 Codex unus Oxon. et Græv. *Kalendis Januariis;* Oliv. Lall. *Kal. Januarii.*—4 C *est. Termus;* H S ς χ *est Thermus.*—5 Vett. codd. ap. Lamb. *quanta gratulatione conservatus est;* unde ille, *quanta reipublicæ lætitia, quanta populi Rom. gratulatione conservatus est.* Barb. et Venet. 1480. *conservata est.*—6 Cod. χ *sapientes homines.* Mox, *reipublicæ quid* χ. *quid* deest in ς.—7 Verba *solum: dabitur* desunt in χ. Mox, *civibus* deleri volebat Faërn. probantibus Lamb. et Ernesti; uncis inclusit Orell. *de omnibus bonis civibus* Venet. 1483. Grut. Græv. *de bonis civibus omnibus* Barb. et Venet. 1480. *civibus* deest in codd. Lambini.—8 Ita Venet. 1483. Grut. Græv. *et de vestra* Lamb. *ac de vestra* codd. Faërni, Barb. T, Venet. 1480. Junt. Faërn. Beck. Schutz. Orell.

NOTÆ

[x] *Kal. Jan.*] Consules inibant magistratum Kal. Januariis.

[y] *Hoc anno*] Anno urbis conditæ 694. coss. Jul. Cæsare et Calp. Bibulo.

[z] *Tabella vobis dabitur*] Tres tabulæ judicibus dabantur ab eo qui judicio præerat; una absolutionis, in qua litera A; altera condemnationis, in qua litera C; tertia ampliationis, in qua duæ N L, id est, 'non liquet,' describebantur. Contendit autem si vocetur in judicium Flaccus, et damnetur, quod eadem calamitate omnes boni cives opprimendi sint.

[a] *Exteris nationibus*] Non de Græcis et Asianis nationibus agitur tantum in hoc judicio; sed de tota repub. quis enim eam defendere deinceps audebit?

nam partem ejusdem provinciæ,[1] quæ pro hujus periculis legatos laudatoresque misit: deinde provinciam Galliam,[b] provinciam Ciliciam,[c] provinciam Hispaniam,[d] provinciam Cretam;[e] Græcis autem, Lydis,[f] et Phrygibus, et Mysis, obsistent Massilienses, Rhodii,[2] Lacedæmonii, Athenienses, cuncta Achaia, Thessalia, Bœotia. Septimio et Cœlio,[3][g] testibus, P. Servilius et A. Metellus, hujus pudoris integritatisque testes repugnabunt. Asiaticæ jurisdictioni urbana jurisdictio[h] respondebit: annui[4] temporis[i] criminationem omnis ætas L. Flacci et perpetua vita defendet. 101. Et, si prodesse L. Flacco, judices, debet,[5] quod se tribunum militum, quod quæstorem, quod legatum imperatoribus clarissimis, exercitibus ornatissimis, provinciis gravissimis, dignum suis majoribus præstitit; prosit, quod hic, vobis videntibus, in periculis communibus omnium vestrum,[6] sua pericula cum meis[k] conjunxit; prosint ho-



CAP. XL. 1 Codex unus Oxon. *partem vestræ provinciæ.* Mox, pro *deinde* C H S χ habent *demum.* Actutum, *provincia Gallia* ς. *Ciciliam* χ. *provinciam* ante *Hisp.* omittunt C H S χ. '*Græcis Lydis et Phr. et Mysis* jungenda esse docet Huldr.' *Orell.*—2 *Thodii* χ.—3 *Cælio* suspectum fuit Camerario. Mox, pro *A. Metell.* quod habent codd. Victorii, Pall. Dresd. Guelf. duo Oxon. Grut. Græv. *M. Metell.* codd. aliquot, Venett. 1480. 1483. Junt. *Q. Metellus* Naug. Manut. Lamb. Garat. Beck. Orell. Schutz.—4 C *anni.*—5 C H S χ

NOTÆ

[b] *Galliam*] In ea Galliæ parte, in qua sunt Allobroges, aut Massilia, miles et quæstor fuit.

[c] *Ciliciam*] In Cilicia tribunus militum fuit, Servilio imperatore.

[d] *Hispaniam*] Quæstor in Hispania fuit.

[e] *Cretam*] Legatus fuit in Creta.

[f] *Græcis autem, Lydis, &c.*] Græcis et Lydis, populis nullius auctoritatis, qui Flaccum accusabant, alios objicit, quorum fides et auctoritas plurimum valuit semper, ut jam dictum est.

[g] *Septimio et Cœlio*] Septimio et Cœlio testibus opponit P. Servilium, qui imperator in Cilicia, et cui trib. militum fuit Flaccus; M. Metellum, cui legatus fuit idem in Achaia, Bœotia, et Thessalia.

[h] *Urbana jurisdictio*] Prætor urbanus fuit Flaccus temporibus Catilinariæ conjurationis; ubi tum se virum probum et diligentem præbuit in munere exercendo.

[i] *Annui temporis*] Per annum Asiam provinciam administravit Flaccus; cui tempori totam illius ætatem opponit.

[k] *Sua pericula cum meis*] In conjuratione Catilinæ exstinguenda Ciceroni adjutor fuit.

nestissimorum municipiorum[l] coloniarumque[m] laudationes; prosit etiam senatus populique Romani præclara et vera laudatio. 102. O nox illa,[n] quæ pæne æternas huic urbi tenebras attulisti! cum Galli[o] ad bellum, Catilina ad urbem, conjurati ad ferrum et flammam[7] vocabantur; cum ego te, Flacce, cœlum noctemque contestans, flens flentem obtestabar; cum tuæ fidei optimæ et spectatissimæ, salutem urbis et civium commendabam. Tu, tum,[8] Flacce, prætor, communis exitii nuntios cepisti; tu inclusam in literis reipublicæ pestem[p] deprehendisti; tu periculorum indicia, tu salutis auxilia, ad me et ad senatum attulisti. Quæ tibi tum gratiæ sunt a me actæ! quæ ab senatu! quæ a bonis omnibus! Quis tibi, quis C. Pomtino,[9] fortissimo viro, quenquam bonum putaret unquam, non salutem, verum honorem ullum denegaturum? O Nonæ[q] illæ[10] Decembres, quæ, me consule, fuistis! quem ego diem vere natalem hujus urbis, aut certe salutarem appellare possum. XLI.

debent.—6 H *nostrum.* Paulo post, *prosint etiam, &c.* C.—7 Dresd. Barb. T, Venet. 1480. *ferrum et ad flammam.* Mox, *obtestabor* ς. *contestabar* Dresd. *optimæ expectatissimæ* χ.—8 *Tu tu* H S, et omnes edd. ante Grut. *Tu tamen* Barb. T, Grut. *Tu tum* Franc. 1. Mox, *tu p. judicia* ς.—9 Lamb. Lall. Schutz. Orell. *Pomptino;* Beck. e Cal. II. 2. *Pomtino;* plerique codd. Oxon. et Barb. item Venet. 1480. Naug. Hervag. Manut. Grut. Græv. Oliv. *Pontinio;* χ *Prontinio;* C *Tomptinio.*—10 Pronomen *illæ* deest in T. *Decembris* C. Mox, *salutare* χ.

NOTÆ

[l] *Honestissimorum municipiorum*] Municipium fuit id genus hominum, qui cum Romam venissent, neque cives erant Romani, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus præstandum una cum Romanis civibus, præterquam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo.

[m] *Coloniarum*] Coloniæ fuerunt urbes occupatæ a Romanis, quarum civibus ager attribuebatur.

[n] *O nox illa*] De nocte loquitur qua oppressa fuit Catilinæ conjuratio.

[o] *Galli*] Allobroges solicitati fuerant a Catilina, et per eos detecta fuit conjuratio, cum ad pontem Mulvium a Flacco deprehensi sunt.

[p] *Inclusam in literis reip. pestem*] Flaccus et Pomtinus prætores ad pontem Mulvium legatos Allobrogum, cum literis et mandatis ad suos cives, et eodem itinere ad Catilinam missos, interceperunt.

[q] *O Nonæ*] Nonis Decembribus conjurati literas suas et signa confessi, conjurationem in senatu, qui habitus est in æde Concordiæ, aperuerunt.

103. O nox illa, quam iste est dies consecutus,[1] fausta huic urbi! miserum me! metuo, ne funesta nobis. Qui tum animus L. Flacci![2] (nihil dicam enim de me) qui amor in patriam! quæ virtus! quæ gravitas extitit! Sed quid ea[3] commemoro, quæ tum, cum agebantur, uno consensu omnium, una voce populi Romani, uno orbis terræ testimonio, in cœlum laudibus efferebantur? nunc vereor, ne non modo non prosint, verum etiam aliquid obsint. Etenim multo acriorem improborum interdum memoriam esse sentio, quam bonorum. Ego te, si quid gravius acciderit, ego te, inquam,[4] Flacce, prodidero: mea dextera[r] illa, mea fides, mea promissa, [*p.* 166.] cum te, si rempublicam conservaremus, omnium bonorum præsidio, quoad viveres, non modo munitum, sed etiam ornatum fore pollicebar. Putavi, speravi, etiamsi[5] honos noster[s] vobis vilior fuisset, salutem certe caram futuram. 104. At,[6] L. Flaccum quidem, judices, si (quod Dii immortales omen avertant!) gravis injuria afflixerit; nunquam tamen prospexisse vestræ saluti, consuluisse vobis, liberis, conjugibus, fortunis vestris, pœnitebit: semper ita sentiet, talem se animum et generis dignitati, et pietati suæ, et patriæ debuisse: vos ne pœniteat tali civi non pepercisse, per Deos immortales! judices, providete.[7] Quotus enim quisque est, qui hanc in republica sectam[8][f] sequatur? qui vobis, qui vestri similibus placere cupiat? qui optimi

[f] *Vitæ genus.*

Cap. xli. 1 Venet. 1480. *ista dies est consecuta.* Mox, *ne functa* ϛ.—2 *Quid tum animus Flacci* C. Mox, *enim* omittunt codd. aliquot, Faërn. Lamb. probante Huldr. extat in Barb. Tum, *qui virtus* codd. Victorii et quatuor Pall. *qui jura ratus* T.—3 *Sed quid eam* C. Paulo post, *non modo possint* χ, Venet. 1480. Schutz. probante Garat.—4 Verb. *inquam omittit* T. pro *prodidero,* quod servant codd. Faërni, Gruteri, duo Oxon. Dresd. Franc. 2. Barb. cum edd. Faërn. Lamb. Grut. seqq. *perdidero* habent C H S χ, et edd. vett.—5 *Putavi, etiam si* C.—6 *Ac* duo codd. Oxon. et Lamb. *si* (*id quod, &c.* H S T, Venet. 1483. Junt.—7 Verb. *providete* deest in ϛ.—8 C H S *hanc reipublicæ sec-*

NOTÆ

[r] *Dextera*] Dextra fidei sacra est, ideoque in fide danda jungitur.

[s] *Honos noster*] Consulatus Ciceronis, et Flacci prætura debuit esse cara populo Rom. siquidem et a Cicerone, et a Flacco prætore ipsi salus parta est.

atque amplissimi cujusque hominis atque ordinis auctoritatem magni putet; cum[9] illam viam sibi videant expeditiorem ad honores, et ad omnia quæ concupiverunt? XLII. Sed cetera sint eorum: sibi habeant[1] potentiam, sibi honores, sibi ceterorum commodorum summas facultates: liceat iis, qui hæc salva esse voluerunt, ipsis esse salvis. 105. Nolite, judices, existimare, eos, quibus integrum est,[t] qui nondum ad honores accesserunt, non expectare hujus exitum[2] judicii. Si L. Flacco tantus amor in bonos omnes, tantum in rempublicam[3] studium, calamitati fuerit;[u] quem posthac tam amentem fore putatis, qui non illam viam vitæ, quam ante præcipitem et lubricam[g] esse ducebat, huic planæ et stabili præponendam esse arbitretur? Quodsi talium civium vos, judices, tædet;[4 x] ostendite: mutabunt sententiam, qui poterunt: constituent, quid agant, quibus inte-

[g] *Periculosam.*

tam. Mox, *qui nobis* C.—9 Barb. C H S ς χ, et edd. ante Lamb. omittunt *cum,* quod e codd. suis Faërn. Lamb. Grut. addiderunt. Pro *videant,* quod servant codd. Faërni, duo Oxon. et Barb. *vident* H S ς, et edd. vett. *videret* χ. Mox, *et* deest in ς.

CAP. XLII. 1 Codex unus Oxon. *sed habebant.* Actutum, *potestatem* duo codd. Oxon. Oliv. Lall. Mox, *hæc* deest in χ. prius *esse* deest in Barb. probante Garat. *ipsi esse* ς.—2 Cod. χ *exitus;* ς *exitium.*—3 Stephani cod. *in remp.* C T *in rep.* Venet. 1483. *R. P.* Junt. Camer. Faërn. al. ante Lamb. *in republica.* Deinde, *esse arbitraretur* C H S T χ.—4 Verb. *tædet* deest in ς. Mox, *qui potuerint* plurimi codd. et edd. vett. etiam Venet. 1483. Faërn. Lamb. Græv. Beck. Orell. *qui potuerunt* codex unus Oxon. et Junt. *poterunt* est ex emend. Ernesti. *constituerunt* ς. *sin hoc anno* idem cod. Paulo post, verba, *quid s. H. h. m. p. v. ac l. v. s. j. hoc judicio,* desunt in T. *quid s. . . . hoc jud. vivendi præcepta* desunt in codd. Gruteri et in quibusdam edd. *sentiatis. Præclara illa hæc oratio quidem, si huic, huic, &c.* exhibent Naug. Manut. Steph. Faërn. Lamb. 'Est unum ex ineptiis illis Naugerii et pseudo-cod. H. Stephani supplementis, inde natum, quod codd. aliquot, velut Guelf. lacunæ indicium præbent.' *Orell.* 'Illud additamentum ineptum ignorant Franc. 1. 2. Barb. ed. pr. ap. Græv. Venett. 1480. 1483. et Hervag.

NOTÆ

[t] *Quibus integrum est*] Qui nec magistratum ullum gesserunt, nec petiverunt, expectant finem hujus de Flacco judicii.

[u] *Calamitati fuerit*] Si damnatus fuerit Flaccus, propter suum in rempub. studium, nemo non anteponet viam inhonestam, et popularem, et quæ habet assentationem, honestæ viæ et sinceræ.

[x] *Vos tædet*] Ironia.

grum est: nos, qui jam progressi sumus, hunc exitum nostræ temeritatis feremus: sin hoc animo quam plurimos esse vultis, declarabitis hoc judicio, quid sentiatis. 106. Huic, huic misero puero, vestro ac liberorum vestrorum supplici,[5] judices, hoc judicio vivendi præcepta dabitis: cui si patrem conservatis; qualis ipse debeat esse civis, præscribetis: sin eripitis; ostendetis, bonæ rationi,[h] et constanti, et gravi nullum a vobis fructum esse propositum. Qui vos [6] (quoniam est id ætatis, ut sensum jam percipere possit ex mœrore patrio, auxilium nondum patri ferre possit) orat, ne suum luctum [y] patris lacrymis, patris mœrorem suo fletu augeatis; qui etiam me intuetur, me vultu appellat, meam quodammodo flens fidem implorat, ac repetit [7] eam, quam ego patri suo quondam pro salute patriæ spoponderim, dignitatem. Misereamini familiæ,[z] judices, misereamini fortissimi patris, misereamini filii: nomen [8] clarissimum et fortissimum, vel generis, vel vetustatis, vel hominis causa, reipublicæ reservate.[a]

[h] *Honestæ vitæ.*

huic semel ponit C.' *Beck.*—5 *Sulpici* Franc. 2. et ed. pr. *judicio* deest in iisdem. Mox, *si eripitis* H S T. *ostenditis* C H T.—6 *Quid vos* H S. *Qui nos* ς. Idem cod. pro *id ætatis* habet *iteratis.* Mox, *jam præcipere* χ. *ex more* ς. *patris* C χ.—7 Sex codd. Oxon. *imploratam repetit.* Actutum, *ea* C χ.—8 Pro *nomen,* Pantag. legit *hominem;* *notum* habet Dresd. *civem* maluit Manut.

NOTÆ

[y] *Ne suum luctum*] Aut Flacci puer hic lacrymatus est, aut lacrymantem fingit Cicero, ut ejus lacrymis moveat judices ad patrem Flaccum absolvendum.

[z] *Familiæ*] Valeria familia et nobilissima et antiquissima fuit, ut dictum est exordio.

[a] *Reipub. reservate*] Qui condemnabantur, in exilium abibant, atque ita a repub. sublati videbantur.

M. TULLII CICERONIS

PRO P. SULLA[1]

ORATIO XXV.

ARGUMENTUM.

D. Junio Silano et L. Murena coss. de conjuratione accusatus est a L. Torquato P. Sulla ex eo SCto, quod erat de conquirendis conjuratis factum. Quoniam autem bis conjuratum fuerat, ut supra in Argumento Catilinariarum ostendimus; Hortensius et Cicero ita inter se defensionem partiti sunt, ut ille a prima, hic autem ab altera conjuratione P. Sullam abfuisse ostenderet. Præmissa ergo responsione ad ea quæ in Ciceronem ipsum accusator dixerat, cum ejus inconstantiam, levitatem, et nimiam in judiciis potentiam in invidiam adducere vellet; sequitur ipsa defensio, refellens singula, quæ L. Torquatus confirmandi criminis causa dixerat; et tandem in religiosa Deorum obtestatione desinens, nihil sibi de P. Sullæ cum conjuratis societate compertum esse.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 167.] Maxime vellem, judices, ut P. Sulla et antea[a] dignitatis suæ splendorem obtinere,[a][2] et, post calamitatem[b] acceptam, modestiæ fructum aliquem potuisset percipere: sed, quoniam ita tulit casus infestus,[c]

[a] *Recuperare.* [b] *Condemnationem.*
[c] *Adversa fortuna ita voluit.*

1 C *Silla:* alii *Sylla:* Mss. et edd. pleræque *Sulla.* Vid. Nott. Varr.
Cap. I. 2 *Obtineret* C H T χ, Dresd. Franc. 1. 2. Ms. Sylvii, et nonnullæ edd. vett. cum Græv. *optineret* Ven. 1480. Pro *et* ante verba *post calam.*

NOTÆ

[a] *Antea*] In honore erat Sulla, cum designatus est consul.

ut amplissimo honore,[3] [b] cum communi ambitionis invidia,[c] tum singulari Autronii[4] [d] odio everteretur; et in his pristinæ fortunæ[e] reliquiis, miseris et afflictis, tamen haberet quosdam,[f] quorum animos[5] ne supplicio quidem suo satiare posset; quanquam ex hujus incommodis magnam animo molestiam capio, tamen in ceteris malis[d] [6] facile patior oblatum mihi tempus, in quo boni viri lenitatem meam misericordiamque, notam omnibus quondam, nunc, quasi intermissam, agnoscerent; improbi[g] ac perditi[7] cives, redomiti atque victi, præcipitante[e] republica, vehementem me fuisse, atque fortem; conservata, mitem ac misericordem faterentur. 2. Et quoniam L. Torquatus, meus familiaris ac necessarius, judices, existimavit, si nostram in accusatione sua[8] necessitatem[f] [h] familiaritatemque violasset, aliquid se de auctoritate[i] meæ defensionis posse detrahere; cum hujus periculi propulsatione[k] conjungam defensionem[l] officii mei.

[d] *Inter cetera mala.* [e] *Ruente.* [f] *Necessitudinem.*

Sylvius scribi maluit *aut.*—3 *Ampliss. in honore* Mss. et edd. ante Ern. qui e conjectura præpositionem delevit, et quem Beck. Schutz. secuti sunt. Pro *cum* C habet *tum.*—4 *Antonii* C ϛ χ: *Atitonii* T: *Antronii* S: *Antronî* edd. vett. Vid. Nott. Varr.—5 *Animi* ϛ: *ex animo* χ.—6 ϛ *incertis malis.*—7 H *impr. atque perd.* Tum *edomiti* Vict. Lamb. et al. *redomitique* T: *redempti*

NOTÆ

[b] *Amplissimo honore*] Amplissimus honos dicitur consulatus, quia nulla hoc dignitas erat superior; id est, in consulatu: erat enim consul designatus, cum ambitus damnatus est.

[c] *Ambitionis invidia*] Facilius iis, qui magistratibus functi sunt, homines solent invidere, quam qui magistratus petunt: quia qui petunt, semper spem habent obtinendi; cum dejecti sunt a spe, iis invident qui ad eos pervenerunt.

[d] *Autronii*] Rejicit Sullanæ calamitatis causam in Autronium, quocum designatus erat consul, qui multis propter improbitatem odio fuit.

[e] *Pristinæ fortunæ*] Erat consul designatus.

[f] *Haberet quosdam*] Torquatum designat, quem a nimia crudelitate adducit in odium apud judices, qui non contentus supplicio quo affectus est Sulla, cum consulatu privatus est, iterum vult eum accusare quasi conjurationis Catilinariæ participem.

[g] *Improbi*] Improbos ait, qui in conjuratione Catilinaria fuerunt.

[h] *Necessitatem*] Aulus Gellius lib. XIII. hanc vocem, ut novam insolentemque, notat in hac significatione.

[i] *Auctoritate*] Auctoritas est opinio concepta de virtute alicujus, quæ maxime valet in oratore ad persuadendum.

[k] *Hujus periculi propulsatione*] Propulsatione, id est, defensione Sullæ,

Quo quidem genere non uterer orationis, judices, hoc tempore, si mea solum interesset.[9] Multis enim mihi locis et data facultas est, et sæpe[10] dabitur, de mea laude dicendi. Sed, ut[11] ille, judices, quantum de mea auctoritate deripuisset,[12] tantum se de hujus præsidiis[m] diminuturum putavit; sic hoc ego sentio, si mei facti rationem vobis, constantiamque hujus officii ac defensionis probavero;[13] causam quoque me P. Sullæ probaturum. 3. Ac primum[14] abs te[n] illud, L. Torquate, quæro, cur me a ceteris clarissimis viris ac principibus[15] civitatis, in hoc officio atque in defensionis jure secernas. Quid enim est, quamobrem abs te Q. Hortensii[16] factum,[o] clarissimi viri atque ornatissimi civis, non reprehendatur, reprehendatur meum? Nam[17] si initum est consilium a P. Sulla inflammandæ civitatis, hujus exstinguendi imperii,[18] delendæ urbis; mihi majorem hæ res dolorem, quam Q. Hortensio, mihi majus odium

C.—8 C *in actione*, omisso *sua*.—9 C *intereret*: 'Num *intererat?*' ait Beckius. In Pith. deest.—10 C *semper*.—11 H caret *ut*.—12 Alii *diripuisset*; et paulo post, *diminiturum*. Pro *putavit*, H, Franc. 1. Dresd. habent *putat*; Med. Crat. Hervag. Naug. Lamb. Steph. Manut. Oliv. Lall. *speravit*. In C S T ς χ, Franc. 2. Pith. Barb. novem Pall. edd. Rom. Wald. Ven. 1483. deest; et id omiserunt Grut. et Græv. In marg. Pal. 5. notatur, 'scilicet, sensit:' in marg. Pal. 8. 'existimat.' Pro *sic* in C *sed*; in H χ *si*. Dein *ego* non est in H.—13 Al. *probaro*.—14 C H S *At primum*.—15 H *viris, a princ*. In ς χ et edd. paucis deest *hoc* ante *officio*. Ante *defensionis* Manut. et Lamb. addunt *hoc*. Tum C *secernis*.—16 C et χ *Hortensi*. Dein Pith. Dresd. Franc. 1. 2. Barb. duo Mss. Pariss. ed. Wald. cum Græv. et Lall. *clariss. atque ornatiss. viri*, omisso *civis*. Ven. 1480. *clariss. atque orn. viri cujus* (pro *civis*). Garaton. conjicit legi etiam posse, *clariss. civis atque orn. viri*. In C desunt verba *atque orn. civis*.—17 *Num* Schutz. e conjectura.—18 Junt. et al. ita distin-

NOTÆ

qui ex accusatione Torquati periclitatur.

[l] *Conjungam defensionem*] Significat se officium suum defensurum; quod a Torquato reprehenditur.

[m] *Hujus præsidiis*] Speravit Torquatus diminuendo Ciceronis auctoritatem, se quoque de Sullæ defensione diminuturum.

[n] *Ac primum abs te*] Objectio fuit Torquati contra Ciceronem, quod Sullam non debuerit defendere de conjuratione, cum ejus vindex extiterit: sed respondet Cicero id se debere, Hortensii aliorumque clarissimorum virorum exemplo.

[o] *Hortensii factum*] Non reprehenditur, quod Sullam defenderit, Hortensius; igitur neque Cicero reprehendendus est, si eum quoque defendat.

afferre debent?[19] meum denique gravius esse[20] judicium,[p] qui adjuvandus in his causis, qui oppugnandus, qui defendendus, qui deserendus esse videatur? Ita, inquit.[q] Tu enim investigasti, tu patefecisti conjurationem. II. 4. Quod cum dicit, non attendit, eum,[1] qui patefecerit, hoc curasse, ut id omnes viderent,[r] quod antea fuisset occultum. Quare[2] ista conjuratio, si patefacta per me est, tam patet Hortensio, quam mihi. Quem cum videas, hoc honore, auctoritate, virtute, consilio præditum, non dubitasse, quin innocentem P. Sullam defenderet; quæro, cur, qui[3] aditus ad causam Hortensio patuerit, mihi interclusus esse debuerit. Quæro illud etiam, si me, qui defendo, reprehendendum putas esse, quid tandem de his existimes[4] summis viris et clarissimis civibus, quorum studio et dignitate celebrari[s] hoc judicium, ornari causam, defendi hujus innocentiam vides?[5] Non enim una est ratio[6 t] defensionis ea, quæ posita est in ora-



gunt, *infl. civ. hujus, exsting. imp.*—19 Crat. Cam. Vict. Manut. *hæc res . . . debet.*—20 Schutz. auctoritate C H ϛ, Dresd. edidit *est.* Mox, in C *adjuvandis.* Paulo post, a Pith. absunt verba *qui deserendus.*

CAP. II. 1 Pro *eum* in C *ut.*—2 Post *Quare* χ addit *si.* Tum, pro *tam* C habet *causa:* et pro *patet* Ms. Vict. et ed. Lugd. *paret,* prob. Gulielm.—3 H caret *qui.* Mox, in ϛ *Hortensii.*—4 χ, Ven. 1483. Crat. Cam. Lamb. *existimes de his.*—5 *Cel. hoc judicium et ornari, causam defendi hujus innocentis vides* edd. ante Grut. et sic Mss. plerique, nisi quod cum edd. nonnullis *et* ante *ornari* omittunt. *Cel. hoc judicio ornari, causam defendi hujus innocentis vides* Franc. *Judicio* legitur etiam in C T ϛ. Tum H *defendendi;* et C H S T ϛ χ *innocentis.* Pro *vides* ϛ *judices.*—6 ϛ *oratio.* Mox, *ea* non est in C, nec *est* in ϛ.—

NOTÆ

[p] *Meum denique gravius esse judicium*] Pergit quærere Cicero an debeat prævidere, et gravius et diligentius expendere, qui sibi sit defendendus reus, quam Hortensius.

[q] *Ita, inquit*] Occupationem affert Torquati, qui respondet Ciceroni, quod etiamsi aliis liceat defendere, illos tamen illi non licet, quorum patefecit conjurationem.

[r] *Ut id omnes viderent*] Fatetur quidem Cicero patefecisse conjurationem, quam patefactam cognovit Hortensius, a quo tamen Sulla defensus est, quem etiam pari jure defendere potest.

[s] *Celebrari*] Multi frequentes aderant, qui non venerant patroni, ut causam agerent; sed advocati, ut sublevarent reum sua præsentia et auctoritate.

[t] *Non enim una est ratio*] Docet quod non tantum orator defendit, sed etiam alii qui adsunt in judicio; qui quamvis taceant, tamen sua auctoritate videntur aliquem tueri: aderant enim patrocinii causa, et ut reo præsentia sua faverent.

tione: omnes, qui adsunt, qui laborant, qui salvum volunt, pro sua parte[u] atque auctoritate defendunt. 5. An vero, in quibus subselliis[x] hæc ornamenta ac[7] lumina[g] reipublicæ viderem, in his me apparere nollem, quorum ego opera[8] illum in locum[y] atque in hanc celsissimam sedem dignitatis atque honoris, multis meis ac magnis[9] laboribus et periculis, ascendissem? [*p.* 168.] Atque, ut intelligas, Torquate, quem accuses, si te id offendit, quod ego, qui hoc genere[10] quæstionis[z] defenderim neminem, non desim P. Sullæ;[h] recordare de ceteris, quos adesse huic vides; intelliges, et de hoc, et de ceteris judicium meum et horum par atque unum fuisse. 6. Quis nostrum affuit Varginteio?[11a] nemo: ne hic quidem Q. Hortensius, præsertim qui illum solus antea de ambitu defendisset. Non enim jam se ullo officio cum illo conjunctum arbitrabatur, cum ille,[12] tanto scelere commisso, omnium officiorum societatem diremisset. Quis

[g] *Hos viros clarissimos.* [h] *Defendam Sullam.*

7 Pro *ac* in Barb. et Ven. 1480. *hæc*, prob. Garaton.—8 *Quorum ego ope* Ms. Lamb. *ope quorum ego* Franc. 2. ed. 1472. et Ven. 1480. prob. Garaton. *quorum ego auxilio* H et Franc. 1. *quorum ego auxilio et ope* Junt. In C S T ς χ, Pith. Barb. (ubi tamen margini ascriptum *auxilio*) Ven. 1483. deest voc. *opera*, et hoc delevit Orell. Ceteri ut Ern. Paulo post, T *hanc clarissimam sedem*, omissa præpositione. Pro *hanc* Ern. maluit *illam*.—9 In H et T desunt verba *ac magnis*. Dein, ς *ascendisse*.—10 χ *pro hoc gen.*—11 χ *Vargun-*

NOTÆ

[u] *Pro sua parte*] Etiamsi non dicant, taciti tamen auctoritate sua tuentur.

[x] *Subselliis*] Subsellia sunt minorum magistratuum sedes; quare crediderim apud centumviros hanc causam actam esse, qui non magistratus, sed judices erant: quibus vero de causis egerint, vide Cic. de Orat. l. I.

[y] *Illum in locum*] Intelligit consularem dignitatem, qua nulla major extitit in repub. Rom. et ad quam tum beneficio tot clarorum virorum, tum suis laboribus pervenit.

[z] *Hoc genere quæstionis*] In hac quæstione agebatur de majestate, cujus læsæ vindex fuit, cum conjuratos tam acriter persecutus est.

[a] *Varginteio*] Hic una cum Cornelio procurationem in se receperat Ciceronem interficiendi. Vide Orat. in Catil. Hac de causa nemo ei periclitanti affuit; ne quidem Hortensius, licet clientes nunquam desererentur a patronis suis sine summa infamia. Vide Gell. lib. v.

nostrum Ser. Sullam?[b] quis P. Lentulum?[13][c] quis M. Leccam? quis Cornelium defendendum putavit? quis his horum[14] affuit? nemo. Quid ita? quia ceteris in causis, etiam nocentes, viri boni, si necessarii sunt, non[15] defendendos esse non putant: in hoc crimine non solum levitatis est culpa, verum etiam quædam contagio sceleris,[d] si defendas eum,[16] quem obstrictum esse patriæ[e] parricidio suspicere. 7. Quid Autronio?[f] nonne sodales,[g] non collegæ sui, non veteres amici, quorum ille copia quondam abundarat, non hi omnes,[17] qui sunt in republica principes,

teo: C *Organteo*, superscr. *Verganteo*.—12 C *illo*.—13 'Deest nomen *Lentulum* in Mss. Pall. Vict. Grut. Busbeq. Franc. 2. Dresd. Pith. Barb. ϛ χ; (in quibus aut *quis P.* aut *quis Publium* legitur;) est tamen in Franc. 1. et in quinque Oxonn. Mss. ut videtur: atque inde a Naug. addiderunt omnes præter Grut. Verburg. et Lallem. (qui tamen de Pariss. Mss. nihil monuit, sed tantum inepte legi *Qu. P. Lentulum* decrevit.)' *Beck.* '*Quis P.* * *] Sic, sed sine defectus signo, Mss. plerique, Ven. 1483. Crat. Grut. Si integra esset lectio, cum Garaton. cogitandum est de alio P. Sulla, a nostro diverso: sed id satis refutatur a Sallust. Catil. 17. ubi lectio *Servii filii* satis certa est, etsi Wolff. alteram *Servii filius* præfert. Statuendum est igitur vel verum h. l. nomen excidisse, vel, quod probabilius mihi videtur, legendum esse *Ser. Sullam, hujus P. fratrem*.' Orell. Mox *M. Læcam* Franc. 2. ed. Manut. Schutz. et Orell. prob. Grævio. Beck. tacite dedit *Leccam* sine prænomine. Tum *C. Cornelium* Lamb. Manut. et Orell.—14 Ern. conjecit *quis his nostrum*; et Huldric. *quis iis horum*.—15 *Non* ante *defendendos* abest a Barb. C T, Pall. plurimis: deest etiam in Franc. 2. ed. pr. Ven. 1480. qui etiam omittunt negativam particulam ante *putant*. Gruter. e Pal. 9. edidit *deserendos esse non putant*, eumque Græv. Oliv. Lall. secuti sunt.—16 H *quæd. cont. est scel.* et C *si defendendas eum esse*. Mox, pro *esse*, quod in χ deest, C legit *se*. Tum vocem *parricidio* omittunt Mss. nonnulli et edd. ante Grut. qui eam inseruit auctoritate Ms. Erf. et Pal. 9. eamque agnoscunt C H T χ ψ. In edd. nonnullis vett. legitur *quem obstrictum patrique*. In H deest *suspicere*, spatio relicto: T habet *suspiceretur*. Paulo post, *Antronio* S et ϛ: *Antonio* C χ. Denique *non sodales* Lamb. et *nonne sodales* Steph.—17 ϛ *nonne his omnes*.

NOTÆ

[b] *Ser. Sullam*] Servius Sulla frater hujus P. Sullæ fuit; uterque inter conjuratos a Sallustio enumeratur.

[c] *P. Lentulum*] Lentulus una cum Catilina princeps erat conjurationis.

[d] *Quædam contagio sceleris*] Qui alium conjurationis defendit, facile in ejusdem conjurationis suspicionem venit.

[e] *Obstrictum esse patriæ* [*parricidio*] *suspicere*] Id est, scelere obstrictum in patriam.

[f] *Quid Autronio*] Autronius eodem, quo ceteri, nomine, desertus est. Fuit ille quæstor cum Cicerone, et sex aliis collegis, a quibus destitutus est, ubi compertum fuit conjurasse.

[g] *Sodales*] Sodales dicuntur, qui ejusdem collegii sunt.

defuerunt? immo etiam testimonio plerique læserunt?[18][h] Statuerant, tantum illud esse maleficium, quod non modo non[19] occultari per se, sed etiam aperiri illustrarique deberet. III. Quamobrem quid est, quod mirere, si cum iisdem[20] me in hac causa vides adesse, cum quibus in ceteris intelligis abfuisse?[1] nisi vero me unum vis ferum, præter ceteros, me asperum, me inhumanum existimari, me singulari immanitate et crudelitate præditum. 8. Hanc mihi tu[2] si, propter res meas gestas, imponis in omni vita mea personam, Torquate, vehementer erras. Me natura misericordem, patria severum, crudelem nec patria nec natura, esse voluit. Denique istam ipsam personam vehementem et acrem, quam mihi tum[3] tempus et respublica imposuit, jam voluntas et natura ipsa detraxit. Illa enim ad breve tempus severitatem postulavit; hæc in omni vita misericordiam lenitatemque desiderat. 9. Quare nihil est, quod ex tanto comitatu virorum amplissimorum me unum abstrahas.[4] Simplex officium[i] atque una est bonorum omnium[5] causa. Nihil erit, quod admirere posthac, si in ea parte, in qua hos animadverteris, me videbis. Nulla est enim in republica causa mea propria:[k] tempus agendi fuit magis mihi proprium,[6] quam ceteris: doloris vero, et timoris, et periculi fuit illa causa communis: neque enim princeps tunc ad salutem esse potuissem,[7] si esse alii comites

—18 ϛ *lexerunt.* Dein C *Statuerunt tamen illud.*—19 In Pal. 9. deest *non* ante *occultari*, probantibus Grutero et Wolffio. Pro *per se* in C legitur *posse.*

CAP. III. 20 C *quod mirere hisdem.* Ante *cum quibus* idem Ms. addit *cum.* —1 ϛ et edd. vett. paucæ *affuisse.* Dein C *Nisi verum.* Paulo post, a Pith. absunt verba *me asperum.*—2 C *tum.*—3 C *cum:* Pith. *tu.*—4 H *distrahas.*— 5 Edd. pleræque ante Lamb. *omnium bonorum.* Tum, C T et Dresd. *Nihil est.* Pro *admirere* C *admirer;* H S ϛ χ, Dresd. Ven. 1483. *mirere.* Paulo post, C *si mea parte.*—6 C *agendum fuit*, et Pith. *magis improprium.*—7 Lamb.

NOTÆ

[h] *Testimonio læserunt*] Dicuntur lædere testimonio, qui testimonium dicunt contra aliquem.

[i] *Simplex officium*] Simplex officium est quod ab omnibus observatur: nemo vero bonus civis aliquem e conjuratis defendit.

[k] *Causa mea propria*] Conjuratio Catilinæ pertinuit ad totam rempub. non ad Ciceronem solum: quia vero erat consul, illius muneris fuit illam investigare.

noluissent. Quare necesse est, quod mihi consuli præcipuum fuit præter alios, id jam privato cum ceteris esse commune. Neque ego hoc partiendæ invidiæ,[l] sed communicandæ laudis causa loquor. Oneris [8] mei partem nemini impertio, gloriæ bonis omnibus. 10. In Autronium [9] [m] testimonium dixisti, inquit: Sullam defendis. Hoc totum ejusmodi [10] est, judices, ut, si ego sim inconstans ac levis, nec testimonio fidem tribui convenerit,[11] nec defensioni auctoritatem. Sin est in me ratio reipublicæ, religio privati officii, studium retinendæ voluntatis bonorum; nihil minus accusator [12] debet dicere, quam a me defendi Sullam, testimonio [13] læsum esse Autronium. Videor enim non solum studium ad defendendas causas,[14] verum opinionis aliquid et auctoritatis afferre; qua et moderate ego [15] utar, judices, et omnino non uterer, si ille me non coëgisset. IV. 11. Duæ conjurationes abs te, Torquate, constituuntur; una, quæ Lepido et Volcatio [16] consulibus, patre



conjecit *ad salutem aliis esse pot.* Mox in C et χ *voluissent.* Tum ϛ *consului.*—8 C *Honoris.* Mox *impartior* H: *impertior* Barb. *impartio* alii.—9 *Jam Antronium* C: *In Antronium* ϛ: *Jam in Autronium* Dresd. Pro *dixisti* χ *dixi.* Postea Pith. *defendas.*—10 H *hujusmodi.* Pro *est* in C *esse;* et pro *sim* in eodem *sum.*—11 C *convenit.*—12 ϛ *accusatio.*—13 C *testimonium.* In Dresd. *testimonio esse læsum Autr.*—14 Dresd. *ad offendendas causas:* C *ad offendendas eas.*—15 In C deest *ego.*

CAP. IV. 16 C χ *Voltatio:* ϛ *Volcatio consule.* 'In edd. nonnullis ante Lamb. fuit *et L. Tullo coss.* quod retinuit Lamb. etsi in ejus quoque Ms. erat *Volcatio:* quod in novem Pall. Vict. Grut. Barb. omnibus a Grævio inspectis,

NOTÆ

[l] *Partiendæ invidiæ*] Occupationem affert ex dissimili: nam aliquis posset Ciceroni objicere, quod non tam cum aliis laudem, quam invidiæ partem communicaret. Non ita esse, sed totam hanc conjurationem sustinuisse ait, ut cum aliis laudem suam impertiret. Et certe licet ubique hanc a se exstinctæ conjurationis gloriam prædicet, semper tamen ejus laudis participes facit prætores Plancum, Pomtinum, Flaccum, equites, plebem, ipsumque suum collegam Antonium, licet ejusdem affinis et suspectus haberetur.

[m] *In Autronium*] Objiciebatur contra Ciceronem, absurdum esse accusare Autronium, et Sullam defendere. Sed rejicit hanc objectionem, nam aut levis fuit aut constans M. Tullius: si levis, ei fides non est habenda; si constans, ei credendum: at non est levis qui sequitur religionem, &c. Ergo ejus valere debet auctoritas, cum Sullam defendit, et accusat Autronium.

tuo consule designato, facta esse dicitur; altera, quæ me consule. [*p*. 169.] Harum in utraque Sullam dices fuisse. Patris tui,[n] fortissimi viri atque optimi consulis, scis, me consiliis non interfuisse: scis, me, cum mihi summus tecum usus esset, tamen illorum expertem[17] temporum et sermonum fuisse; credo, quod nondum penitus in republica versabar,[18] [o] quod nondum ad propositum mihi finem honoris[p] perveneram, quod mea[19] me ambitio[i] et forensis labor[q] ab omni illa cogitatione abstrahebat.[20] 12. Quis ergo intererat vestris consiliis? omnes hi,[1] quos vides huic adesse, et in primis Q. Hortensius;[r] qui cum propter honorem ac dignitatem,[s] atque animum eximium in rempublicam,[2] tum propter summam familiaritatem, summumque amorem in patrem tuum, tum communibus,[3] tum præcipuis patris tui periculis commovebatur. Ergo istius conjurationis crimen defensum ab eo est, qui interfuit, qui cognovit, qui particeps et consilii vestri fuit, et timoris; cujus in hoc crimine

[i] *Petitio consulatus.*

Busb. aliisque et edd. pr., recte reddiderunt textis Gruterus, Grævius (nisi quod hic perperam et contra codd. reliquit prænomen *L. Volcatio*), et deinceps omnes.' *Beck.* Verba *patre tuo* in χ desunt.—17 C *tum illorum me exp.* —18 H *versabatur.*—19 A Pal. 9. abest *mea*, probantibus Grutero et Garatono. In C H S T ς χ, Barb. Dresd. Franc. 1. 2. Mss. ap. Grut. atque Ven. 1480. 1483. deest *me*.—20 *Extrahebat* C: *abstrahebatur* Dresd. Tum *Quis igitur* T, Ven. 1480. Junt. *Qui ergo intererant* H, Dresd. Barb. Porro χ *nostris cons.*—1 In C deest *hi.* Dein *videtis* H.—2 C T *in rep.* Pro *summam* Pith. habet *suam*, et ς *sententiam.* Pro *familiaritatem* in χ *auctoritatem;* et pro *amorem* in C ς χ, Dresd. *honorem.*—3 C *cum comm.* et mox *commonebatur.*

NOTÆ

[n] *Patris tui*] Torquatus, pater hujus Torquati, qui Sullam accusat, inquisivit de prima conjuratione, quia consul erat.

[o] *In repub. versabar*] Quamvis Lepido et Tullo coss. prætor esset Cicero, nondum tamen intererat maximis reipub. negotiis.

[p] *Propositum finem honoris*] Consulatum indicat, quem ætatis suæ anno quadragesimo quarto obtinuit: qui omnium maximus et ultimis honos fuit, ad quem per quæsturam, ædilitatem, et præturam perveniebant.

[q] *Forensis labor*] Intelligit defensionum labores, quos pro amicis, et bene de repub. meritis civibus insumsit.

[r] *Q. Hortensius*] Hortensius orator illis temporibus celeberrimus fuit, quem ubique Cicero, et præsertim in dialogo de Claris Oratoribus, summis extollit laudibus.

[s] *Honorem ac dignitatem*] Consul fuit Hortensius.

propulsando cum esset copiosissima atque ornatissima oratio, tamen non minus inerat[4] auctoritatis in ea, quam facultatis. Illius igitur conjurationis, quæ facta contra vos, delata ad vos,[5] a vobis prolata esse dicitur, ego testis esse non potui. Non modo enim[6] nihil comperi,[t] sed vix ad aures meas istius suspicionis fama pervenit. 13. Qui vobiscum[7] in consilio fuerunt, qui vobiscum illa cognorunt, quibus ipsis periculum tum[8] conflari[u] putabatur, qui Autronio non affuerunt, qui in illum testimonia gravia dixerunt, hunc defendunt, huic adsunt, in hujus periculo[9] declarant, se non crimine conjurationis, ne adessent ceteris, sed hominum maleficio, deterritos esse.[10] Mei consulatus autem tempus, et crimen maximæ[11] conjurationis a me defendetur. Atque inter nos partitio[12] [x] non est fortuito,[k] judices, nec temere facta: sed, cum videremus, eorum criminum nos patronos adhiberi, quorum testes esse possemus, uterque nostrum id sibi suscipiendum putavit, de quo aliquid scire ipse[13] atque existimare potuisset. v. 14. Et, quoniam de criminibus superioris conjurationis Hortensium diligenter audistis, de hac conjuratione, quæ, me consule, facta est, hoc primum attendite.

Multa, cum essem consul, de summis reipublicæ periculis[14] audivi, multa quæsivi, multa cognovi. Nullus un-

[k] *Casu.*

—4 C *erat.*—5 χ *delata a vobis.*—6 Pro *enim* in Ms. Ambrosian. ap. Ang. Maium *animo ;* et mox in eodem legitur, *sed ad aures . . . non pervenit.* Ante *nihil* χ addit *non.*—7 *Qui nobis* T : *Qui vobis* C H S ϛ χ, Barb. Ven. 1480. 1483. Steph. Lamb. Beck. et Orell. *Qui vobiscum* ceteri. Mox, T *nobiscum.* —8 In C deest *tum.*—9 Pith. *in hoc peric.*—10 C *sed homines mal. teterrimos esse.*—11 Junt. Hervag. *maxime.* Orell. conjecit *proximæ.* In ϛ deest.—12 χ *peritio.*—13 Lamb. et Grut. *ipse* omittunt.

NOTÆ

[t] *Nihil comperi*] Licet illis temporibus prætor esset Cicero, nihil tamen comperit de Sulla.

[u] *Periculum conflari*] Torquatum et Cottam consules, Catilina et Autronius, cum Pisone aliisque, interficere statuerant, cum inirent magistratum.

[x] *Inter nos partitio*] Reddit rationem quare hanc defensionem Sullæ cum Hortensio partitus sit; quia videlicet prima Catilinæ conjuratio consule Hortensio, secunda Cicerone facta est.

quam de Sulla nuntius[y] ad me, nullum indicium, nullæ literæ[15] pervenerunt, nulla suspicio. Multum hæc vox fortasse deberet valere ejus hominis, qui consul insidias reipublicæ consilio investigasset, veritate aperuisset, magnitudine animi vindicasset,[16] cum ipse nihil[17] audisse de P. Sulla, nihil suspicatum esse, diceret. Sed ego nondum utor hac voce ad hunc defendendum:[18] ad purgandum me potius utor; ut mirari Torquatus desinat, me, qui Autronio abfuerim,[19] Sullam defendere. 15. Quæ enim Autronii fuit causa? quæ Sullæ est? ille ambitus judicium tollere[l] ac disturbare primum conflato voluit gladiatorum ac fugitivorum tumultu;[z] deinde, id quod vidimus omnes, lapidatione[a] atque concursu. Sulla, si sibi[20] suus pudor ac dignitas non prodesset,[b] nullum auxilium requisivit. Ille damnatus[c] ita se gerebat, non solum consiliis et sermonibus, verum etiam aspectu atque vultu, ut inimicus esse amplissimis ordinibus, infestus bonis omnibus, hostis patriæ videretur: hic se ita fractum illa calamitate atque afflictum putavit, ut nihil sibi[1] ex pristina dignitate superesse arbitraretur, nisi quod modestia retinuisset. 16. Hac vero in conjuratione, quid tam conjunctum, quam ille[2] [d]

[l] *Rescindere.*

Cap. v. 14 Lamb. *de summæ reipubl. peric.*—15 Verba *nullæ literæ* in χ desunt. Mox, Ms. Henr. Stephani *nulla denique susp.*—16 C *veritatem ap.*, *magnitudinem an. vind.* Pro *vindicasset* ς *judicasset*; Pith. *indicasset*. Post *audisse* Lamb. addit *se.*—17 Pro *nihil* H habet *vel*; et pro *esse* Ven. 1483. Junt. *fuisse.*—18 C *ad ipsum def.*—19 H *affuerim.*—20 Ms. Henr. Steph. *quam sibi.* Mox, pro *auxilium* in C *consilium.*—1 ς *sibi* omittit.—2 In eodem Ms. deest

NOTÆ

[y] *Nullus unquam nuntius*] Sæpissime, et hic præsertim, 'nuntius' pro re nuntiata ponitur.

[z] *Tumultu*] Autronius, collecta fugitivorum et gladiatorum multitudine ad vim faciendam, disturbare voluit judicium cum ambitus accusaretur.

[a] *Lapidatione*] Lapidatione, id est, jactis lapidibus. Aliquando etiam lapidatio sumitur pro hominibus lapidatione interfectis.

[b] *Non prodesset*] Sulla nihil molitus est, cum vidit nihil modestiam et dignitatem sibi prodesse. Confert Autronium cum Sulla, a dissimili agendi ratione.

[c] *Ille damnatus*] Autronius, post damnationem, inimicus fuit senatui et equestri ordini.

[d] *Quam ille*] Autronius scelerato-

cum Catilina, cum Lentulo? Quæ tanta societas ullis[3] inter se rerum optimarum, quanta ei cum illis sceleris, libidinis, audaciæ? [*p.* 170.] quod flagitium Lentulus non cum Autronio concepit? quod sine eodem[4] illo Catilina facinus admisit? cum interim Sulla cum eisdem illis[5] non modo noctem solitudinemque[e] non quæreret, sed ne mediocri quidem sermone et congressu conjungeretur. 17. Illum Allobroges,[f] maximarum rerum verissimi indices,[6] illum multorum literæ[g] ac nuntii coarguerunt: Sullam interea nemo insimulavit, nemo nominavit. Postremo, ejecto,[7] sive emisso jam ex urbe Catilina, ille arma misit, cornua,[h] tubas, falces,[8][i] signa, legiones; ille relictus intus,[k] expectatus foris, Lentuli pœna compressus, convertit se aliquando ad timorem, nunquam ad sanitatem:[9] hic contra ita quievit,[10] ut eo tempore omni Neapoli fuerit,[l] ubi neque homines fuisse putantur hujus affines suspicionis; et locus est[11] ipse non tam ad inflammandos calamitosorum animos,[12] quam ad consolandos accommodatus. VI. Propter

ille.—3 χ *illis.*—4 In H non legitur *eodem.*—5 Pro *illis* in C *vel;* et pro *modo* in Car. Steph. *solum.* Tum ς *solicitudinemque.*—6 ς χ *judices.*—7 ς *erecto.*—8 Pro *tubas* Franc. 1. *tabulas:* pro *falces* ς et Pal. 9. *fasces;* al. *faces,* teste Grævio. Dein pro verbis *signa, legiones,* quæ Orell. ut corrupta notavit, Schutz. e conjectura Augustini recepit *signa legionis.* Wolff. censet *legiones* delend.—9 H *ad salutem.*—10 Idem *quietus.*—11 χ *esse.*—12 ς *animorum,* et mox H S ς χ *consolationem.*

NOTÆ

rum socius fuit, et Catilinæ, et Lentuli, qui principes erant conjurationis ultimæ.

[e] *Noctem solitudinemque*] Per noctem consilia de conjuratione ab iis agitabantur.

[f] *Allobroges*] De Allobrogibus dictum in orat. contra Catil. a quibus conjurationis indicibus nominatus est Autronius.

[g] *Literæ*] Q. Catuli epistolam intelligit, quæ lecta est in senatu, tanquam a Catilina missa: de qua in Orat. III. in Catil.

[h] *Cornua*] Cornua genera sunt tubarum obtorta ex ære, sed primum ex cornibus, a quibus sumta est denominatio. Vide Varr. Ling. Lat. l. IV.

[i] *Falces*] Vegetius lib. IV. dicit falcem esse trabem, quæ adunco ferro præfigitur, ut de muro lapides extrahantur.

[k] *Relictus intus*] Autronius Romæ relictus est, ubi non mediocri metu perculsus fuit propter supplicium quo Lentulus affectus est in carcere.

[l] *Neapoli fuerit*] Ubi pacati et tranquilli cives vivunt. Neapolim Sulla profectus est.

hanc igitur tantam dissimilitudinem hominum atque causarum, dissimilem me in utroque præbui. 18. Veniebat enim ad me, et sæpe veniebat, Autronius, multis cum lacrymis,[13] supplex, ut se defenderem; et se meum condiscipulum in pueritia, familiarem in adolescentia, collegam in quæstura commemorabat fuisse: multa mea[14] in se, nonnulla etiam sua in me proferebat officia. Quibus ego rebus, judices, ita flectebar animo atque frangebar, ut etiam ex memoria, quas mihi ipsi fecerat[15] insidias, deponerem; ut jam immissum esse ab eo C. Cornelium, qui me in sedibus meis,[m][16] in conspectu uxoris meæ ac liberorum meorum trucidaret,[17] obliviscerer. Quæ si de uno me cogitasset; qua mollitia[m] sum animi ac lenitate, nunquam, mehercule, illius lacrymis ac precibus restitissem. 19. Sed, cum mihi patriæ,[n] cum vestrorum periculorum, cum hujus urbis, cum illorum delubrorum[o] atque templorum, cum puerorum infantium,[p] cum matronarum ac virginum veniebat in mentem; et cum illæ infestæ ac funestæ faces,[18] universumque totius urbis incendium, cum tela, cum cædes, cum civium cruor, cum[19] cinis patriæ versari ante oculos, atque animum[20] memoria refricare cœperat; tum denique ei resistebam, neque solum illi hosti[1] ac parricidæ, sed his etiam propinquis illius, Marcellis,[q] patri et filio, quorum alter

[m] *In domo mea.*

CAP. VI. 13 Pro *lacrymis* in C *literis.*—14 χ *me.* Tum pro *etiam* H habet *et.* Porro in eodem Ms. *proferebantur.*—15 *Quas ipse mihi fec.* Ven. 1480. Junt. Hervag. Manut. *quas mihi ipse fec.* χ et Barb.—16 Lamb. *in ædibus meis.*—17 Dresd. *tractaret.*—18 ϛ *fasces.*—19 In χ deest *cum* ante *cinis.*—20 Lamb. *animo.*—1 *Hosti* non est in χ. Mox H *propinquis illi.*—

NOTÆ

[m] *Mollitia*] Licet vulgo in malam partem accipiatur hæc vox 'mollitia,' hic sumitur pro miseratione et lenitate.

[n] *Sed cum mihi patriæ*] Locus egregie amplificatus ab enumeratione malorum, quæ ex conjuratione profectura erant.

[o] *Delubrorum*] De his vide orat. pro Flacc. § 1. not.

[p] *Puerorum infantium*] Pueritia ad annum usque decimum septimum durat; quo tempore infantes jam pueri dicuntur.

[q] *Marcellis*] Creditur is Marcellus intelligi, pro quo Cicero dixit apud Cæsarem.

apud me parentis gravitatem, alter filii suavitatem obtinebat: neque me arbitrabar sine summo scelere posse, quod maleficium in aliis vindicassem, idem in illorum socio, cum scirem, defendere. 20. Atque idem ego neque P. Sullam supplicem ferre, neque eosdem Marcellos, pro hujus periculis lacrymantes, aspicere,[2] neque hujus M. Messallæ,[r] hominis necessarii, preces sustinere potui. Neque enim est causa adversata[3] naturæ, nec homo, nec res misericordiæ meæ[4] repugnavit. Nusquam nomen, nusquam vestigium[5] fuerat; nullum crimen, nullum indicium, nulla suspicio. Suscepi causam, Torquate; suscepi,[6] et feci libenter, ut me, quem boni constantem[7] semper, ut spero, existimassent, eundem ne improbi quidem crudelem dicerent.

VII. 21. Hic ait se ille, judices, regnum meum[8] [s] ferre non posse. Quod tandem, Torquate, regnum? consulatus, credo, mei;[t] in quo ego imperavi nihil, sed contra patribus[9] conscriptis et bonis omnibus parui: quo in magistratu non institutum est a me, judices, regnum, sed non permissum.[10] [u] An tum, in tanto imperio,[n] tanta potes-

[n] *In consulatu.*

2 Verba *pro hujus p. l. asp.* non agnoscunt septem Oxonn. et alii Mss. atque edd. omnes ante Grut. qui ea addidit ex Erf. et Pal. 9.—3 ς *adversatæ.*—4 Ante *meæ* H addit *nunc.* A Pith. abest *meæ.*—5 Pro *vestigium* in C et ς *fastigium;* et pro *indicium* C et Schutz. *judicium.* Verba *nulla suspicio* non habent septem Oxonn. et alii Mss. atque edd. ante Grut. qui ea inseruit auctoritate Erf. et Pal. 9.—6 χ et Pith. omittunt voces *causam, Torq., suscepi.*—7 χ *constanter.*

CAP. VII. 8 ς *regnum magnum.*—9 Pith. *imperavi, et contra patribus, &c.* Dresd. *imperavi pluribus consiliis et bonis omn.* Pro *sed* etiam C ς *et;* pro *contra* ς *consulibus.*—10 *Sed permissum* Pith. Franc. et plures Pall. *sed pro-*

NOTÆ

[r] *M. Messallæ*] M. Messalla Niger, orator, cum M. Marcello fuit Scauri patronus, ut scribit Asconius.

[s] *Regnum meum*] Objecerat Torquatus Ciceroni, se regem dicere: quam a se injuriam rejicit Cicero, licet revera se e regio Volscorum sanguine traxisse originem dicere potuisset, ut Plutarch. in Cic. scribit.

[t] *Consulatus, credo, mei*] Si rex dicitur Cicero, dicendus est propter consulatum suum; quem ita gessit, ut nihil, nisi probante senatu populoque Rom. gesserit: nam si Lentulus, si quatuor alii fracta gula suffocati sunt, id senatus imperio factum est.

[u] *Sed non permissum*] Cicero re-

tate, non dicis fuisse regem; nunc privatum regnare dicis? quo tandem nomine? Quod,[11] in quos testimonia dixisti,[x] inquit, damnati sunt; quem defendis, sperat se absolutum iri. [*p.* 171.] Hic tibi ego de testimoniis meis hoc[12] respondeo: si falsum dixerim; te in eos[13] dixisse: sin verum; non esse hoc regnare, cum verum juratus[14] dicas, probare.[y] De hujus spe tantum[15] dico, nullas a me opes P. Sullam, nullam potentiam, nihil denique, præter fidem defensionis,[z] expectare.[16] 22. Nisi tu, inquit,[a] causam recepisses, nunquam mihi restitisset,[17] sed, indicta causa, profugisset.[18] Si jam hoc tibi concedam, Q. Hortensium, tanta gravitate hominem, si, hos tales viros non suo stare judicio, sed meo; si hoc tibi dem,[19] quod credi non potest, nisi ego huic adessem, hos affuturos non fuisse: uter tandem rex est, isne, cui innocentes[b] homines non resistunt,[20] an is,



missum H S ς χ: *sed repulsum* unus Paris. *sed repressum* e Pal. 9. receperunt Græv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *sed non permissum* ceteri. Dein, pro *An tum* Ms. Ambrosian. Franc. 2. et Ven. 1483. habent *An tu;* Vict. Manut. Lamb. *Quem tum.* Paulo post, Ms. Ambrosian. *tantaque potestate.*—11 χ *Quot.*—12 Pro *hoc* in H *tantum;* in T *hoc ego.* Tum Dresd. *respondebo.*—13 Orell. e Ms. Ambrosian. edidit *in eosdem:* Lamb. *in hos.* Pro *sin verum* in Ms. Ambrosian. et Junt. *si verum.*—14 Pro *juratus* in edd. ante Lamb. *juratos:* hinc Lamb. dedit *cum verum dicas, juratis probare:* sed Grut. e Pal. 9. restituit *juratus.* In C et Dresd. *vero juratos:* H S χ *verum juratos:* T *verum in iratos:* Franc. 1. *vera juratos.* Verbum *probare* Grævio suspectum est.—15 Pro *spe tantum* in Pith. *spectantum.*—16 C *expectarem.*—17 ς *restituisset.*—18 Dresd. *profuisset.*—19 Pro *dem* H T ς χ habent *idem.* Paulo

NOTÆ

pressit Catilinam, qui volebat reipub. dominari.

[x] *In quos testimonia dixisti*] Intelligit conjuratos, qui deprehensi sunt; in quos probabile est Ciceronem dixisse testimonium.

[y] *Cum verum juratus dicas, probare* [*Cum verum dicas, juratis probare*] Ait illum, ideoque se non regnare; sed veritatem probare judicibus, qui jurati dicuntur, quia jurabant sententiam dicturi. Hi porro verum esse testimonium probaverunt, cum eos damnaverunt in quos dictum est testimonium.

[z] *Fidem defensionis*] Defensionem patroni clienti præbere debent.

[a] *Nisi tu, inquit*] Alia Torquati objectio, cui resistit contradictione: nam Hortensius eum defendisset, et ceteri qui adsunt, si ipse Cicero non defendisset.

[b] *Isne, cui innocentes*] Inversione utitur Cicero, aitque potius Torquatum regem et tyrannum appellandum esse, quia postulat ut sibi homines innocentes non resistant; se vero non esse regem, quia innocentes defendit.

qui calamitosos non deserit? At hic[1] etiam (id quod tibi necesse minime fuit) facetus esse voluisti, cum Tarquinium,[c] et Numam,[d] et me tertium peregrinum regem, esse dixisti. Mitto jam de rege quærere: illud[2] quæro, peregrinum[o] cur me esse[e] dixeris: nam, si ita sum, non tam est admirandum, regem esse me (quia, ut tu vis, etiam peregrini reges Romæ fuerunt), quam consulem Romæ fuisse peregrinum.[f] 23. Hoc dico, inquit,[3] te esse ex municipio.[g] Fateor, et addo etiam, ex eo municipio, unde iterum jam salus huic urbi[h] imperioque[4] missa est. Sed scire ex te pervelim, quamobrem, qui ex municipiis veniant, peregrini tibi esse videantur: nemo enim istuc[5] M. illi Catoni seni,[i] cum

[o] *Externum.*

post, pro *nisi* C habet *quid nisi;* T *nisi ut.*—20 C *resistant.*—1 Franc. 1. 2. Dresd. et ed. pr. *An hic.*—2 H *illum.* Pro *cur* in C *cum.*—3 ς *inquis.* In

NOTÆ

[c] *Tarquinium*] Tarquinius Etruscus fuit, filius Damarati, Corinthii mercatoris ditissimi, qui patria sua pulsus per seditionem, transiit in Italiam, Tarquiniosque, urbem Etruriæ, commorandi causa delegit. Hic Aruntem et Lucumonem filios habuit; qui Lucumo, post mortem patris, Romam venit, ibique factus senator ab Anco Martio. Lucius Tarquinius appellatus est, dignus tandem habitus qui Anco mortuo in regnum succederet.

[d] *Numam*] Livius lib. I. refert Numam e Curibus Sabinorum, eo quod æquitate et prudentia singulari vir haberetur, jussu populi, et auctoritate patrum evocatum, regem Romanorum creatum esse.

[e] *Peregrinum cur me esse*] Dixit Ciceronem peregrinum esse, quia non Romanus, sed Arpinas fuit.

[f] *Consulem Romæ fuisse peregrinum*] Nullus consul fuerat, nisi qui Romanus civis esset.

[g] *Ex municipio*] Municipia eæ sunt civitates, quæ civium Rom. jure gaudent.

[h] *Unde iterum jam salus huic urbi*] Ex municipio Arpinate Marius oriundus, Italiam, Teutonum Cimbrorumque excursionibus oppressam, vi et fortitudine sua liberavit: ex eodem municipio Cicero periclitantem rempub. Catilinæ factionibus sustentavit.

[i] *Catoni seni*] Probat non esse peregrinos, qui ex municipiis veniunt, exemplo Catonis; de quo lib. II. de Leg. sic Cicero loquitur: 'Cato ille cum esset Tusculi natus, in pop. Rom. civitatem susceptus est: itaque cum ortu Tusculanus esset, civitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram juris.' Sic M. Porcius Priscus, Cato Major, et Censorius, ad discrimen Uticensis, appellatus est.

plurimos haberet inimicos,[k] nemo T. Coruncanio,[6] [l] nemo Curio,[m] nemo huic ipsi nostro C. Mario,[7] [n] cum ei multi inviderent,[o] objecit unquam. Equidem vehementer lætor, eum esse me, in quem tu, cum cuperes, nullam contumeliam jacere potueris, quæ non ad maximam partem civium conveniret.[8] VIII. Sed tamen te a me, pro magnis causis nostræ necessitudinis, monendum esse [9] etiam atque etiam puto. Non possunt omnes esse patricii:[p] si verum [10] quæris, ne curant quidem; nec se æquales tui, propter istam causam, abs te anteiri putant. 24. Ac, si [11] tibi nos pere-

Pith. deest.—4 χ *municipioque.*—5 ς *istum.* Tum C *illo.*—6 *Ti. Coruncanio* Pith. Barb. Ms. Ambrosian. cum Græv. Beck. et Orell. Dein *Curioni* Mss. nonnulli et edd. pleræque ante Lamb. Ante *Curio* auctoritate Ms. Ambrosian. qui habet *Mario,* Orell. addidit prænomen *M'.*—7 Pro *Mario* in χ *Curioni ;* et pro *ei* in C *enim.* In Pith. deest *inviderent.*—8 H *pertineret.*

CAP. VIII. 9 In C caret *esse.*—10 In Ms. Henr. Steph. *et si verum.*—11 Edd. pleræque ante Lamb. *At si.* Post *peregrini* χ addit *esse.* In H caret

NOTÆ

[k] *Cum plurimos haberet inimicos*] Si Plinio credamus lib. VII. 'quater et quadragies causam dixit, nec sæpius quispiam postulatus est' quam ille Cato.

[l] *Coruncanio*] Coruncanius Tusculanus fuit, et primus e plebe pontifex maximus creatus. Is est interfectus in legatione ad Teutam Illyriorum reginam: ob quod facinus bellum Illyricum exortum est. Consul fuit cum P. Valerio Lævino, A. U. C. 473.

[m] *Curio* [*Curioni*] Curio hic Dentatus nominatus est, quia cum dentibus in parva quadam villa Curiana in Sabinis natus est. Frugalitate sua et continentia laudatissimus fuit imperator. Ter consul fuit, et de Samnitibus, Sabinis, et Lucanis triumphavit.

[n] *C. Mario*] Marius ex Agro Arpinate humili familia natus, ita feliciter fortuna usus est, ut ad septimum consulatum pervenerit: quo tempore, ætatis anno 73. mortuus est. Vide Plutarch. in ejus vita.

[o] *Multi inviderent*] Præcipue L. Crassus, M. Scaurus, et Metelli omnes invidia in Marium flagrabant propter res gestas.

[p] *Patricii*] Centum senatores, qui a Romulo constituti sunt, patres ab honore, eorumque posteri patricii appellati sunt. Nota autem patricios non eosdem fuisse qui nobiles dicti sunt; nam populus Rom. ita fuit distributus, ut alii patricii, alii plebeii dicerentur. Patricii ab illis centum itaque dimanarunt, quales fuere Clodius, Piso, Catilina, &c. plebeii vero, qui ex populo reliquo traxerunt originem, ut Antonius, Cassius, T. Pomponius, &c. Horum plebeiorum alii nobiles, alii novi homines dicuntur: nobiles, quorum parentes curuli aliquo magistratu erant functi; novi, qui primi ex sua stirpe magistratum curulem erant adepti.

grini videmur, quorum jam et nomen et honos inveteravit [q] et huic urbi et hominum famæ ac sermonibus; quam tibi illos competitores [12] tuos peregrinos videri necesse erit, qui jam ex tota Italia delecti,[13] tecum de honore et de omni dignitate contendunt! quorum cave tu quenquam peregrinum appelles, ne peregrinorum suffragiis obruare.[14] [r] Qui, si attulerint nervos et industriam, mihi crede, excutient [15] tibi istam verborum jactationem, et te ex somno [s] sæpe excitabunt; nec patientur, se abs te, nisi virtute vincentur,[16] honore superari. 25. Ac si, judices, ceteris patriciis me et vos peregrinos videri oporteret,[17] a Torquato tamen hoc vitium sileretur.[t] Est enim ipse a [18] materno genere municipalis, honestissimi ac nobilissimi generis, sed tamen Asculani.[19] [u] Aut igitur doceat, Picentes [x] solos non esse peregrinos, aut gaudeat suo generi [20] me meum ante non ponere. Quare neque me [1] peregrinum posthac dixeris, ne gravius refutere; [2] neque regem, ne derideare: nisi forte regium [3] tibi videtur, ita vivere, ut non

copula ante *nomen*.—12 ς *competentiores*.—13 Ms. Lamb. *dilecti*. Mox T omittit præpositionem ante *omni*. Pro *contendunt* in H et ψ *certabunt*.—14 Pith. *obviare*. Dein ς *attulerunt*.—15 Pro *excutient* in ς *executi etiam*.—16 Ern. conjecit *vincantur*. Mox in ς et edd. nonnullis ante Lamb. *At si*.—17 ψ *oporteat*. Dein S *silerent*. Scheller. Obs. p. 99. conjicit *a Torq. hoc merito sileretur*.—18 In Ms. Ambrosian. deest *a*: unde Orell. uncis inclusit.—19 *Æsculani* ψ: *Esculani* Dresd. Mox, C *Picentos*. χ caret *solos*.—20 In ψ *genere*. Pro *meum* H et ψ *mentiri*. Tum *anteponere*, omisso *non*, Mss. pauci et edd. nonnullæ ante Gruter.—1 Dresd. *nec me*.—2 ς *nec grav.* et Dresd.

NOTÆ

[q] *Inveteravit*] Inveteravit, id est, in hac urbe tanquam altas ita radices egit, ut non evelli facile possit.

[r] *Suffragiis obruare*] Obrui suffragiis, est pauca habere pro se in delectu magistratuum; et ideo contra se plurima.

[s] *Te ex somno*] Admonet Torquatum, ne sit otiosus, et fidat nimium patriciæ suæ familiæ; quia novi homines cogent eum vigilare in petitione magistratus, quia illi metum inferent, ne ab illis vincatur.

[t] *Vitium sileretur*] Vitium sileretur, id est, sileri deberet.

[u] *Asculani*] Asculum in Agro Piceno. Colonia nobilissima fuit populo Rom. invisa, quia in ea Q. Servilius proconsul, cum omnibus civibus Romanis qui illic erant, occisus est, cum bellum Italicum flagrare cœpit. Vide Livium lib. LXXII.

[x] *Picentes*] Picentes populi sunt in quinta regione Italiæ, ad Mare Adriaticum siti.

modo homini nemini, sed ne cupiditati quidem ulli servias; contemnere omnes libidines; non auri,[4] non argenti, non ceterarum rerum indigere; in senatu sentire[p] libere; populi utilitati magis consulere, quam voluntati; nemini cedere, multis obsistere. Si hoc putas esse regium, me regem esse confiteor;[5] sin te potentia mea, si dominatio, si denique aliquod dictum arrogans aut superbum movet; quin[6] tu id potius profers, quam verbi invidiam, contumeliamque maledicti? IX. 26. Ego, tantis a me[7] beneficiis in republica positis, si nullum aliud mihi præmium a senatu populoque Romano, nisi honestum otium, postularem, quis non concederet? Sibi haberent[8] honores, sibi imperia, sibi provincias, sibi triumphos, sibi alia præclaræ[9] laudis insignia: [*p.* 172.] mihi liceret ejus urbis, quam conservassem, conspectu, tranquillo animo et quieto frui. Quid, si hoc non postulo; si ille labor meus pristinus, si solicitudo, si officia,[10] si operæ, si vigiliæ deserviunt amicis, præsto sunt omnibus; si neque amici in foro requirunt studium meum, neque respublica in curia; si me non modo[11] rerum gestarum vacatio, sed neque honoris, neque ætatis excusatio vindicat[12] a labore; si voluntas mea, si industria, si domus, si animus, si aures patent omnibus; si mihi ne[13] ad ea quidem, quæ pro salute omnium gessi, recordanda et cogitanda[y] quicquam relinquitur temporis; tamen hoc regnum[14] appellabitur? cujus vicarius[z] qui velit esse, inveniri[15]

[p] *Dicere sententiam.*

refutem.—3 C *regnum*: ψ *regum.*—4 C *non uti auri:* et mox *cet. rerum indigne sentire lib.*—5 Nonnullæ edd. vett. *confiteor esse.*—6 Pro *quin* in ς *quibus.* Mox H *contumeliam* sine copula.

CAP. IX. 7 ς *ante me.*—8 *Sibi habent* χ: *Sibi alii haberent* Lamb. e Ms. Henr. Steph. Verba *sibi provincias* in χ desunt.—9 C et ς *præclara.*—10 In ed. Manut. verba *si officia* omittuntur.—11 *Non modo non* ς, Pith. Ven. 1480. 1483. Junt. Crat. Hervag. Naug.—12 H S T, Beck. Schutz. *vendicat.*—13 C

NOTÆ

[y] *Recordanda et cogitanda*] Iis temporibus cogitabat Cicero commentarium scribere de rebus a se gestis in consulatu; quas Græce scripserat, ut perspici potest ex Epistt. ad Att. I. 1. 2. et 16.

[z] *Cujus vicarius*] Vicarius is intelligitur, qui ex mandato principis pro præfecto prætorio diœcesim aliquam regebat. Ulpian. l. I. § 52.

nemo potest. Longe a me[16] abest regni suspicio. 27. Si quæris, qui sint Romæ regnum occupare conati, ut ne replices[q] annalium[a] memoriam, ex domesticis imaginibus[b] invenies. Res enim gestæ, credo, meæ, me nimis[17] extulerunt, ac mihi nescio quos spiritus[r] attulerunt. Quibus de rebus tam claris, tam immortalibus, judices, hoc possum dicere, me, qui[18] e summis eripuerim periculis urbem hanc et vitam omnium civium, satis adeptum fore, si ex hoc tanto in omnes mortales beneficio nullum in me periculum redundarit.[19] 28. Etenim, in qua civitate res tantas gesserim, memini, et[20] in qua urbe verser, intelligo. Plenum forum est eorum hominum, quos ego a vestris cervicibus depuli, judices,[1] a meis non removi: nisi vero paucos fuisse arbitramini, qui conari,[2] aut sperare possent, se tantum imperium posse delere. Horum ego faces eripere de manibus, et gladios extorquere potui,[3] sicut feci: voluntates vero consceleratas ac nefarias nec sanare potui, nec tollere. Quare non sum nescius, quanto periculo vivam

[q] *Revolvas.* [r] *Quam superbiam.*

caret *ne.*—14 Edd. nonnullæ *tamen ne hoc regn.*—15 χ *intueri.*—16 Voces *a me* absunt a Mss. plerisque et edd. ante Græv. qui ex Erf. et Pal. 9. edidit *Longe abest a me regni susp.* (ut volebat Gruter.) eumque secuti sunt Beck. Schutz. et Orell. *Invenire nemo potest, longe abest ab eo regni susp.* edidit Lamb. qui etiam conjecit *longe abest is a regni suspicione.* Pro *regni* in T *regem.* Garaton. cum Henr. Steph. e Ms. ejus legi maluit *suspicio, et si quæris.* Tum, pro *sint* ς habet *sunt.*—17 In ς deest *nimis.* Pro *ac* in C *at,* et pro *quos* in ψ *quo.*—18 C *quia.*—19 *Redundabit* Mss. plerique et edd. ante Grut. qui cum edd. seqq. ex Erf. et Pal. 9. recepit *redundarit.*—20 C caret copula. Pro *urbe* T *urbem.* In Mss. plerisque et edd. ante Grut. deest *verser:* Gruter. id inseruit auctoritate Pal. 9. et Erf. eumque edd. seqq. secuti sunt.—1 Lamb. *judices, depuli:* alii *repuli jud.*—2 χ *coronari.* Pro *aut* in C *ac.* Mox ς *debere.*—3 In ς deest *potui.*

NOTÆ

[a] *Annalium*] Primis temporibus annales tantum scribebantur: postea historiæ successerunt. Vide Cic. de Leg. l. I.

[b] *Ex domesticis imaginibus*] Ex imaginibus nobilitas conjiciebatur, quæ in vestibulis ædium asservabantur. Videtur tamen hic designare M. Manlium Capitolinum, (cujus affinis erat Torquati familia) qui ob affectatum regnum de rupe Tarpeia dejectus est. Subtiliter autem pungit Torquatum, in cujus familia eum esse ait, quem criminatur in Cicerone.

in tanta multitudine improborum, cum mihi uni cum omnibus improbis æternum videam bellum esse susceptum. X. 29. Quodsi illis meis præsidiis forte invides; et, si ea tibi regia videntur, quod[4] omnes boni omnium generum atque ordinum suam salutem cum mea conjungunt; consolare te, quod omnium mentes improborum mihi uni maxime sunt infensæ et adversæ: qui me[5] non solum idcirco oderunt, quod eorum conatus impios et furorem consceleratum[6] repressi; sed eo etiam magis, quod nihil jam se simile, me vivo, conari posse arbitrantur.[7] 30. At vero quid ego miror,[8] si quid ab improbis de me improbe dicitur; cum L. Torquatus ipse, primum,[9] his fundamentis adolescentiæ jactis, ea spe proposita amplissimæ dignitatis, deinde[10] L. Torquati, fortissimi consulis, constantissimi senatoris, semper optimi civis, filius, interdum efferatur immoderatione[11] verborum? qui, cum suppressa voce de scelere[s] P. Lentuli, de audacia conjuratorum omnium dixisset, tantummodo ut vos, qui ea probatis, exaudire possetis;[*] de supplicio[c] P. Lentuli, de carcere, magna et queribunda voce dicebat. 31. In quo primum illud erat absurdum, quod, cum ea, quæ leniter[12] dixerat, vobis probare volebat, eos autem, qui circum judicium stabant, audire nolebat;[13] non intelligebat, ea, quæ clare diceret, ita illos audituros, quibus se venditabat,[14] ut vos quoque audiretis, qui id non probabatis:[15] deinde alterum jam oratoris vitium, non videre quid quæque causa postulet. Nihil est enim tam

[s] *Submissa voce de conjuratione.*

Cap. x. 4 A Pith. abest *quod.*—5 *Me* ante *non solum* omittit C, qui cum S T ϛ χ Junt. Steph. addit *modo* ante *solum.*—6 *Fur. sceleratum* Dresd. *fur. non sceleratum* Pith. Pro *repressi, sed* in C *impressissem.*—7 H T *arbitrarentur.*—8 Pantagath. legit *mirer.* Ante *si* C addit *sed.*—9 Ern. e conj. cum Schutz. *ipse primum.* Omnes aliæ edd. *primum ipse.*—10 C a manu recent. *deinde filii.*—11 ϛ χ *in moderatione.*—12 Mss. plerique cum Beck. Schutz. et Orell. *leviter.* In T *dixit vobis leviter:* in ϛ χ *leviter dixerat vobis.*—13 C *nolebant.*—14 *Vindicabat* C H ϛ χ: *vendicabat* T ψ.—15 ϛ χ ψ, Junt. Grut. Græv. *probatis*, prob. Wolffio. *Id* Ernesto, Beckio et Orell. suspectum est. Ern-

NOTÆ

[c] *De supplicio*] Lentulus in carcere suspensus fuit.

alienum ab eo, qui alterum conjurationis accuset, quam videri[16] conjuratorum pœnam mortemque lugere. [p. 173.] Quod cum[17] is tribunus plebis[d] facit, qui unus videtur ex illis ad lugendos conjuratos relictus, non mirum est;[18] difficile est enim tacere, cum doleas: te, si quid ejusmodi[19] facis, non modo talem adolescentem, sed in ea causa, in qua te vindicem conjurationis velis esse, vehementer admiror.[20] 32. Sed reprehendo tamen[1] illud maxime, quod isto ingenio et prudentia præditus, causam reipublicæ non tenes, qui arbitrere,[2] plebi Romanæ res eas non probari, quas, me consule, omnes boni pro salute communi gesserunt. XI. Et quem[3] tu horum, qui adsunt, quibus te contra ipsorum voluntatem venditabas,[4] aut tam sceleratum statuis fuisse, ut hæc omnia perire voluerit, aut tam miserum,[5] ut et se perire cuperet, et nihil haberet, quod salvum esse vellet? An vero clarissimum[6] virum[e] generis vestri ac nominis nemo reprehendit, qui filium suum vita privavit,

conjecit *ea* legend.—16 H *videre.*—17 *Cum* omitti maluit Sylvius, ut in Ms. Henr. Steph. defuit. Lamb. e suis Mss. edidit *quod tamen tribunus plebis facit is, qui:* atque aut *tamen* reponi, aut *cum* deleri voluit Ursinus: Pantagath. autem conjecit *Quod Curius trib. pl. facit, qui, &c.*—18 *Neque hoc mirum est* C, Pal. 1. 4. 5. 7. 8. Barb. Ven. 1480. Junt. *re ... mirum est* Pal. 2. 6. Ms. Vict. Busbeq. et Ms. Grut. *minime quidem mirum* Pal. 3. *minime mirum est* Pal. 9. prob. Grutero. *Nec mirum est* Ven. 1483. Junt. Beck. *nemini mirum est* e Ms. Ambrosian. recepit Orell. *non mirum est* ceteri. In T tantum legitur *mirum est.*—19 *Quidem hujusmodi* C: *quid hujusmodi* Dresd.—20 Hervag. Victor. Manut. Lamb. *miror.*—1 In H et ψ deest *tamen.*—2 C *arbitrare:* ψ *arbitrari.*

CAP. XI. 3 *Ecquem* sex Oxonn. Mss. Crat. Cam. Lamb. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell.—4 C H ς χ *vendicabas.*—5 C *miseram.* Pro *et se perire* ς

NOTÆ

[d] *Tribunus plebis*] Metellum Nepotem intelligit, qui hoc tempore tribunatum cum Bestia inierat, ut habemus ex Sallustio. Hic Nepos Ciceronem consulem magistratu abeuntem concionis habendæ potestate privare voluit: sed immo non obfuit Ciceroni, utut etiam gloriam auxerit: at post exilium Ciceronis, consul cum Lentulo, absens rediit cum eo in gratiam, senatus auctoritate permotus.

[e] *Clarissimum virum*] Loquitur hic de T. Manlio Torquato, qui tertium consul, Latino bello filium victorem necari jussit, quod contra patris edictum pugnavisset. Utitur autem hic Cicero majorum comparatione: si Torquatus filium minore de causa interfecit, licebit et consulibus hostes reipub. graviore de causa interficere.

ut in ceteris[7] firmaret imperium; tu rempublicam reprehendis,[8] quæ domesticos hostes, ne ab iis ipsa[9] necaretur, necavit? 33. Itaque attende[10] jam, Torquate, quam ego defugiam auctoritatem consulatus mei. Maxima voce, ut omnes exaudire possint,[11] dico, semperque dicam: adestote[12] omnes animis, qui adestis corporibus,[13] quorum ego frequentia magnopere lætor: erigite mentes auresque vestras, et me de invidiosis rebus, ut ille putat, dicentem attendite. Ego consul,[f] cum exercitus perditorum civium, clandestino scelere conflatus, crudelissimum et luctuosissimum exitium patriæ comparasset;[14] cum ad occasum interitumque reipublicæ Catilina[15] in castris, in his autem templis atque tectis dux Lentulus esset constitutus; meis consiliis, meis laboribus, mei capitis periculis, sine tumultu,[g] sine delectu, sine armis, sine exercitu, quinque hominibus[h] comprehensis[16] atque confossis, incensione urbem, internecione cives, vastitate Italiam, interitu rempublicam liberavi:[17] ego vitam omnium civium, statum orbis[18] terræ, urbem hanc denique, sedem omnium nostrum, arcem regum ac nationum exterarum, lumen gentium, domicilium imperii, quinque hominum amentium ac perditorum pœna redemi. 34. An me[19] existimasti hæc inju-

experire.—6 ς *clarissimi.* H ς χ *nemo* omittunt.—7 Orell. e Ms. Ambrosian. edidit *in ceteros.*—8 χ *defendis.*—9 Hervag. *ne his ipsa.*—10 C *attendite.* Mox ed. Junt. et Lamb. *quam ego non def.*—11 χ *possent.*—12 H et T *adesse.*—13 *Corporibus* non est in ς χ ψ.—14 χ *exitum Romæ comp.*—15 H *Catilinam.*—16 C T, Franc. 2. et ed. pr. *apprehensis.* Tum *confessis* C, Franc. 2. Dresd. Pall. nonnulli et ed. pr., probante Grutero. Paulo post, pro *internecione* C *interemtore;* T ς, Franc. 1. 2. Dresd. et ed. pr. cum Græv. *interemptione;* Ms. Lamb. *interitione;* alii *internitione*, vel *internicione.*—17 Pro *liberavi* χ *gubernavi.*—18 ς *statu urbis:* χ *statum orbi.*—19 H et ψ *At ne.* Pro *existimasti* in H *existimavi;* in T *existimatis.* Tum H *hæc injuriarum:* C *hoc me injuria-*

NOTÆ

[f] *Ego consul*] Prædicat collocatum suum beneficium in patriam, cum eam eripuit ex conjuratorum potestate.

[g] *Sine tumultu*] Bellum Gallicum et Italicum tumultus appellabatur, quod in eo multus timor esset. Cum autem bellum ejusmodi ingruebat, tumultum esse senatus decernebat.

[h] *Quinque hominibus*] Lentulus, Cethegus, Statilius, Gabinius, Ceparius, omnes in carcere strangulati sunt, quia cum Catilina conspiraverant.

ratum in judicio non esse dicturum, quæ juratus[i] in maxima concione dixissem? XII. Atque etiam illud addam, ne qui[20] forte incipiat improbus subito te amare, Torquate, et aliquid sperare de te; atque, ut[1] idem omnes exaudiant, clarissima voce dicam. Harum omnium rerum, quas ego in consulatu pro salute communi[2] suscepi et gessi, L. ille Torquatus, cum esset meus contubernalis[k] in consulatu,[3] atque etiam in prætura fuisset, auctor, adjutor, particeps extitit, cum princeps, cum auctor, cum signifer esset juventutis;[l] parens ejus, homo amantissimus patriæ, maxi-

rum: Franc. 2. et ed. pr. *hæc juratum:* Dresd. *hoc juraturum:* Pith. *juratum,* omisso *hæc.* Denique C *in judicium.*

CAP. XII. 20 T *ne quid:* Lamb. *ne quis.*—1 ς caret *ut.*—2 *Communi* in ς χ ψ deest. Lamb. *pro communi salute.* T non habet *suscepi,* nec χ *et gessi.*—3 C caret verbis *in consulatu.* S T ς omittunt verba *atque . . . auctor.* 'In vulgatis ante Lamb. edd. lectum est, *cum esset meus contub. in consulatu, cum signifer esset juventutis, atque in prætura fuisset, auctor, adj., particeps exst., cum auctor, cum princeps, cum sign. esset juv.; parens, &c.* Henr. igitur Steph. docuit priori loco verba *cum sign. ess. juv.* delenda esse. Lambinus ita dedit, *cum esset meus contub. in cons., atque in præt. fuisset: cum sign. esset juventutis: auctor exstitit;* sed verba quæ sequebantur, *cum auctor, cum princ., cum sign. ess. juv.* delevit. Pantagath. ap. Ursin. ita correxit, *L. iste Torq., cum esset meus contub. in cons, atque in præt. fuisset, cum princeps, cum signifer esset juv., auctor, adjutor, particeps exstitit; parens, &c.* Gruterus auctoritate Pal. 9. quæ vulgo priore loco posita erant verba *cum sign. esset juv.* delevit, meliusque interpunxit. Ferratius contra, Epp. p. 296. quod *princeps* majus quid significet quam *signifer,* aliisque levibus de causis, censuit posteriori loco delenda esse, locumque integrum ita scribendum, *cum esset meus contub. in cons., cum signifer esset juvent., atque in præt. fuisset, auctor, adjutor, particeps exstitit.* Verba *cum auctor* Lallem. dicit plerisque Mss. ignorari, seque cum Grævio delevisse; at nec Grævius delevit, et quinam codices ignorent, incertum est. Itaque malui tantum includere cancellis. Tum in verbis *atque etiam in præt.* τὸ *etiam* ex Pal. 9. adjectum est, cum in aliis edd. ante Grut. et Mss. plerisque, ut Barb., deesset. In Ms. Barb. et Ven. 1480. est etiam singularis hæc lectio, *cum princeps, cum auctor, cum signifer etiam esset inventus parens, &c.*' Beck. Orell. dedit *actor, adjutor, particeps.* Postea,

NOTÆ

[i] *Juratus*] Torquatus objecerat Ciceroni, eum in conjuratos dixisse testimonium.

[k] *Esset meus contubernalis*] Mos fuit illis temporibus, ut adolescentes quotidiano convictu et sermone clarorum virorum administrandæ reipub. scientiam edocerentur. Sic pro Cœlio Cic. 'Cum paulum jam roboris accessisset ætati, in Africam profectus est Q. Pompeio proconsuli contubernalis.'

[l] *Princeps, cum auctor, cum signifer esset juventutis*] 'Signiferi,' ait Vegetius lib. II. 'sunt, qui signa portant, quos draconarios vocant.' De Bruto, Germanico, et C. Cæsare legimus, quod fuerint principes juvenes: tales

mi animi, summi consilii, singularis constantiæ, cum esset æger, tamen[4] omnibus rebus illis interfuit:[m] nunquam est a me digressus: studio, consilio, auctoritate unus adjuvit plurimum, cum infirmitatem corporis animi virtute superaret. 35. Videsne, ut eripiam te ex improborum subita gratia, et reconciliem bonis omnibus? qui te et[5] diligunt, et retinent, retinebuntque semper: nec, si a me forte descivers, idcirco te a se,[6] et a republica, et a tua dignitate deficere patientur. Sed jam redeo ad causam; atque hoc vos, judices, testor: mihi de memetipso tam multa dicendi necessitas quædam imposita[7] est ab illo. Nam, si Torquatus Sullam solum accusasset,[8] ego quoque hoc tempore nihil aliud [agerem[9]], nisi eum, qui accusatus esset, defenderem: sed cum ille tota illa[10] oratione in me esset invectus, et cum initio, ut dixi, defensionem meam auctoritate spoliare voluisset; etiamsi dolor meus[11] respondere non cogeret, tamen ipsa causa hanc a me orationem flagitasset.

XIII. 36. Allobrogibus[12] nominatum[n] Sullam esse dicis. Quis negat? sed lege indicium, et vide, quemadmodum

verba, *cum auctor* delevit Schutz.—4 ς *tum.* Mox Lamb. *degressus.*—5 ς omittit copulam ante *diligunt.*—6 ς *idc. te et a se:* χ *idc. et a se.*—7 Pro *imposita* χ *incomposita.* In Ms. Henr. Stephani *testor, mihi ... necessitatem quandam impositam ab illo:* unde Lamb. dedit *necessitatem quandam impositam esse ab illo.*—8 ς *accusaret.*—9 '*Agerem* suspectum mihi est: eo deleto et Latinior et elegantior erit oratio.' *Ern.* Pro *eum* in C *cum.*—10 Pro *illa* in C *sua.*—11 Orell. conjecit *dolor me meus.* Pro *tamen* idem Ms. habet *cum.* Mox, Ern. conjecit *flagitabat* legend.

CAP. XIII. 12 Ante *Allobrogibus* Ms. Ambrosian. Lamb. et Orell. addunt *Ab.* Pro *nominatim* in ς *Romanum.* Mox, S χ ψ *dicis* omittunt. Dein *Quis negat Sullæ indicium? at vide* Mss. plerique et edd. pleræque ante Grut. *Quis negat Sullæ indicium? et vide* ed. 1472. *Quis negat? Sullæ indicium et vide* Franc. 2. *Quis negat? at vide* Hervag. Junt. Lamb. Ceteri ut Ern.

NOTÆ

vero dicuntur illi, quibus consul, aut summus magistratus signum tradit.

[m] *Rebus illis interfuit*] Cum Macedonia revertisset, affuit Ciceroni: nam primis mensibus abfuisse eum, ait in oratione contra Pisonem.

[n] *Allobrogibus nominatum*] Refutat quod a Torquato dictum est, ab Allobrogibus, nempe Gallorum legatis, Sullam inter conjuratos fuisse numeratum.

nominatus sit. L. Cassium [o] dixerunt commemorasse, cum ceteris Autronium secum facere.[t] [*p.* 174.] Quæro, num Sullam [13] dixerit Cassius? nusquam. Sese aiunt [14] quæsisse de Cassio, quid Sulla sentiret. Videte diligentiam Gallorum: qui vitam hominum [15] naturamque non nossent, ac tantum audissent, eos pari calamitate [p] esse; quæsiverunt, essentne eadem [16] voluntate? Quid tum? Cassius si respondisset, idem sentire et secum [17] facere Sullam, tamen mihi non videretur in hunc id [18] criminosum esse debere. Quid ita? quia qui barbaros [q] homines ad bellum impelleret, non debebat [19] minuere illorum suspicionem, et purgare eos, de quibus illi aliquid suspicarentur. Non respondit tamen,[20] una facere Sullam. 37. Etenim esset absurdum, cum ceteros sua sponte nominasset, mentionem Sullæ [1] facere nullam, nisi admonitum et interrogatum; nisi forte verisimile est, P. Sullæ nomen in memoria Cassio non fuisse. Si nobilitas hominis, si afflicta [2] fortuna, si reliquiæ pristinæ dignitatis non tam illustres fuissent; tamen Autronii [3] commemoratio memoriam Sullæ retulisset. Etiam, ut arbitror, cum auctoritates principum conjurationis ad incitandos animos Allobrogum colligeret Cassius, et cum sciret, exteras nationes maxime nobilitate moveri, non

[t] *Conjurare.*

Postea, C *nominatum sit.*—13 H *de Sylla.*—14 *Nunquam sese aiunt* Mss. plerique et edd. ante Grut. præter Hervag. Cam. Lamb.—15 In ψ deest *hominum.* H caret *ac* ante *tantum.*—16 *Eos, pari calamitate qui fuerant, esse in eadem* Mss. plerique et edd. ante Grut. qui auctoritate Pal. 9. et Erf. edidit *eos pari calamitate esse, quæsiverunt, essentne eadem voluntate,* ut habent ψ et edd. seqq. Post *voluntate* Sylvius addi jubebat *arbitrabantur,* aut tale verbum.—17 Pro *secum* H et ψ *simul.*—18 ψ caret *id.*—19 In ς *debeat.* H *illorum* omittit. Mox, pro *eos* H S χ habent *illos.* In marg. ed. Lugd. 1588. 'Fort. *et eos purgare, de quibus.*' Pro *suspicarentur* Græv. e Ms. Erf. recepit *suspicari viderentur.*—20 Dresd. *tum.* In ς deest *una.*—1 C H T ς χ ψ non agnoscunt

NOTÆ

[o] *L. Cassium*] Hic fuit Longinus Cassius senatorii ordinis, qui Allobroges in societatem conjurationis advocaverat, quique, ut illius conjurationis vires ostenderet, plurimos e nobilibus nominaverat.

[p] *Pari calamitate*] Sulla et Autronius simul de ambitu damnati fuerant.

[q] *Barbaros*] Barbaros Gallos dicit, quales exteri ab Romanis vocabantur.

prius Autronium, quam Sullam[r] nominasset. 38. Jam vero illud probari minime potest, Gallos, Autronio nominato, putasse, propter calamitatis similitudinem, sibi aliquid de Sulla esse quærendum; Cassio, si hic[4] esset in eodem scelere, ne cum appellasset quidem Autronium, hujus[5] in mentem venire potuisse. Sed tamen quid respondit de Sulla Cassius? Se nescire certum.[u] Non purgat,[6] inquit. Dixi antea: ne si argueret[7] quidem tum denique, cum esset interrogatus, id mihi criminosum videretur. 39. Sed ego in judiciis[8] et in quæstionibus non hoc quærendum arbitror, num purgetur[9] aliquis; sed num arguatur. Etenim cum negat se scire Cassius, utrum sublevat Sullam, an satis probat se nescire? Sublevat apud Gallos. Quid ita? ne indicent?[10] Quid? si periculum esse putasset, ne illi[11] unquam indicarent; de seipso confessus esset? Nescivit.[12] Credo, judices, celatum esse Cassium[s] de Sulla uno: nam de ceteris certe sciebat; et ea domi ejus pleraque[13] conflata esse constabat. Qui negare noluit esse in eo numero Sullam, quo plus spei Gallis daret, dicere autem falsum[14] non ausus est, nescire dixit. Atqui hoc perspicuum est, cum is, qui de omnibus scierit,[15] de Sulla se scire negarit; eandem vim esse negationis hujus, quam si[16] extra

[u] *Certo.*

Sullæ.—2 *Affecta* Dresd. *afflata* C H T ς χ.—3 ς *Antronium.*—4 χ caret *hic.* —5 Post *hujus* C T, Dresd. Franc. 1. 2. ed. 1472. et Ven. 1480. addunt *nomen*, quod in Barb. superscr. post *mentem.* Dein, χ *potuisset.*—6 Pith. *pugnat.* —7 C *ne se*, et ς *argueretur.*—8 Lamb. e conjectura Stephani et uno Ms. recepit *in indiciis;* sic etiam Orell. In Ms. Ambrosian. *in quæstionibus et indiciis.* C H S ς χ, Barb. et edd. ante Grut. omittunt præpositionem ante *quæstionibus.*—9 χ *purget.* Tum *aliquid* C: *aliqui* Orell. e Ms. Ambrosian. Pro *sed* C S T ς χ habent *et:* pro *num* in H *ne.*—10 *Incident* C: *indicetur* Ven. 1480.—11 Naug. Manut. Grut. Græv. Oliv. *ulli.*—12 H *Nescit.* In Barb. Ven. 1480. 1483. *Nesciit, judices, Credo cel. esse, &c.*—13 ς *plerique.* —14 In χ deest *falsum.* Mox, Lamb. edidit *nescire se dixit.*—15 *Sciret* H ψ: *scirent* T. Porro H *negavit.*—16 Lamb. maluit *atque si.* Pro *si* in C *cum.*—

NOTÆ

[r] *Non prius Autronium quam Sullam*] Si Sulla fuisset inter conjuratos, eum nominasset, quia Sulla Autronio nobilitate præstabat.

[s] *Celatum esse Cassium*] A conjuratis.

conjurationem hunc esse, se [17] scire dixisset. Nam, cujus scientiam de omnibus constat fuisse, ejus ignoratio de aliquo, purgatio debet videri. Sed jam non quæro, purgetne Cassius Sullam: illud mihi tantum satis est, contra Sullam nihil esse in indicio.[18]

XIV. 40. Exclusus hac criminatione Torquatus, rursus in me irruit,[19] me accusat: ait, me aliter, ac dictum est, in tabulas publicas retulisse. O Dii immortales! (vobis enim tribuam, quæ vestra sunt; nec vero possum meo [20] tantum ingenio dare, ut tot res, tantas,[1] tam varias, tam repentinas, in illa turbulentissima tempestate reipublicæ,[2] mea sponte dispexerim [x]) vos profecto animum meum tum conservandæ patriæ cupiditate incendistis: vos me ab omnibus ceteris [3] cogitationibus ad unam salutem reipublicæ convertistis: [4] vos denique in tantis tenebris erroris et inscientiæ [5] [t] clarissimum lumen prætulistis menti meæ. 41. Vidi ego hoc, judices, nisi, recenti memoria senatus, auctoritatem hujus indicii [6] monumentis publicis testatus essem, fore, ut aliquando non Torquatus, neque [7] Torquati quispiam similis, (nam id me multum fefellit) [p. 175.] sed ut aliquis patrimonio [8] naufragus,[y] inimicus otii,[z] bonorum hostis, aliter indicata hæc esse diceret, quo facilius, vento

[x] *Providerim.* [y] *Decoctor patrimonii.* [z] *Pacis.*

17 Ed. Hervag. *se* omittit, prob. Beck.—18 C H ψ *in judicio.*

Cap. xiv. 19 C T *ruit.* Mox, Orell. e Ms. Ambrosian. dedit *dictum sit.* In ed. Ven. 1480. deest *me* ante *aliter.* Lambinus conjecit *aliter atque indicatum est.*—20 ‘*Meo* in C T χ deest, delevitque Græv. quia in Dresd. Franc. 1. 2. et Med. invenit *possum tanto ingenio.* In Barb. fuit *mo,* (h. e. *modo,* ut diserte utraque ed. Ven. exhibet) sed manus æqualis emendavit *meo.* Necessarium hic est pronomen.’ *Beck.*—1 A Dresd. abest *tantas.*—2 Pro *tempestate reip.* χ habet *civitate R. P.* Mox, *despexerim* Franc. 2. et edd. vett. *dixerim* H.—3 C et T *exteris.*—4 Mss. nonnulli et edd. ante Grut. *contulistis.* Nonnulli ap. Lamb. legi jusserunt *compulistis:* ipse Lamb., si quid mutandum esset, maluit *transtulistis.*—5 Junt. *inscitiæ.* In ψ deest *lumen.* Pro *prætulistis* H *perfudistis.* In ed. Lamb. *menti meæ prætulistis.* ς non agnoscit *menti.*—6 *Judiciis* C ψ et Manut. *indiciis* ς.—7 H *nec.*—8 Ern. conjecit *patrimonii.*—

NOTÆ

[t] *Inscientiæ*] Ab insciente, vox illa ‘inscientia’ deducta est.

aliquo[a] in optimum quemque[9] excitato, posset in malis reipublicæ portum[b] suorum malorum aliquem[10] invenire. Itaque introductis in senatum indicibus,[11] constitui senatores,[u] qui omnia indicum dicta, interrogata, responsa perscriberent.[12] 42. At quos viros? non solum summa virtute et fide; cujus generis in senatu[13] facultas maxima; sed etiam, quos sciebam memoria, scientia, consuetudine et celeritate[14] scribendi, facillime, quæ dicerentur, persequi posse; C. Cosconium,[15][x] qui tunc erat prætor; M. Messallam, qui tum præturam[16] petebat; P. Nigidium, App. Claudium. Credo esse neminem,[17] qui his hominibus, ad

[a] *Periculo creato.* [b] *Requiem.*

9 ψ *quemquam.*—10 C *quem.*—11 C et ς *judicibus.* Tum *institui senatores* Ms. Ambrosian. Pro *omnia indicum,* in C *omnium judicum :* ς *omnia judicum ;* Pith. *omnia indicii.*—12 C *præscriberent.*—13 Lamb. *cujus gen. est in sen.* prob. Orell.—14 ς *celebritate.*—15 *Constumum* ς : *Constonium* χ.—16 Pro *præturam* Ferratius in Epp. p. 256. conjecit *consulatum* legend.—17 C T ς χ, Pith. Dresd. *memorem.* Pro *his* T *is ;* et pro *hominibus* C H ς χ *omnibus.* '*Ad vere referendum . . . defuisse*] Hæc olim ita lecta sunt in edd. antiq., ut Hervag. *qui his omnibus, aut vere referendis, aut etiam scribendis putet aut ing. def.* Gruter. ex Erf. et Pal. 9. ita emendavit : *qui his hominibus ad vere referendum, aut etiam scribendum, aut fidem putet, aut ing. def.* Cum tamen ipse moneat verba *aut etiam scribendum,* in illis duobus Mss., ut in aliis omnibus, tum suis tum aliorum, deesse, Græv. et Garaton. recte censent illa esse interpolata. Retinuerunt tamen editores omnes [præter Græv.] usque ad Ernestium, qui verba delevit, a glossatore profecta. Franc. 1. *qui his omnibus vere referendis haud putet ing. def.* sed voc. *haud* puncta sunt subjecta, quæ illud delendum esse docent. Pith. Dresd. et Franc. 2. *qui his omnibus aut vere referendis aut putet ing. def.* In C T *ad* deest: in H S ς χ *aut* legitur. Tum C H S ς χ *referendis ;* T *reficiendis* : verba *aut etiam ad scribendum* in C H T ς χ desunt : S *aut etiam scribendis.* Pro verbis *aut fidem putet aut* in C est *non putet ;* in H *aut memoriam putet aut ;* in S *putet aut ;* in T ς χ *aut putet.* Lambinus monet in quibusdam libris antiq. deesse *aut scribendis,* in iisque legi, *vere referendis fidem putet, aut etiam ing. def.* in aliis *fidem putet aut diligentiam defuisse.* Hinc Lamb. *aut scribendis fidem putet, aut etiam ing. def.* Pantagath. auctoribus Mss. libris, legi jussit *aut referendis fidem, aut recte scribendis, &c.* Ursinus monuit in alio antiquo libro rectius scriptum videri *qui his omnibus vere referendis aut memoriam putet aut ing. def.* quam scripturam etiam Muretus probavit.' *Beck.*

NOTÆ

[u] *Constitui senatores*] Cum ageretur de pœna conjuratorum in senatu, voluit Cicero, ut essent aliqui senatores qui velocissime, per signa quædam et breves notas, quæ multarum literarum vim haberent, dicta colligerent.

[x] *Cosconium*] Cosconius proconsul Hispaniam postea gubernavit.

vere referendum, aut fidem putet, aut ingenium defuisse. XV. Quid deinde? quid feci? Cum scirem, ita indicium[18] in tabulas publicas relatum, ut illæ tabulæ privata tamen custodia,[y] more majorum, continerentur; non occultavi, non continui domi,[19] sed describi ab omnibus statim librariis,[z] dividi passim et pervulgari[20] atque edi populo Romano imperavi. Divisi toti Italiæ, emisi[1] in omnes provincias: ejus indicii, e quo salus oblata[2] esset omnibus, expertem esse neminem volui. 43. Itaque dico, locum in orbe terrarum esse nullum, quo in loco populi Romani[3] nomen sit, quin eodem perscriptum hoc indicium pervenerit. In quo ego tam[4] subito, et exiguo, et turbido tempore multa divinitus, ita ut dixi, non mea sponte, providi:[5] primum, ne qui posset tantum aut de reipublicæ[6] aut de alicujus periculo meminisse, quantum vellet: deinde, ne cui liceret unquam reprehendere illud indicium,[7] aut temere creditum criminari: postremo, ne quid jam a me, ne quid ex meis commentariis quæreretur: ne aut oblivio mea, aut memoria, videretur nimia: ne denique aut negligentia turpis, aut diligentia crudelis putaretur. 44. Sed tamen abs te, Torquate, quæro, cum indicatus tuus inimicus[a] esset, et esset ejus[8] rei frequens senatus et recens memoria testis; tibi,[9] meo familiari et contubernali, prius etiam edituri fu-

CAP. XV. 18 C *judicium.* In septem Oxonn. Mss. deest *relatum.* H et ψ non habent *tabulæ.* Mox, in ς *concinerentur.*—19 In C deest *domi.*—20 Franc. 1. *divulgari,* prob. Ern. Lamb. conjecit *didi passim et pervulgari.* —1 Mss. plerique et edd. vett. *divisi:* Lamb. e conjectura Memmii *dimisi:* Grut. e Ms. Erf. cum edd. seqq. *emisi.*—2 *Oblatæ* C: *ablata* χ.—3 Pro *populi Romani* C H *rei;* ψ, Pith. Dresd. *reip.* Mox, C *præscriptum.*—4 ς χ *tum:* Dresd. *tamen.*—5 *Providi* non est in χ.—6 Pro *reipublicæ* ς habet *rerum.* Post verba *quantum vellet* Pantagathus addi voluit *sed quantum esset in re.*—7 ψ *judicium.*—8 C *cujus.*—9 Huldric. conjecit *cumque tibi.* Pro *meo* in H χ

NOTÆ

[y] *Privata custodia*] Id est, domi suæ. Consules et ceteri magistratus soliti erant commentarios scribere de iis quæ per suum magistratum gesta fuerant, et apud se conservare diligenter.

[z] *Librariis*] Librarii apud Romanos dicebantur, qui libros transcribebant, aut alio dictante epistolas excipiebant.

[a] *Tuus inimicus*] Reprehendit Torquatum quod, cum Sulla, ut dicit, nominatus fuisset inter conjuratos, tacuerit.

erint indicium[10] scribæ mei, si voluisses, quam in codicem[11] retulissent; cum[12] videres aliter fieri, cur tacuisti? passus es? non mecum, aut cum familiari meo questus es?[13] aut, quoniam tam facile inveheris in amicos, iracundius ac vehementius[14] expostulasti? Tu, cum tua vox nunquam sit audita; cum, indicio[15] lecto, descripto, divulgato, quieveris, tacueris; repente tantam rem enuntiare[16] audeas? et in eum locum te deducas, ut ante, quam me commutati indicii[17] coargueris, te summæ negligentiæ,[b] tuo judicio,[18] convictum esse fateare? XVI. 45. Mihi cujusquam salus tanti fuisset,[19] ut meam negligerem? per me ego veritatem patefactam contaminarem aliquo mendacio? quenquam denique ego juvarem, a quo et[20] crudeles insidias in rempublicam factas, et in me potissimum consulem constitutas,[1] putarem? Quodsi jam essem oblitus severitatis et constantiæ meæ, tamne amens eram, ut cum literæ posteritatis causa repertæ sint, quæ subsidio oblivioni esse possent,[2] ego recentem putarem memoriam cuncti senatus commentario meo posse superari? 46. Fero ego te,[3] Torquate, jamdudum, fero, et nonnunquam animum, incitatum ad ulciscendam[4] orationem tuam, revoco ipse et reflecto. Permitto aliquid iracundiæ tuæ,[5] do adolescentiæ, cedo[6] amicitiæ, tribuo parenti: sed, nisi tibi[7]

modo. H omittit *et* ante *contub.*—10 C H, et al. cum Junt. Lamb. Græv. *edituri ind. fuerint.*—11 Pro *codicem* H *codicem dicere; ς χ in eo dicere; ψ codice dicere;* Ven. 1480. et 1483. *in eo codice.*—12 ς *tum.* In H S ς χ, Dresd. deest *cur* ante *tacuisti.*—13 Pith. non agnoscit verba *questus es.*—14 *Irac. ac veh.* e Ms. Dresd. receperunt Ern. Beck. Schutz. et Orell. Alii *irac. aut veh.* Pro *expostulasti* in ς *expoliasti.*—15 C *judicio.* Mox, ψ *vulgato.*—16 H *renuntiare.* Pro *audeas,* quod in S ς χ ψ deest, in Pith. legitur *vel.* Ante *te deducas* Pith. addit *cum.*—17 C S *judicii.*—18 *Indicio* S χ et pauci alii cum Ven. 1483. et Græv. Pro *convictum* in ed. Hervag. *conjunctum.*

CAP. XVI. 19 Hervag. *fuisse.*—20 Edd. nonnullæ omittunt *et* ante *crudeles.*—1 *Constitutas* auctoritate Ms. Erf. addidit Gruter. quem Ern. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. secuti sunt. Omnes alii Mss. et ed. omittunt. Mox in C et Barb. *Qui si jam essem.*—2 *Possint* C H ς: *possunt* χ.—3 In H deest *te.*—4 C et H *ulciscendum.*—5 C non habet *tuæ.*—6 ς *credo:* Ern. conjecit *concedo* legend.—7 In Franc. 1. *ni tibi.* Pro *tute,* quod habent C H T ψ, Erf.

NOTÆ.

[b] *Summæ negligentiæ*] Quod autem tacuerit de indicio commutato, summa Torquati fuit negligentia.

aliquem modum tute constitueris, coges oblitum me nostræ amicitiæ, habere rationem meæ dignitatis. [*p.* 176.] Nemo unquam me tenuissima suspicione[8] perstrinxit,[c] quem non præverterim.[c] Sed mihi hoc[9] credas velim: non iis libentissime soleo respondere, quos mihi videor[10] facillime posse superare. 47. Tu, quoniam minime ignoras consuetudinem dicendi meam, noli hac nova lenitate[11] abuti mea: noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari: noli id putare omnino a me esse amissum,[12] si quid est tibi remissum atque concessum. Cum illæ valent[13] apud me excusationes injuriæ tuæ, iratus animus tuus, ætas, amicitia nostra; tum nondum, statuo, te virium satis habere, ut ego tecum luctari[14] et congredi debeam. Quodsi esses[15] usu atque ætate robustior; essem idem, qui soleo, cum sum lacessitus. Nunc tecum sic agam, tulisse ut potius injuriam, quam retulisse gratiam[16] videar. XVII. 48. Neque vero, quid mihi irascare, intelligere possum. Si, quod eum defendo, quem tu accusas; cur[17] tibi quoque ipse non succenseo, qui accuses[18] eum, quem ego defendo? Inimicum, inquis, accuso meum. Et amicum ego defendo meum.[19] Non debes tamen quenquam in[20] conjurationis quæstione[d] defendere. Immo nemo magis eum, de quo

[c] *Vocavit in tenuissimam suspicionem.* [d] *Causa.*

Grut. et edd. seqq., in C legitur *in te*, in Barb. *vite*, in omnibus aliis Mss. et edd. *vitæ*. J. F. Gronov. ascripserat *iræ*.—8 Lamb. *me ne tenuiss. quidem susp.* Mox, *perverterim* C H T ψ, Ven. 1480. Junt. Lamb. Post *præverterim* Erf. addit *ac perfregerim*, pro quo Grut. mavult *peregerim*. Rubenius e suis Mss. eruit, *non pertulerim* (quod in *perculerim* mutat) *ac perfregerim*.—9 H *hæc*. Pro *iis* in ed. Hervag. *his*.—10 C *video*.—11 ψ *nimia len.* ς χ *nova levitate*.—12 *Omissum* Mss. plerique et edd. ante Grut. qui cum edd. seqq. auctoritate Ms. Erf. dedit *amissum*. Mox, χ *rem. atque commissum*.—13 C et ς *valeant*.—14 H *ego tibi luct.*—15 H *Quid si esses*.—16 Vocem *gratiam* deleri maluit Lamb.

CAP. XVII. 17 Pro *cur* C, Dresd. Franc. 1. 2. et ed. 1472. habent *quid*, prob. Græv.—18 Schutz. e conjectura *accusas*. Mox, in C deest *ego*.—

NOTÆ

[c] *Præverterim*] Nemo perstrinxit Ciceronem aliqua suspicione, quem non respondendo superaverit.

nihil[1] est unquam suspicatus, quam is, qui de aliis multa cogitavit.[2] Cur dixisti testimonium in alios? Quia[3] coactus.[d] Cur damnati sunt? Quia creditum est.[e] Regnum est, dicere in quem velis, ac defendere[4] quem velis. Immo servitus est, non dicere in quem velis, ac defendere quem velis. Ac, si considerare cœperis, utrum magis mihi hoc necesse fuerit facere, an istud[5] tibi; intelliges, honestius te inimicitiarum modum[e] statuere potuisse, quam me humanitatis. 49. At vero[6] cum honos agebatur amplissimus familiæ vestræ, hoc est, consulatus parentis tui, sapientissimus vir familiarissimis suis non succensuit pater tuus, cum Sullam et defenderent et laudarent. Intelligebat,[7] hanc nobis a majoribus esse traditam disciplinam, ut nullius amicitia ad propulsanda pericula impediremur. Et erat huic judicio longe dissimilis illa contentio.[f] Tum, afflicto[8] [f] P. Sulla, consulatus vobis pariebatur, sicuti partus est: honoris erat certamen: ereptum[9] [g] repetere vos clamitabatis, ut victi in Campo,[h] in foro vinceretis. Tum qui

[e] *Finem.* [f] *Condemnato.*

19 Dresd. *meum* omittit.—20 H non habet præpositionem *in.*—1 Pro *nihil* C habet *nimis.* Tum vocem *unquam* omittunt Mss. plerique et edd. ante Grut. qui eam inseruit cum edd. seqq. auctoritate Ms. Erf. In Dresd. legitur *nihil est suspicatum.* Pro *is* ψ *id.*—2 *Excogitavit* Ven. 1483. *cognovit* Lamb. et margo Dresd.—3 Verba *in alios* et *Quia* non sunt in χ. Huldric. conjecit *coactus sum* legend.—4 Ms. Henr. Steph. *ac non def.* ut Sylvius et Ursinus conjecerunt. Franc. 1. Lamb. Græv. Beck. Schutz. et Orell. *nec def.* Ceteri *ac def.* Mox, Ms. Bergeri *quem nolis.* Dein, C *At si cons.*—5 Mss. plerique et edd. ante Grut. non habent *istud.*—6 Mss. plerique et edd. ante Lamb. *An vero.* In ς et Ms. Memmian. *At vero,* quod recepit Lamb. et edd. seqq. Si *An* legatur, Lamb. et alii maluerunt *non* ante *succensuit* deleri. Mox, ς *agebat ampl. fam. nostræ.* Verba *hoc est, cons. par. tui* Schutzio suspecta sunt. Dein C *familiarissimis.*—7 C ς *Intelligebant.* Pro *a* ante *majoribus* in ς legitur *et.*—8 χ *Afflictio.* Mox C *periebatur.* Pro *sicuti*

NOTÆ

[d] *Coactus*] Reipublicæ periculo coactus testimonium dixit.

[e] *Creditum est*] Testimonio Ciceronis creditum est, ideoque conjurati damnati sunt.

[f] *Illa contentio*] De consulatu contentionem significat.

[g] *Ereptum*] Consulatum sibi ereptum Sullæ largitione dicebat Torquatus.

[h] *In Campo*] In Campo Martio videlicet suffragiorum multitudine victus est Torquatus, sed vicit in foro, ubi Sulla condemnatus est.

contra vos pro hujus salute pugnabant, amicissimi vestri,[10] quibus non irascebamini, consulatum vobis eripiebant, honori vestro[11] repugnabant, et tamen id[12] inviolata vestra amicitia, integro officio, veteri exemplo, atque instituto optimi cujusque faciebant. XVIII. 50. Ego vero quibus ornamentis adversor tuis? aut cui dignitati vestræ repugno? Quid est, quod jam ab hoc[13] expetas? honor ad patrem,[i] insignia honoris[k] ad te delata sunt.[14] Tu, ornatus[15] exuviis hujus, venis ad eum lacerandum, quem interemisti: ego jacentem et spoliatum defendo et protego. Atque hic tu et reprehendis me, quia defendam,[16] et irasceris. Ego autem non modo tibi non irascor, sed ne reprehendo[17] quidem factum tuum. Te enim existimo tibi statuisse, quid faciendum putares, et satis idoneum officii[18] judicem posuisse. 51. At accusat C. Cornelii filius,[l] idemque valere debet, ac si pater indicaret. O patrem Cornelium sapientem![m] qui, quod præmii[n] solet esse in indicio,[19] reliquerit; quod turpitudinis[20] in confessione, id per accusationem filii susceperit. Sed quid est tandem, quod indicat per istum



in C *si certi.*—9 H non habet *ereptum.* Pro *repetere* χ *repente.*—10 ψ *amic. viri.*—11 ς *hon. nostro.*—12 In ed. Car. Steph. *id* omittitur.

CAP. XVIII. 13 Mss. nonnulli, cum Lamb. Grut. Oliv. Lall. *ab eo.* Tum *expectas* Dresd. Pith. Barb. quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. 1483. Junt. Oliv.—14 Pith. caret *sunt.*—15 H *oneratus.* Pro *exuviis hujus* C *eriminis* (sic); H ς χ ψ *erumnis*; Pith. *eripius*; Franc. 2. *exumnis*; S T et edd. ante Grut. *ærumnis.*—16 Ern. conjecit *qui def.*—17 In C H T ς χ, Franc. 1. *sed neque repr.*—18 Post *officii* Erf. addit *tui.* Pro *judicem* in χ *indicem.* Lamb. 1566. e conjectura, *judicem posui te:* Gulielm. legi maluit *judicem fuisse.* Paulo post, prænomen ante *Cornelii* omittunt H S T χ ψ, Franc. 1.—19 C H ς χ, Ven. 1483. Crat. *in judicio.* Græv. auctoritate Ms. Pith. delevit præpositionem, quæ abest etiam ab uno Paris.—20 C *turpitudini.* Mox, C H S χ

NOTÆ

[i] *Honor ad patrem*] Sullæ consulatus ad patrem Torquati delatus est.

[k] *Insignia honoris*] Filium ornat patris consulatus.

[l] *C. Cornelii filius*] Cornelius ille immissus fuit ab Autronio ad Ciceronem consulem interficiendum.

[m] *Sapientem*] Ironia. Neque enim probabile est Cornelium rem per filium voluisse indicare, quia non indicii præmium accepisset, sed dedecus sibi comparasset.

[n] *Quod præmii*] In conjuratione Catilinæ senatus indicibus præmia decrevit, servis libertatem et sestertia centum; libero cuilibet ejus rei impunitatem, et sestertiorum ducenta millia. Vide Sallustium.

puerum Cornelius? Si est causa[1] mihi ignota, cum Hortensio[o] communicata; respondeat Hortensius. Sin tu ais illum comitatum Autronii et Catilinæ, cum in Campo, consularibus comitiis,[p] quæ a me habita sunt, cædem facere voluerunt; Autronium tum in Campo vidimus: et, quid[2] dixi vidisse nos? Ego vidi: vos enim tum,[3] judices, nihil laborabatis,[4] neque suspicabamini. Ego tectus præsidio firmo amicorum, Catilinæ tum et Autronii copias et conatum repressi. 52. Num quis[5] est igitur, qui tum dicat in Campum aspirasse[g] Sullam? [*p.* 177.] Atqui si tum se cum Catilina societate sceleris conjunxerat, cur ab eo discedebat? cur cum Autronio non erat? cur in pari[6] causa non paria signa reperiuntur criminis? Sed quoniam Cornelius ipse etiam nunc de indicando[7] dubitat, ut dicitis, informat adhuc adumbratum indicium filii;[8] quid tandem de illa nocte dicit,[9] cum inter falcarios[q] ad[10] M. Leccam,[r] nocte ea, quæ consecuta est posterum diem[11] Nonarum Novemb. me consule, Catilinæ denuntiatione[s] convenit?

[g] *Venisse.*

suscepit.—1 Nonnullæ edd., ut Gothofr. Lugd. 1588. *sed est causa;* ubi in marg. notatur, 'Al. *si est causa mihi ign., neque mihi cum Hort. comm.*' Pro *cum* C habet *tamen.* Post *communicata* ed. Junt. addit *sit.* Tum C H T χ *respondet.* Postea, *sin ut ais* C H T ϛ ψ, Pith. Franc. 1. 2. Ven. 1483. Crat. cum Oliv. *Sin ut ais illo comitati Autronius et Catilina* habet Manut. *Sin dicis illum comitatum* conjecit Schutz. Vid. Nott. Varr.—2 H *en, quid.*—3 In ϛ et χ deest *tum.*—4 *Laboratis* C: *laborabitis* χ, qui pro *suspicabamini* habet *supplicabamini.*—5 C *Num quis.*—6 ψ *cur impari.* Mox, Lamb. *criminis reperiuntur.*—7 C *júdicando.*—8 Naug. Manut. Lamb. Grut. Oliv. *informat ad hoc adumbr. ind. filium:* Junt. *infirmat hoc adumbr. ind. filii.* Ceteri ut Ern. nisi quod *adhoc* vel *ad hoc* habeant. In H et ψ desunt verba *indicium filii.* Vid. Nott. Varr.—9 Alii *dixit.* In ed. Manut. deest.—10 Pro *ad* nonnulli ap. Ursinum reponunt *apud.* Dein, alii *Læcam.*—11 In ϛ desunt verba *posterum diem.* Pro *nonarum* C T *nonam;* χ *nomen novum;* ψ *non novit.* Vocab. *No-*

NOTÆ

[o] *Hortensio*] Hortensius alter Sullæ patronus fuit.

[p] *Consularibus comitiis*] Consularia comitia sunt, in quibus consules creantur.

[q] *Inter falcarios*] Vicus Romæ falcarius dictus est, quod ibi plures erant falcarii. De his diximus orat. I. in Catil. § 8. not.

[r] *M. Leccam*] In Leccæ domo nocturni conventus a conjuratis habebantur.

[s] *Catilinæ denuntiatione*] Apud Leccam conjuratos Catilina convocavit,

quæ nox omnium temporum conjurationis acerrima fuit atque acerbissima. Tum Catilinæ dies exeundi, tum ceteris[12] manendi conditio, tum descriptio totam[13] per urbem cædis atque incendiorum constituta est: tunc tuus pater, Corneli, (id quod[14] tandem aliquando confitetur) illam sibi officiosam[t] provinciam depoposcit,[15] ut, cum prima luce consulem salutatum venisset,[16] intromissus meo more et jure amicitiæ, me in meo lectulo[17] trucidaret. XIX. 53. Hoc tempore, cum arderet acerrime conjuratio; cum Catilina egrederetur ad exercitum; Lentulus in urbe[18] relinqueretur; Cassius incendiis, Cethegus cædi præponeretur; Autronio,[19] ut occuparet Etruriam, præscriberetur; cum omnia ordinarentur, instituerentur, pararentur;[20] ubi fuit Sulla, Corneli? Num Romæ? immo longe abfuit. Num in iis regionibus,[1] [u] quo se Catilina inferebat? multo etiam longius.[x] Num in agro Camerti,[2] [y] Piceno, Gallico; quas oras maxime[z] quasi morbus quidam illius furoris pervaserat? nihil vero minus: fuit enim, ut jam[3] ante dixi, Neapoli: fuit in[4] ea parte Italiæ, quæ maxime ea suspicione caruit. 54. Quid ergo[5] indicat, aut quid affert, aut ipse[6] Cornelius, aut vos, qui ab eo hæc mandata de-

vembris in χ ψ deest. Edd. vett. *nonis,* unde Ern. mavult *nonas.*—12 In T *cum ceteris.* Lamb. *cum . . . cum . . . cum.*—13 ς *tota.*—14 C *idque.*—15 *Deposcit* Pith. *poscit* χ.—16 Ern. solus edidit e conjectura *venisset:* omnes aliæ edd. *veniret.* Pro *intromissus* χ *introductus.*—17 C H S T ς et edd. nonnullæ ante Lamb. *lecto.*

CAP. XIX. 18 ς *urbem.*—19 Idem Ms. *Antonius.*—20 C *instituerent et par.* Lamb. *instruerentur, par.*—1 Mss. nonnulli et edd. pr. cum Lamb. *legionibus,* prob. Grævio. Dein, *referebat* Hervag. Vict. Manut. Lamb.—2 C *Carmeti.* Mox, pro *morbus* in ς *moribus.*—3 Hervag. *jam* omittit.—4 Nonnulli

NOTÆ

apud quos multa de eorum ignavia conquestus est.

[t] *Officiosam*] Ironia: munus enim et officium interficiendi Ciceronis consulis susceperat.

[u] *Iis regionibus* [*legionibus*] Legiones comparatæ fuerant a Manlio ad Fæsulas contra rempub.

[x] *Multo longius*] Manlii legiones errantin Etruria: P. vero Sulla Neapoli.

[y] *Camerti*] Camers oppidum est in Umbria.

[z] *Oras maxime*] A Catilinariis motus excitati sunt in Gallia, in Agro Piceno, Brutio, Apulia. In Agrum Picenum Q. Metellus Celer, in Apuliam Metellus Creticus missus est: in Gallia erat jam Murena.

fertis? Gladiatores emtos esse,[a] Fausti simulatione,[b] ad cædem ac tumultum. Ita prorsus:[7] interpositi sunt gladiatores, quos testamento patris videmus deberi.[8] Arrepta est familia; quæ si esset prætermissa,[c] posset alia familia Fausti munus præbere.[9] Utinam quidem, hæc ipsa[d] non modo iniquorum invidiæ, sed et æquorum[10] expectationi satisfacere posset! Properatum[11] vehementer,[e] cum longe tempus muneris abesset. Quasi vero tempus dandi muneris non valde appropinquaret. Nec opinante Fausto,[f] cum is neque sciret, neque vellet, familia est comparata. 55. At literæ[g] sunt Fausti, per quas ille precibus a P. Sulla petit, ut emat gladiatores, et ut hos ipsos emat; neque solum ad Sullam missæ, sed ad L. Cæsarem,[h] Q.

omittunt præpositionem *in*.—5 C *Quod ergo*.—6 Idem Ms. *ipso*.—7 Edd. nonnullæ tollunt interpunctionem post *prorsus*.—8 C *testimonio patris;* et Junt. Lamb. *deberi videmus*. Tum, pro *Arrepta* Ms. Henr. Stephani, Hervag. Cam. Lamb. habent *At empta*. Vid. Nott. Varr.—9 '*Posset alita familia Faustus munus præbere* mira Schutzii suspicio. Ceterum *alia* mihi quoque corruptum videtur, et substituendum vel *publica*, vel *conducta*, vel nomen aliquod proprium lanistæ tunc temporis omnibus noti. Nimis scil. incertum est hoc *alia familia*.' Orell.—10 *Invidia esset æq.* C H T ϛ χ ψ, Franc. Dresd. Ven. 1480. 1483. Junt. *invidiæ, sed æq.* e conjectura Lambini dedit Orell.

NOTÆ

[a] *Emtos esse*] A Sulla Cornelius dicebat emtos esse gladiatores; sed hanc calumniam Cicero refutat, quia non ad cædem faciendam, sed ad testamentum persolvendum comparati sunt.

[b] *Fausti simulatione*] Faustus, inquiebant, ludos simulavit, ut Sulla hic gladiatores emeret ad cædem faciendam. Lucius vero Sulla dictator ex uxore Metella filium suscepit, quem Faustum; et filiam, quam Faustam nominavit.

[c] *Prætermissa*] Si non esset emta hæc gladiatorum familia, posset alia emi, quæ posset exhibere munus gladiatorium, quod Faustus testamento patris debebat.

[d] *Hæc ipsa*] Ait gladiatorum familiam illam non esse pertimescendam, cum vix possit satisfacere in ludis æquorum hominum expectationi, quos Faustus exhibere debebat.

[e] *Properatum vehementer*] Id dicitur tanquam objectum ab adversario, quod nempe properavit Sulla in emendis illis gladiatoribus, quos videbatur potius emere ad faciendam cædem, quam ad celebrandum munus, cujus tempus longe aberat.

[f] *Nec opinante Fausto*] Objectio altera adversariorum, quod nesciente Fausto hæc gladiatorum familia comparata est.

[g] *Literæ*] Responsio ad objectionem.

[h] *Ad L. Cæsarem*] Is Cæsar M. Antonii, qui postea triumvir fuit, avunculus fuit.

Pompeium,[i] C. Memmium;[k] quorum de sententia tota res gesta est. At præfuit familiæ[l] Cornelius.[12] Jam si in comparanda familia suspicio est nulla; quod præfuit,[13] nihil ad rem pertinet. Sed tamen munere servili obtulit se ad ferramenta[m] prospicienda:[14] præfuit vero nunquam; eaque res per Balbum,[15] Fausti libertum, omni tempore administrata est.

XX. 56. At enim Cincius[16] [n] est ab hoc in ulteriorem Hispaniam missus, ut eam provinciam perturbaret. Primum Cincius, judices, L. Julio,[17] C. Figulo consulibus,[o] profectus est aliquanto ante furorem Catilinæ, et ante[18] suspicionem hujus conjurationis: deinde est profectus non tum primum, sed cum in iisdem locis[19] aliquanto ante eadem de causa aliquot annos fuisset: ac profectus est non modo ob causam, sed etiam necessariam causam,[20] magna ratione[p] cum Mauritaniæ rege contracta. [*p.* 178.]

Pro *æquorum* in ς *e quorum*.—11 *Præparat* χ: *præparant* C et ς.—12 Lamb. e conjectura, cum Oliv. et Schutz. deleverunt *Cornelius*, ita ut intelligatur P. Sulla. Mox, *in imperanda fam.* C: *in præparanda fam.* H ψ: *imperanda fam.* S χ: *in paranda fam.* T, Ven. 1483. Crat. Steph. Lamb. Dein Ven. 1483. Junt. *nulla suspicio est.* Car. Steph. omittit vocem *nulla*.—13 χ *præfert*: C T ς, Pith. Franc. 2. Dresd. *profert*.—14 Lamb. *perspicienda*, prob. Orellio. Schutzius conjecit *obtulit se ad ferramenta muneri servili prosp.* Orell. totum locum ut corruptum notavit. Tum C *profuit vero*.—15 C ς χ, Pall. omnes et edd. ante Grut. cum Orell. *Bellum.* Pro *libertum* in T *liberatum*.

Cap. XX. 16 *Sitius* Dresd. *Cicius* Franc. 1. *Sittius* ex Erf. et Pall. nonnullis (qui habent *Siccius*) dederunt Beck. Schutz. et Orell. Vid. Cort. ad Sallust. Catil. c. 21.—17 Pro *Julio* in C *Publio*.—18 H T ς χ, Ven. 1483. Junt. non habent *ante*.—19 C *in hisdem locis.* Mox, ψ *aliquot annis*.—20 H

NOTÆ

[i] *Q. Pompeium*] Sullæ nepos ex filia fuit Pompeius.

[k] *C. Memmium*] P. Sullæ privignus fuit Memmius.

[l] *At præfuit familiæ*] Altera objectio, quod nempe Cornelius hic Sulla huic gladiatorum familiæ præfuit.

[m] *Ad ferramenta*] Per ferramenta intelliguntur sicæ, gladii, aliaque armorum genera ferrea. Aliquando etiam sumuntur pro instrumentis quibusdam ferreis.

[n] *At enim Cincius*] Aliud crimen objectum Sullæ, quod nempe Cincius missus sit in Hispaniam ad eam perturbandam.

[o] *L. Julio, C. Figulo consulibus*] A. U. C. 689. anno ante Ciceronem cos.

[p] *Magna ratione*] Magna ratione contracta, id est magno ære contracto; quod videlicet rex Mauritaniæ Hiempsal debebat Cincio. Mau-

Tum autem,[1] illo profecto, Sulla procurante ejus rem et gerente, plurimis et pulcherrimis P. Cincii prædiis venditis, æs alienum ejusdem[2] dissolutum est: ut, quæ causa[3] ceteros ad facinus[h] impulit, cupiditas retinendæ possessionis, ea Cincio non fuerit, prædiis deminutis.[4][q] 57. Jam vero illud quam incredibile! quam absurdum! qui Romæ cædem facere, qui hanc urbem inflammare vellet, eum[5] familiarissimum suum dimittere ab se, et mandare[i][6] in ultimas terras![r] utrum[k] quo facilius Romæ ea, quæ conabatur, efficeret, si in Hispania turbatum esset?[l][7] At hæc ipsa[8][s] per se, sine ulla conjunctione, agebantur. An in tantis rebus,[t] tam novis consiliis, tam periculosis, tam turbulentis, hominem amantissimum sui, familiarissimum, conjunctissimum officiis, usu, consuetudine, dimittendum esse arbitraretur?[9] Verisimile non est, ut, quem in secundis rebus, quem in otio secum semper habuisset, hunc in ad-

[h] *Conjurationem.*
[i] *Mittere.*
[k] *An ut.*
[l] *Si Hispania turbata esset.*

ob necess. causam. Pro *magna* in T *magistra.* Ms. Memmian. *magna pecuniæ ratione;* unde Lambinus edidit *magnæ pecuniæ ratione.* In Ms. Steph. et Ven. 1480. *magna ratione pecuniæ*, quod et Sylvius in aliis Mss. scriptum esse dicit. Quidam conjecit *magna feneratione.*—1 H ς χ *Tu autem.* χ quoque *illo profecta.* In C deest copula ante *gerente.*—2 T caret *ejusdem.* C T et Hervag. omittunt *est* post *dissolutum.* In H S ς χ *dissolvisti.*—3 Pro *causa* H et ψ exhibent *etiam.*—4 Al. *diminutis.*—5 Pro *eum* C T *cum;* Lamb. *eum tum.*—6 Ms. Henr. Stephani, cum Lamb. Beck. Schutz. et Orell. *amandare.* Pro *terras* χ *partes:* et pro *utrum* C H T ς χ, Pith. Barb. Ven. 1480. 1483. habent *virum.*—7 Lamb. e Pith. et Mss. suis edidit *in Hispaniam turbatum isset.*—8 Dresd. *At ipse:* ed. Med. *At ipsa:* Lallem. conjecit *An hæc ipsa.* Mox, Schutz. conjecit *sine illa conjunctione:* Lamb. legi maluit *sine ulla coitione*, vel *sine ulla concitatione;* Orell. *sine ulla conjuratione.* Tum Ven. 1483. Med. *agebatur.*—9 Lamb. e Ms. Henr. Steph. recepit

NOTÆ

ritania autem ea pars est Africæ, quæ finitima est Hispaniæ juxta Gades.

[q] *Deminutis*] Vendita sunt a Sulla Cincii plurima prædia, quibus æs contractum dissolutum est.

[r] *In ultimas terras*] Ulteriorem Hispaniam, ultimas terras elate dicit; neque enim tunc erat ultima imperii Romani terra Hispania.

[s] *At hæc ipsa*] Objicit quod quæ Sulla agere conabatur, per se solus efficiebat.

[t] *An in tantis rebus*] Respondet verisimile non esse, ut in rebus tam periculosis Cincium amicum suum abire a se permitteret.

versis,[10] et in eo tumultu, quem ipse comparabat, ab se dimitteret. 58. Ipse autem Cincius[u] (non enim mihi deserenda est causa amici veteris atque hospitis) is homo est, aut ea familia[11] ac disciplina, ut hoc credi possit, eum[12] bellum reipublicæ facere voluisse? ut, cujus pater, cum ceteri deficerent finitimi ac vicini, singulari extiterit[13] in rempublicam nostram officio et fide, is sibi nefarium bellum contra patriam suscipiendum putaret?[14] cujus æs alienum videmus,[15] judices, non libidine, sed negotii gerendi[x] studio esse contractum; qui ita Romæ debuit, ut in provinciis et in regnis maximæ ei pecuniæ deberentur; quas cum peteret, non commisit, ut sui procuratores quicquam oneris,[16] absente se, sustinerent; venire omnes suas possessiones, et patrimonio se ornatissimo spoliari maluit, quam ullam moram[y] cuiquam fieri creditorum suorum. 59. A quo quidem genere, judices, ego nunquam timui, cum in illa reipublicæ tempestate versarer. Illud erat genus hominum horribile et pertimescendum, qui tanto amore suas possessiones amplexi[17] tenebant, ut ab his membra divelli citius ac distrahi posse diceres. Cincius nunquam sibi cognationem[z] cum prædiis esse[18] existimavit suis: itaque se

dimitt. a se arb. Verba *Verisimile non est* e conjectura delevit Lamb.—10 χ *hunc et in advers.*—11 ς *ut ea fam.* Pro *ac* ante *discipl.* H ς, Ven. 1480. 1483. *aut ;* χ *ut.*—12 Pro *eum* χ habet *ut eum ;* C T *cum ;* H *tum.* Pro *reipublicæ* Gulielm. maluit *populo Romano.* Dein, T *voluissem.* Pro *cujus* in C *ejus.*—13 ς *singuli*, et C *extiterint.* Tum T *in republica nostra.*—14 Huldric. conjecit *putarit.*—15 ς *vidimus.*—16 Idem Ms. *ut si proc. quidquam honoris.*—17 Lamb. *complexi.*—18 In χ deest *esse.*—19 Pro *armis* ς *animo.* Mox, Hervag. *vendicavit.*

NOTÆ

[u] *Ipse autem Cincius*] Probat non probabile esse Cincium voluisse bellum inferre reipub. cum pater ejus, ceteris deficientibus in bello Italico, summa fide semper fuisset in rempub.

[x] *Negotii gerendi*] Non contraxit æs alienum, effundendo in libidines patrimonium, sed in Hispania cum rege Mauritaniæ negotiando.

[y] *Ullam moram*] Mora dicitur in jure cessatio, frustratio, et improba dilatio. Maluit autem vendere suas possessiones, quam tempore constituto non solvere.

[z] *Nunquam sibi cognationem, &c.*] Cincius prædia sua nunquam ita amavit, quin a se, quando opus fuit, alienaret.

non modo ex suspicione tanti sceleris, verum etiam ex omni hominum sermone, non armis,[19] sed patrimonio suo vindicavit.

XXI. 60. Jam vero, quod subjicit,[20] Pompeianos[a] esse a Sulla impulsos, ut ad istam conjurationem et[1] ad hoc nefarium facinus accederent;[2] id cujusmodi sit, intelligere non possum. An tibi Pompeiani conjurasse videntur? quis hoc unquam dixit? aut quæ fuit istius rei vel minima suspicio? Disjunxit, inquit,[3] eos a colonis,[b] ut hoc dissidio,[4] ac dissensione facta, oppidum in sua potestate posset et Pompeianos habere. Primum, omnis Pompeianorum colonorumque dissensio, delata ad patronos[c] est, cum jam inveterasset, ac multos annos esset exagitata:[5] deinde ita a patronis res cognita est,[m] ut nulla in re a ceterorum[d] sententiis Sulla dissenserit: postremo coloni ipsi sic intelligunt, non Pompeianos a Sulla magis, quam sese[6] esse defensos. 61. Atque hoc,[7] judices, ex hac frequentia colonorum,[e] honestissimorum hominum, intelligere potestis; qui adsunt, laborant: hunc patronum, defensorem, custodem illius coloniæ, si in omni fortuna, atque in[8] omni honore in-

[m] *Dijudicata est.*

CAP. XXI. 20 *Subicit* C: *objecit* S: *objicit* H ς χ, Dresd. Pith. Barb. Ms. Lamb. Ven. 1480. et 1483.—1 χ caret copula *et*. H non habet *hoc*.—2 ς *accenderent*. Pro *cujusmodi* in χ *ejusmodi*.—3 Pro *Disjunxit, inquit* χ habet *inquam*.—4 Al. *discidio*.—5 *Excogitati* C H S T: *excogitata* ς χ.—6 T *quam a sese*. In H deest *esse*.—7 χ *hæc*.—8 Mss. pauci et edd. ante Græv. non ha-

NOTÆ

[a] *Pompeianos*] Refutat Pompeianos a Sulla inductos fuisse ad conspirandum. Pompeii porro oppidum fuit in ora Campaniæ apud Sarnum fluvium, prope Neapolim.

[b] *A colonis*] A veteribus civibus ejus oppidi disjunxisse novos colonos dicebant adversarii, ut eos in sua potestate Sulla haberet.

[c] *Ad patronos*] Refutat Cicero objectam Sullæ calumniam, aitque rem totam delatam esse ad triumviros, qui eam coloniam deduxerunt, quique illud oppidum subjecerunt populo Rom. Sic Marcellus Siciliæ, Cato Hispaniæ patroni fuerunt, a quibus illæ gentes domitæ sunt.

[d] *Ceterorum*] Qui nempe patroni erant, e quibus erat Sulla.

[e] *Frequentia colonorum*] Legati publice missi fuerant a Pompeianis et colonis ad istud judicium cum Sullæ laudatione; qui mos ab omnibus provinciis observabatur, quoties eorum patroni vel magistratus in judicio periclitabantur.

columem habere non potuerunt, in hoc tamen casu, quo afflictus jacet, per vos tutari conservarique cupiunt. Adsunt pari studio Pompeiani, qui ab illis etiam in crimen vocantur: qui ita de ambulatione[10 f] et de suffragiis suis cum colonis dissenserunt, ut idem de communi salute sentirent. 62. Ac ne[11] hæc quidem P. Sullæ mihi videtur silentio prætereunda esse[12] virtus, quod, cum ab hoc illa colonia deducta sit, et cum commoda colonorum a fortunis Pompeianorum reipublicæ[13] fortuna disjunxerit,[g] ita carus utrisque est atque jucundus, ut non alteros demovisse,[14 h] sed utrosque constituisse videatur.

XXII. At enim[15] et gladiatores,[i] et omnis ista vis, rogationis[k] Cæciliæ causa comparabantur:[16] [p. 179.] atque in

bent præpositionem *in*.—9 ς *conservari*, sine copula: Ald. Crat. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. *conservarique*.—10 *Ambitione* χ, ed. Mediol. Junt. Lamb. Vid. Nott. Varr.—11 Oliv. solus *At ne*. Pro *hæc* in C H T, Dresd. *hoc*.—12 ς *est*. In Dresd. deest.—13 Junt. Nang. Cam. Lamb. et Orell. *populi Romani*. Ceteri *R. P.* vel *reipublicæ*. Pro *disjunxerit* C H S ς χ, Barb. Pith. Dresd. Franc. 1. 2. et edd. ante Grut. *diviserit*: nonnulli Pall. *dimiserit*; alii *disjusserit*. Ceteri *dijunxerit* aut *disjunxerit*. Garaton., si quid mutandum fuerit, mavult *dejunxerit*.—14 Al. *dimovisse*. Mox, ς *videantur*.

Cap. XXII. 15 *Enim* non est in T.—16 C *Cæcilii causa comparabatur*.

NOTÆ

f *De ambulatione* [*ambitione*] Per ambitionem, magistratuum petitionem significat.

g *Reipublicæ fortuna disjunxerit* [*populi Rom. fortuna diviserit*] Populi Rom. fortuna fecit, ut Romani victores essent, et Pompeiani parte agri mulctarentur.

h *Alteros demovisse*] Id est, Pompeianos agri parte abire coëgisse.

i *At enim et gladiatores*] Aliud crimen, quod Cæcilium adjuverit ferentem rogationem pro ambitu, sive de restituendo Sullam in consulatum.

k *Rogationis*] Rogatio lex erat nondum a populo probata, sed ad cognoscendum et probandum proposita sub hac formula, 'Velitis, jubeatis, Quirites.' A C. Cassio, tribuno plebis, C. Mario, et L. Flacco coss. A. U. C. 554. lex lata est, 'ut quem populus damnasset, cuive imperium abrogasset, in senatu ne esset.' Contra hanc legem L. Cæcilius, tribunus plebis, postea intercessit, quia contra Cæcilium fratrem suum ab infesto tribuno plebis Cassio lata erat. Q. enim Cæcilio, re in Cimbros male gesta, imperium consulare erat abrogatum: arguebat ergo Sullam Torquatus, quasi et ipse damnatus de ambitu, una cum L. Cæcilio contra legem eam, et contra rempub. rogationem illam adjuvisset. Sed utrumque Cicero excusat ab eventu, nihil pertinaciter neque Cæcilium, neque Sullam, aut contra rempub. intercessisse, aut fecisse tollenda lege.

hoc loco in L. Cæcilium, pudentissimum atque ornatissimum virum, vehementer invectus est:[17] cujus ego de virtute et constantia, judices, tantum dico; talem hunc in ista rogatione, quam promulgavit,[18] non de tollenda, sed de levanda calamitate fratris sui, fuisse, ut consultum esse voluerit[19] fratri, cum republica[20] pugnare noluerit; promulgarit impulsus amore fraterno, destiterit fratris auctoritate deductus. 63. Atque in ea re per L. Cæcilium Sulla accusatur, in qua re[1] est uterque laudandus: primum Cæcilius, * qui id promulgarit, in quo res judicatas videbatur voluisse rescindere, ut statueretur:[l] Sulla recte reprehendit.[2] Status enim reipublicæ maxime judicatis[3] rebus continetur. Neque ego tantum fraterno amori[m] dandum[4] arbitror, ut quisquam de salute[5] suorum consulat, communem relinquat. Nihil[6] de judicio ferebat: sed pœnam ambitus[n] eam[7] fere-

Tum *atque hoc in loco* Steph. *atque hoc loco*, sine præpositione, edd. aliæ ante Grut. cum Oliv. Lall. et Orell. In Dresd. legitur, *at hoc loco.* Paulo post, H S T ϛ χ et edd. ante Lamb. *prudentissimum.*—17 χ caret *est.*—18 Car. Steph. *promulgarat.*—19 Græv. e Franc. 1. 2. et ed. pr. recepit *ut consulere voluerit* ut conjecerat Gulielm. Pro *consultum* C S ϛ χ, Pith. Dresd. Barb. Pall. et Ven. 1480. *consul:* et pro *voluerit* H *noluerit.*—20 Edd. ante Lamb. cum Verburg. et Oliv. *tamen cum republ.* Lamb. *cum republ. tamen.* Ceteri *tamen* omittunt. Mox in ϛ χ *promulgavit.*—1 Pro *re* C habet *rep.* χ *re p.*—2 Ms. Bergeri, *In qua re est utique laudandus per eum Cæcilius qui si promulgarit: in quo res judicatas videbatur voluisse rescindere: restitueretur Sylla recte reprehendis.* Lamb. edidit, *primum Cæcilius, qui fratris calamitatem levare pœna legis mitiganda voluerit, laudem meretur: deinde Cæcilium, qui id promulgavit, in quo res judicatas videbatur voluisse rescindere, ut Sulla restitueretur, Sulla recte reprehendit.* Ferratius Epp. p. 297. ita correxit, *primum Cæcilius, qui laboraverat, ut frater restitueretur; deinde Cæcilium, qui id promulgarit, in quo res jud. vid. vol. resc., Sulla recte repr.* In C deest *Cæcilium.* Loco *promulgarit* H et ψ habent *promulgaret;* C S T ϛ χ, Franc. 1. Dresd. *promulgare.* Pro *ut statueretur* Ms. Ursini *ut tueretur:* unde Lall. conjecit *ut fratrem tueretur*, et Garaton. *ut re tueretur:* in ed. Naug. *ut restituerent.* Franc. 2. et ed. 1472. *ut statueret Sulla recte repr.* Amicus quidam Ursini conjecit *in fratre tum Sulla, qui de se reprehenderit.* Vid. Nott. Varr.—3 ϛ *indicatis.*—4 Idem Ms. *laudandum.*—5 Quidam conjecerunt *dum saluti.*—6 Pro *Nihil* T habet *Inde;* Lamb. *Atqui nihil;* Ferratius conjecit *Nihil tamen.* C H S ϛ χ omittunt præpositionem ante *judicio.*—7 Pro *eam* χ *ipse.* Pro *eam ferebat* Lamb. et Orell. auc-

NOTÆ

[l] *Ut statueretur*] Id est, ut res judicatæ, et legibus sancitæ, ne irritæ fierent.

[m] *Fraterno amori*] Sulla Cæcilii frater fuit, vel quia ex eadem matre nati sunt, vel quia alter alterius sorori nupserat.

[n] *Sed pœnam ambitus*] Tulit legem

bat, quæ fuerat nuper[8] superioribus legibus constituta. Itaque hac rogatione, non judicum sententiam,[9] sed legis vitium corrigebat. Nemo judicium reprehendit cum de pœna queritur,[10] sed legem; damnatio enim est judicum,[11] quæ manebat; pœna legis, quæ levabatur.[12] 64. Noli igitur animos eorum ordinum,[o] qui præsunt judiciis summa cum gravitate et dignitate, alienare a causa. Nemo labefactare judicium est conatus: nihil est ejusmodi promulgatum. Semper Cæcilius in calamitate fratris sui judicum[13] potestatem perpetuandam, legis[14] acerbitatem mitigandam putavit. XXIII. Sed quid ego de hoc plura disputem? Dicerem fortasse, et facile et libenter dicerem. Si paulo etiam longius,[p] quam finis[n] quotidiani officii postulat, pietas et fraternus amor L. Cæcilium[15] protulisset;[o] implorarem sensus vestros;[q] uniuscujusque indulgentiam in suos testarer; peterem errato veniam L. Cæcilii[16] ex intimis vestris cogitationibus, atque ex humanitate communi. 65. Lex dies fuit[r] proposita[17] paucos; ferri cœpta nunquam: posita

[n] *Honestas.* [o] *Provexisset.*

toritate Ms. Memmian. dederunt *auferebat.* Verba *sed pœnam amb. eam fer.* non sunt in H T.—8 Vocem *nuper*, Ernesto suspectam, delevit Schutz.—9 In ς *sententia.*—10 Hervag. *quæritur.*—11 ψ *damnato*, et C χ *judicium.*—12 H et ψ *levabitur.* Pro *Noli* Ern. conjecit *Nemo* legend.—13 T χ *judicium.*—14 Pal. 2. *perpetuam quandam legis.*

Cap. XXIII. 15 Franc. 1. 2. et ed. pr. *L. Cœlium.* Dein T, Franc. 1. 2. et ed. pr. *pertulisset:* Gulielm. e Ms. Erf. maluit *propulisset.*—16 Schutz. e suspicione Beckii delevit *L. Cæcilii.* Orell. uncis inclusit.—17 Pith. *posita.* Mox, pro *ferri* in Franc. 2. et ed. pr. *fieri.* In Franc. 1. 2. *cœpta : nunquam est posita :* Hervag. *cœpta : nunquam pos.* Loco *posita* Orell. e Ms. Erf. dedit *depo-*

NOTÆ

C. Calpurnius Piso, consul cum M' Glabrione, ut ambitus damnati omni honoris petitione prohiberentur, certaque pecunia mulctarentur. Ita Dio lib. XXVI. Novam huic pœnam adjecit Cicero consul ex senatus auctoritate, ut exilium decem annorum adderetur.

[o] *Eorum ordinum*] Senatus et equester ordo judicabant.

[p] *Si paulo etiam longius*] Id est, si Cæcilius fratris sui causa aliquantulum peccasset.

[q] *Sensus vestros*] Obtestatur judices, ut indicent quid sentirent, si essent in loco Cæcilii, et talem affectum erga fratrem haberent.

[r] *Lex dies fuit*] Jam Cæcilium non peccasse ostendit.

est in senatu; populum Romanum latuit. Cum in Capitolium nos[s] senatum convocassemus, nihil est actum prius: et id mandato[18] Sullæ Q. Metellus prætor[t] se loqui dixit, Sullam istam rogationem[19] de se nolle ferri. Ex illo tempore L. Cæcilius multa de republica[20] egit: agrariæ legi,[u] quæ tota a me reprehensa et abjecta est,[1] intercessorem[x] fore professus est: improbis largitionibus restitit: senatus auctoritatem nunquam impedivit; ita se gessit in tribunatu, ut, onere[2] deposito domestici officii,[p] nihil postea nisi de reipublicæ[3] commodis cogitarit. 66. Atque in ipsa rogatione, ne per vim quid ageretur,[4] quis tum nostrum Sullam aut Cæcilium verebatur? nonne omnis ille terror,[5] omnis seditionis timor atque opinio, ex Autronii improbitate[y]

[p] *Relicta cura rei domesticæ.*

sita, prob. Gulielm. Lamb. *proposita.* Post *latuit* in ed. Hervag. comma ponitur. '*Populum Romanum latuit*] Magna hic est lectt. varietas. Franc. 2. ed. pr. 1472. et Ven. 1480., omissis his tribus verbis, habent *relaturi cum in Cap.* Pith. *rel. lati cum in Cap.* Barb. *rel. lat. . . .* reliquis literis exesis (ut fort. esset *relaturi*): C T *senatu. relaturi cum in Cap.* H *senatum. rel. lateri cum in Cap.* S *senatu relateri, cum in Cap.* ϛ χ *senatu R. lateri cum in Cap.* ed. Med. (præeunte Ven. 1480.) *ferri cœpta: nunquam posita est in senatu: rogatio lata est: cum in Cap.* ed. Vict. (s. Naug.) *ferri cœpta, nunquam posita est in senatu, populum Romunum latuit.* Grævius censuit verba *posita est in senatu,* et *populum Romanum latuit* spuria esse; Garatonus autem hæc omitti voluit, reliqua ita legi, *deposita est in senatu, relaturi cum in Cap.*' Beck. Orellius auctoritate Ms. Teeg. ita dedit, *senatu. Kalendis Januariis cum in Cap.*—18 Pith. Lamb. Græv. et Orell. *mandatu.* Mox, pro *prætor* H, Dresd. Franc. 1. 2. *pater.*—19 Pro *rogationem* C T, Pith. *cognitionem;* ϛ χ *cognationem.* '*Illam*] *Istam* Ern. Beck. Schutz. errore typographico, nam etiam Grut. *illam.*' Orell. —20 Lamb. Schutz. et Orell. auctoritate dederunt *e republ.*—1 Ern. conjecit *abjecta erat.* Mox, Lamb. *interc. se fore.* Loco *professus* C H ϛ χ ψ, Pith. Dresd. Franc. 1. 2. ed. 1472. Med. Vict. habent *perpessus.*—2 C H T *honore.* —3 Lamb. *e reipubl.*—4 Ern. conjecit *ageret* vel *agerent.* Tum *quis tamen nostrum* Mss. nonnulli, Ven. 1483. Junt. Steph. Grut. Oliv. Lall. Beck. et Orell. *quis tamen vestrum* Crat. *quis tandem vestrum* Lamb. *quis tum vestrum* alii.—5 Verba *omnis ille terror* in edd. Manut. et Lamb. omittuntur. In Ven. 1483. Hervag. Naug. legitur *omnis terror ille.* In T deest *omnis* ante

NOTÆ

[s] *Nos*] Consul fuit Cicero quo anno Cæcilius tribunus plebis fuit.

[t] *Metellus prætor*] Metellus Celer, post biennium, legitimo intervallo, cum Afranio consul fuit.

[u] *Agrariæ legi*] Agrariam legem promulgaverat Rullus trib. pleb. contra quam Cicero dixit.

[x] *Intercessorem*] Unius intercessio tribuni sufficiebat ad legem impediendam, quam alii plures tribuni ferre voluissent.

[y] *Ex Autronii improbitate*] Autronius, damnatus ambitus, sperabat le-

pendebat? ejus voces, ejus minæ ferebantur: ejus aspectus, concursatio, stipatio, greges hominum perditorum, metum [6] nobis seditionesque afferebant. Itaque P. Sulla, hoc [7] importunissimo tum honoris,[q] tum etiam calamitatis socio atque comite, et secundas fortunas amittere coactus est, et in adversis sine ullo remedio atque allevamento [r] [8] permanere.

XXIV. 67. Hic tu epistolam [z] meam sæpe recitas, quam ego ad Cn. Pompeium de meis rebus gestis et [9] de summa reipublicæ misi: et ex ea crimen aliquod in P. Sullam quæris: et, si furorem [10] incredibilem, biennio ante conceptum,[a] erupisse in meo consulatu scripsi, me hoc demonstrasse [s] dicis, Sullam in illa fuisse superiore conjuratione.[11] [*p*. 180.] Scilicet is sum, qui existimem, Cn. Pisonem,[b] et Catilinam, et Vargunteium, et Autronium nihil scelerate, nihil audacter ipsos per sese sine P.[12] Sulla facere potuisse. 68. De quo etiam si quis dubitasset antea; num (id quod tu [13] arguis) cogitasset, interfecto patre tuo, consule,[c] descendere [d] Kalendis Januariis [14] cum lictori-

[q] *Consulatus.* [r] *Deminutione.* [s] *Significasse.*

seditionis.—6 Pro *metum* Schutz. conjecit *tumultum* legend.—7 A Pith. abest *hoc.*—8 C *alleviamento.*

CAP. XXIV. 9 Copula non est in C. Tum Teeg. cum Lamb. et Orell. *de summa republica:* Ven. 1483. *de summa R. P.*—10 *Ubi si fur.* Ms. Busbeq. *et quia si fur.* Pal. 1. *et qui fur.* Barb. Ven. 1480. Junt. *quia fur.*, omissis verbis *et si*, Pal. 5. unde Schutz. et Orell. dederunt *et quia fur.* Pro *furorem incredibilem* T habet *incredibile.*—11 H *de me*, omissis verbis *hoc demonstr. . . . conjuratione.*—12 Prænomen *P.* in C et T deest.—13 *Quod* non est in χ, nec *tu*

NOTÆ

gis beneficio, rem de se judicatam labefactari posse, aut pœnam ejus imminui.

[z] *Hic tu epistolam*] Objiciebat Torquatus Sullæ Ciceronis epistolam, quam ad Pompeium in Asia scripserat, qua eum monebat de tota conjuratione, in eaque Sullam inter conjuratos nominari.

[a] *Biennio ante conceptum*] Duobus annis ante Ciceronis consulatum, prima Catilinæ conjuratio facta est.

[b] *Cn. Pisonem*] Cotta et Torquato coss. cum Catilina et Autronio Piso conjuraverat.

[c] *Interfecto patre tuo, consule*] In priore conjuratione L. Torquatum et Cottam, cum consulatum inirent, interficere statuerant, et hunc per vim invadere.

[d] *Descendere*] Omnes fere viri nobiles in collibus habitabant; quare

bus?[e] Sustulisti hanc suspicionem, cum dixisti, hunc, ut Catilinam consulem efficeret, contra patrem tuum operas[15] et manum[f] comparasse. Quod si tibi ego confiteor,[16] tu mihi concedas necesse est, hunc, cum[17] Catilinæ suffragaretur, nihil de suo consulatu, quem judicio amiserat, per vim recuperando cogitavisse:[18] neque enim istorum facinorum tantorum, tam atrocium, crimen, judices, P. Sullæ persona suscipit.[19]

69. Jam enim faciam,[20] criminibus omnibus fere dissolutis,[g] contra atque in ceteris causis fieri solet,[1] ut nunc denique de vita hominis ac de moribus dicam. Etenim de principio[2h] studuit animus occurrere magnitudini criminis,[i] satisfacere expectationi hominum; de me aliquid ipso,[3] qui accusatus eram, dicere: nunc jam revocandi estis eo, quo vos ipsa causa, etiam tacente me, cogit animos[4] mentesque convertere. XXV. Omnibus in rebus, judices, quæ graviores majoresque sunt, quid quisque voluerit, cogitarit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus ejus, qui arguitur, est ponderandum. Neque enim potest quisquam[5] nostrum subito fingi, neque cujusquam repente vita mutari,

in ς.—14 C T *Kalendas Januarias.*—15 Franc. 1. *operam.*—16 Gothofred. et Lamb. *confitebor.*—17 Pro *cum* C et ς *tu.*—18 χ *recogitavisse.*—19 Franc. 1. *suscepit.*—20 T *Jam ego fac.*—1 C *soleret.*—2 Lamb. et Schutz. *a princ.* Mox, C *crimini.*—3 *De me aliquid, et de ipso* edd. pleræque ante Grut. *de me aliquid de ipso* sex Oxonn. Mss. Barb. Franc. 1. 2. Ven. 1480. *de me aliquid ipso* Erf. Grut. et edd. seqq. Dein *accus. erat* C H T, Barb. Franc. 1. 2. Ven. 1480. et al. *accus. est* ς, Hervag. Naug. Manut. Lamb. *accusator est* Ms. Henr. Stephani: *accusatus eram* ex Erf. dedit Grut. cum edd. seqq.—4 Olim legebatur *cogit, animis.* Pro *cogit . . . Omnibus*, C *aiut omnibus*; H *cogit omnibus* cum spatio; S ς χ *cogit animis omnibus*; ψ *cogit animus omnibus.*

NOTÆ

cum veniebant, descendere in forum dicebantur.

[e] *Cum lictoribus*] Consules, quia fuerant designati, lictores habebant.

[f] *Operas et manum*] Per operas et manum, servitia et ministeria, sive servos et ministros, sive satellites intelligit.

[g] *Dissolutis*] Postquam respondit ad argumenta quæ contra Sullam objecta sunt, de illius jam vita et moribus agit.

[h] *De principio*] Ut de improviso, ita de principio dicitur.

[i] *Magnitudini criminis*] Statuit ostendere Sullam non fuisse in hac conjuratione.

aut natura converti.[6] 70. Circumspicite paulisper mentibus vestris, ut alia omittamus, hosce ipsos homines, qui huic affines sceleri[t 7] fuerunt. Catilina contra rempublicam conjuravit. Cujus aures unquam hoc respuerunt conatum[8] esse hominem usque a pueritia non solum intemperantia et scelere, sed etiam consuetudine et studio[9] in omni flagitio, stupro, cæde versatum? Quis eum contra patriam pugnantem periisse miratur,[10] quem semper omnes ad civile latrocinium[u] natum putaverunt? Quis Lentuli[k] societates cum indicibus,[11] quis insaniam libidinum, quis perversam atque impiam religionem recordatur, qui illum aut nefarie cogitasse, aut stulte sperasse[12] miretur? Quis de C. Cethego, atque ejus in Hispaniam profectione,[l] ac de vulnere Q. Metelli Pii cogitat, cui non ad illius pœnam carcer ædificatus[m] esse videatur? Omitto ceteros, ne sit infinitum.[13] 71. Tantum a vobis peto, ut taciti de omnibus, quos conjurasse cognitum est, cogitetis: intelligetis,[14] unumquemque illorum prius a sua vita, quam nostra suspicione esse damnatum. Ipsum illum Autronium (quoniam ejus nomen finitimum[x] maxime est hujus periculo et crimini) non[15]

[t] *Conjurationi.* [u] *Cives occidendos.* [x] *Conjunctum.*

Cap. xxv. 5 H *cujusquam.*—6 'Post *natura converti* in Ven. 1480. est glossema, *Nemo repente sit summus, nemo repente turpissimus,* haustum ex Juven. Sat. ii. 83.' *Beck.*—7 ς *sceleris.*—8 Ms. Ursini, Ven. 1480. Junt. *contaminatum,* et sic C supra lin. In C H S T ς χ, Barb. Pith. deest *usque.*—9 Pro *studio* χ *scelere.* Mox, C *flag. et stupro et cæde.* Pro *versatum* T *tum satum;* Erf. *grassatum.* Dein C H T ς *Quis enim contra.*—10 χ *minatur.*—11 Pro *indicibus* T et Pith. *judicibus;* Lamb. *audacibus.*—12 *Aut nefarie aut stulte cogitasse* Mss. plerique et edd. ante Grut.—13 χ *ne sit in infin.* Franc. 1. *ne cui sit infin.* Post *infinitum* nonnullæ edd. comma ponunt, et seqq. his statim adjungunt. Pro *Tantum* in χ *Tamen.* Paulo post, idem Ms. *tacite.*—14 C T ς χ *Intelligitis.* Pro *illorum* H χ *eorum.*—15 Pro *non* in T *nam.* Tum *sua ante acta vita* Naug. Car. Steph. et Orell. *sua consuetudo ac vita* Junt. *sua consuetudo ac vita ante acta* Lamb. et Schutz. *sua consuetudine ac vita* H, Dresd.

NOTÆ

[k] *Quis Lentuli*] Lentulus Sura primus fuit inter socios Catilinæ, et princeps occupandæ reipub.

[l] *In Hispaniam profectione*] Cethegus profectus est in Hispaniam ad Sertorium, qui contra patriam arma sumserat: quo in bello Metellus vulneratus est. Vide Catil. iii.

[m] *Carcer ædificatus*] In carcere strangulatus est.

sua hæc vita convincit? semper audax, petulans, libidinosus:[n] quem in stuprorum defensionibus[16] non solum verbis uti improbissimis solitum esse scimus, verum etiam pugnis et calcibus;[o] quem exturbare homines e possessionibus, cædem facere vicinorum, spoliare fana sociorum, vi conatum[17] et armis disturbare judicia, in bonis rebus omnes contemnere, in malis pugnare contra bonos, non reipublicæ cedere, non fortunæ ipsi succumbere. Hujus si causa non manifestissimis rebus[18] teneretur,[y] tamen eum mores ipsius ac vita convincerent. XXVI. 72. Agedum,[19] conferte nunc cum illis vitam P. Sullæ, vobis populoque Romano notissimam, judices, et eam ante oculos vestros proponite.[20] Ecquod[1] hujus factum aut commissum, non dicam audacius, sed quod cuiquam paulo minus consideratum videretur? Factum quæro?[2] verbum ecquod unquam ex ore hujus excidit, unde quisquam[3] posset offendi? At vero in illa gravi L. Sullæ victoria turbulentaque, quis P. Sulla mitior?[p] quis misericordior inventus est?[4] quam multorum hic[5] vitam est a L. Sulla deprecatus![q] quam multi sunt

[y] *Probationibus convinceretur.*

sua hac vita S χ: *sua ac vita* ς. Denique, pro *convincit* in ς *convivat.*—16 Pantagathus legi jussit *detersionibus,* ut est in Ms. Bergeri.—17 Lamb. et Schutz. deleverunt *conatum.* In C H T χ, Barb. Ms. Ursini, Ven. 1483. Junt. *conatu.* Orell., locum esse corruptum censens, conjecit *coactis* legend.—18 Lamb. *manef. in rebus.* Mox, in C deest *ipsius.* Postea, C T et Steph. *convinceret.*

CAP. XXVI. 19 ς *Agendum:* Lamb. *Agitedum.* In S deest *conferte.* Postea, *cum illius vitam* C H S ς, Dresd. Barb. et alii, Ven. 1480. 1483. Mediol. Steph. *cum illius vita vitam* Junt. Lamb. Grut. *cum illis vita* T.—20 ς et Lamb. *ponite.*—1 C H χ *Et quod.* Ita et paulo post in C.—2 Lamb. edidit *minus considerate vider. factum qu.* aut si *consideratum* servetur, deleri vocab. *factum* jussit post *vid.*—3 Pro *unde quisquam* ς habet *in quo;* χ *in quisquam;* Steph. *ut quisquam;* Junt. *unde vi quisquam.*—4 Verba *quis misericordior inventus est* non agnoscunt Mss. et edd. ante Grut. qui ea inseruit auctoritate Ms. Erf. Vocem *quam* ante *multorum* Hervag. primus inseruit ex Aul. Gel-

NOTÆ

[n] *Petulans, libidinosus*] De Autronii libidinibus et petulantia loquitur Plutarchus in Lucullo.

[o] *Pugnis et calcibus*] Pugnis et calcibus, id est, omni contumeliæ genere. De hoc proverbio Erasmus scripsit.

[p] *Quis P. Sulla mitior*] Longe aliter de Sulla loquitur, Off. l. II. Locum consule.

[q] *Vitam est a L. Sulla deprecatus*] Apud Sullam precibus suis a vita ci-

summi homines et ornatissimi,[6] et nostri[r] et equestris ordinis, quorum pro salute se hic[7] Sullæ obligavit![s] quos ego nominarem (neque enim ipsi[8] nolunt, et huic, animo gratissimo, adsunt): [*p.* 181.] sed quia majus est beneficium, quam posse debet civis civi dare, ideo[9] a vobis peto, quod potuit, tempori tribuatis,[t] quod fecit,[u] ipsi. 73. Quid reliquam constantiam vitæ commemorem? dignitatem?[10] liberalitatem? moderationem in privatis rebus? splendorem in publicis? quæ ita a fortuna deformata[11] sunt,[x] ut tamen a natura inchoata compareant. Quæ domus! quæ celebratio quotidiana![y] quæ familiaris[z][12] dignitas! quæ studia amicorum![z] quæ ex quoque ordine multitudo! Hæc diu multumque,[13] et multo labore quæsita,[14] una eripuit hora.[a] Accepit P. Sulla, judices,[15] vehemens vulnus et mortiferum; verumtamen ejusmodi,[16] quod videretur ejus vita et natura[b] accipere potuisse. Honestatis et dignitatis

[z] *Familiarium.*

lio Noct. Att. vi. 16.—5 H et Dresd. *hic* omittunt.—6 ς *honoratissimi.* H et T omittunt copulam ante *equestris.*—7 χ *huic.*—8 *Ipsi* non est in H. Tum χ *volunt.* T non habet *et* ante *huic.*—9 Pro *ideo* in C *non.*—10 H *libertatem.* —11 In H deest *deformata.* Pro *inchoata* χ *informata.* In Franc. 1. *coacta,* sed alia manus ascripserat, 'Al. *inchoata.*' Dein, H *appareant.* In Barb. *Quæ domi, quæ.*—12 Quidam, teste Orell., conjecit *familiarium.* In C *familiariter.*—13 C T *Hoc diu:* et Mss. plerique atque edd. vett. *multum* sine copula.—14 C *quæsitum.* Pro *hora* in ς *dies.*—15 Pro *judices* C et T *inde.* Tum Junt. Lamb. *vulnus vehemens.*—16 C T *hujusmodi.* Dein, *videtur* Ven.

NOTÆ

vium periculum avertit, cum alios proscriberet, alios trucidaret.

[r] *Nostri*] Senatorium ordinem significat.

[s] *Hic Sullæ obligavit*] Hic noster Sulla se obligavit, fore ut non alias quam Sullæ partes tuerentur, aut contra eum nihil molirentur et susciperent.

[t] *Tempori tribuatis*] Quia odiosum erat dicere multos hunc Sullam Sullæ dictatori addixisse, hoc idem mitigat, proposita temporis conditione, quo summa Lucius Sulla crudelitate in repub. dominabatur.

[u] *Quod fecit*] Quod civibus præstitit, ipsius bonitati tribuendum est.

[x] *Deformata sunt*] Quia de ambitu condemnatus est, virtutes ejus deformatæ sunt; quarum tamen principia a natura data, adhuc remanent.

[y] *Celebratio quotidiana*] Celebrabatur ejus domus conventu bonorum omnium antequam damnaretur.

[z] *Studia amicorum*] Studiosus amicorum fuit.

[a] *Una eripuit hora*] Cum ambitus damnatus est, perire totus ille dignitatis splendor visus est.

[b] *Vita et natura*] Condemnationis

habuisse nimis magnam judicatus est[17] cupiditatem: quam si nemo alius[c] habuit in consulatu petendo, cupidior judicatus est hic fuisse, quam ceteri: sin etiam in aliis nonnullis fuit iste consulatus amor; fortuna in hoc fuit fortasse gravior,[18] quam in ceteris. 74. Postea vero quis P. Sullam, nisi[19] mœrentem, demissum, afflictumque vidit? quis unquam est suspicatus, hunc magis odio, quam pudore hominum aspectum lucemque vitare? Qui cum multa[20] haberet invitamenta urbis et fori, propter summa studia amicorum, quæ tamen ei sola in malis restiterunt;[a] abfuit ab oculis vestris;[1] et, cum lege retineretur,[d] ipse[2] se exilio pæne mulctavit. XXVII. In hoc vos pudore, judices,[3] et in hac vita, tanto sceleri locum fuisse creditis? Aspicite ipsum: contuemini os: conferte crimen[e] cum vita: vitam, ab initio ad hoc tempus explicatam, cum crimine recognoscite.[4] 75. Mitto rempublicam, quæ fuit semper Sullæ carissima: hosne amicos, tales viros, tam cupidos sui, (per quos res ejus secundæ quondam erant ornatæ,[5] nunc sublevantur adversæ) crudelissime perire voluit, ut cum[6] Lentulo et Catilina et Cethego fœdissimam

[a] *Remanserunt.*

1483. Crat. *videatur* conjecit quidam ap. Orell.—17 C *judicatum est.* Ern. legi mavult *judicetur.* Ante *ceteri* C addit *jam.*—18 Dresd. *fortuna etiam hoc fuit fort. grav.*—19 Pro *nisi* ς χ *non.*—20 Manut. et Gothofr. *Qui dum multa.* In C deest *haberet.* Mox ς *restituerunt.*—1 T et Lamb. *nostris.*—2 χ *ipsæ.*

Cap. xxvii. 3 ς, Junt. Ern. et edd. seqq. *judices.* Ceteri *judicii.* Vid. Nott. Varr.—4 '*Conferte .... recognoscite*] Ita ex Ms. Erf. edidit Gruter. quem alii omnes secuti sunt. Fortassis ψ consensit. In Mss. plerisque aliis, ut Pall. Barb. C H S ς χ, edd. vett. ut Ven. 1480. 1483. *conferte crimen cum vita usque ad hoc tempus explicata cum crimine recogn.* Vulgata inde a Naug. usque ad Grut. fuit, *conf. cr. cum vita usque ad hoc tempus explicata: tum crimen recogn.* atque ita Ms. T habet, idemque in Franc. 1. ab aliena manu ascriptum fuit.' *Grut.*—5 C S T ς χ *ordinatæ.*—6 Pro *cum* in T *tum.* In χ deest *et* ante

NOTÆ

accepto vulnere, naturam retinuit.

[c] *Quam si nemo alius*] Excusat Sullæ ambitionem, quod alii eadem quidem cupiditate consulatus ducti sunt; sed quod damnatus sit, et alii sint incolumes, ejus adversa fuit fortuna.

[d] *Lege retineretur*] Lex Calpurnia reum ambitus tantum pecunia mulctabat; sed post hunc damnatum, lex Tullia adjecit exilium.

[e] *Crimen*] Conjurationis crimen, quo jam accusatur, non potuit cum ejus vita reperiri.

vitam ac miserrimam, turpissima morte proposita, degeret?[7] Non cadit, non, inquam, cadit in hos mores, non[8] in hunc pudorem, non in hanc vitam, non in hunc hominem ista suspicio. Nova quædam illa immanitas exorta est; incredibilis fuit ac singularis furor: ex multis ab adolescentia collectis perditorum hominum vitiis repente tanta ista importunitas[9] inauditi sceleris exarsit. 76. Nolite, judices, arbitrari, hominum illum impetum et conatum fuisse: neque enim ulla gens[10] tam barbara, aut tam immanis unquam fuit, in qua non modo tot, sed unus tam[11] crudelis hostis patriæ sit inventus. Belluæ quædam[12] illæ ex portentis immanes[f] ac feræ, forma hominum indutæ, extiterunt.[13] Perspicite etiam atque etiam, judices: nihil enim est, quod in hac causa dici possit[14] vehementius: penitus introspicite Catilinæ, Autronii, Cethegi, Lentuli,[15] ceterorumque mentes. Quas vos in his libidines, quæ flagitia, quas turpitudines, quantas audacias, quam incredibiles furores, quas notas scelerum, quæ indicia[16] parricidiorum, quantos acervos facinorum reperietis? Ex magnis, et diuturnis,[17] et jam desperatis reipublicæ morbis ista repente vis erupit, ut, ea confecta et ejecta, convalescere aliquando et sanari civitas posset.[18] Neque enim est quisquam, qui arbitretur, illis inclusis in republica pestibus, diutius hæc stare[19] potuisse. Itaque eos non ad perficiendum scelus, sed ad luendas reipublicæ pœnas, Furiæ quædam incitaverunt.[g]

Catilina. Mox, C *vitam et mis.*—7 ς *tegeret.* A Mss. plerisque et edd. vett. absunt verba *Non cadit*, quæ Lambinus primus inseruit auctoritate Ms. Henr. Stephani.—8 H omittit *non* ante verba *in hunc pudorem.*—9 C *rep. istæ tantum imp.* In H deest *tanta.*—10 ς *illa gens.*—11 Pro *unus tam* idem Ms. habet *unius causa.*—12 Pith. *quidem.*—13 Post *extiterunt* ed. Hervag. et al. comma ponunt.—14 H *posset.*—15 In χ deest *Lentuli.*—16 C *judicia.*—17 H *Ex magn. diut.* T *Ex magnis et ex diut.* Post *morbis* in C plene interpungitur.—18 Ven. 1483. Ern. Beck. Schutz. et Orell. *posset.* Ceteri *possit.*—19 H *diut. hoc stare:* edd. ante Lamb. præter Ven. 1483. Junt. *diut. hoc imperium stare.*

NOTÆ

[f] *Ex portentis immanes*] In prodigiis habentur ea animalia, quæ ceteris sui generis similia non sunt.

[g] *Furiæ quædam incitaverunt*] Pœ-

XXVIII. 77. In hunc igitur gregem vos nunc[20] P. Sullam, judices, ex his, qui cum hoc vivunt atque vixerunt, honestissimorum hominum gregibus, rejicietis?[1] ex hoc hominum numero,[2] ex hac familiari dignitate, in impiorum partem, atque in parricidarum cœtum[3] ac numerum transferetis? Ubi erit igitur[h] illud fortissimum[4] præsidium pudoris? [*p.* 182.] quo in loco nobis vita ante acta proderit? quod ad tempus existimationis partæ[5] fructus reservabitur, si in extremo discrimine ac dimicatione fortunæ deseruerit?[6] si non aderit? si nihil adjuvabit? 78. Quæstiones nobis servorum[i] ac tormenta accusator minitatur:[7] in quibus quanquam nihil periculi suspicamur; tamen illa tormenta gubernat dolor, moderatur natura cujusque[k] tum animi, tum corporis; regit[8] quæsitor;[l] flectit libido;[m] corrumpit spes;[n] infirmat metus; ut in tot rerum angustiis nihil veritati loci[9] relinquatur. Vita P. Sullæ torqueatur:[10o] ex ea quæratur, num quæ[11] occultetur libido, num quod lateat

CAP. XXVIII. 20 χ *hunc.* Mox, Junt. *ex iis.*—1 χ ψ *rejectis.*—2 In χ deest *numero.* Ante *ex hac fam.* H addit *et.* Pro *familiari* χ, Ven. 1483. Junt. *familiarum.*—3 Pro *cœtum* ς χ habent *cædem.*—4 Lamb. maluit *firmissimum*, prob. Garaton.—5 Pro *partæ* χ *per te.*—6 *Deserit* H S, Barb. Ven. 1483. Grut. *deseritur* Ven. 1480. *deseruit* C T, Franc. 2. *deseret* ς ψ, Lamb. Græv. Oliv. Lall. et Orell. *deseruerit* ceteri.—7 χ *minatur.*—8 T *reget.* Tum *quæstor* H S T ς χ.—9 ς *locus.*—10 Pro *torqueatur* Barb. Pith. Dresd. Franc. 1. 2. omnes Pall. septem Oxonn. Mss. et edd. pr. *Torquate*, prob. Grutero.—11 T

NOTÆ

nas improborum hominum divina voluntate expendi sæpe Cicero significat.

[h] *Ubi erit igitur*] Concludit quod si aliquando vita ejus ipsi profuit, hoc potissimum tempore prodesse debet.

[i] *Quæstiones nobis servorum*] Loquitur de quæstionibus quas accusator minabatur. Per quæstiones autem intelliguntur ea tormenta quæ ad scelerum et sociorum suorum veritatem eruendam adhibentur; quibus tamen non tantam fidem habendam esse contendit.

[k] *Moderatur natura cujusque*] Ut quisque est fidus vel infidus, fortis vel imbecillis, ita respondet.

[l] *Quæsitor*] Quæsitor præest quæstioni, qui sæpe callida interrogatione decipit.

[m] *Libido*] Libido, id est, illius cupiditas qui quærit.

[n] *Spes*] Libertatis spes, et metus tormentorum sæpe veritatem depravant.

[o] *Vita P. Sullæ torqueatur*] Id est, exprimatur veritas ex anteacta vita Sullæ.

facinus, num quæ crudelitas, num quæ audacia: nihil erroris erit in causa, nec obscuritatis,[12] judices, si a vobis vitæ perpetuæ vox, ea, quæ gravissima debet esse,[13] audietur. 79. Nullum in hac causa testem timemus: nihil quenquam scire, nihil vidisse, nihil audisse arbitramur. Sed tamen,[14] si nihil vos P. Sullæ fortuna movet, judices, vestra moveat: vestra enim, qui cum summa elegantia atque integritate vixistis,[15] hoc maxime interest, non ex libidine, aut simultate, aut levitate testium causas honestorum [16] hominum ponderari, sed in magnis disquisitionibus, repentinisque periculis, vitam uniuscujusque esse testem. Quam vos, judices, nolite armis suis spoliatam [p] atque nudatam objicere invidiæ, dedere suspicioni. Munite communem arcem [17] [q] bonorum, obstruite perfugia [18] [r] improborum: valeat [19] ad pœnam et ad salutem plurimum, quam solam videtis ipsam ex vi sua naturaque facillime [20] perspici; subito flecti fingique non posse. XXIX. 80. Quid vero hæc auctoritas, (semper enim de ea dicendum est; [1] quanquam a me timidemo diceque dicetur) quid, inquam, hæc auctoritas nostra,[2] qui a ceteris conjurationis causis [s] abstinuimus, P. Sullam defendimus? nihil hunc tandem juva-

quam: χ *quod:* al. edd. *qua*, atque ita etiam in seqq. Pro *quod* χ habet *quæ*. —12 H *neque obsc.*—13 Barb. *esse debet*, prob. Garaton.—14 ς *Sed tum.* In χ deest *si*. Pro *fortuna* in Ms. Bergeri *acta vita*, ut Pantagath. volebat.—15 *Vixistis atque integritate* e Franc. 1. dederunt Græv. et Lall.—16 H T χ *honestissimorum.*—17 C *artem:* ς *aurem.*—18 *Profugia* T: *perfugio* Lamb. e conjectura.—19 ‘ *Valeat hæc* Lambinus conjecit: sed fuit potius *Ea valeat.*’ Orell.—20 H *facile*, et T *prospici.*

CAP. XXIX. 1 C et T *est* omittunt. Mox, in H *et modice:* in C S ς χ *modice* sine copula. Paulo post, H S ς χ non habent *inquam.*—2 H T ς *vestra.*

NOTÆ

[p] *Armis suis spoliatam*] Per arma intelligit vitæ anteactæ integritatem, qua velut armis defenditur Sulla.

[q] *Arcem*] Vitam ejus anteactam arcem vocat, quia munita est contra accusationes quæ contra eum afferri possunt.

[r] *Perfugia*] Falsos testes vocat perfugia, quia sperabant se per eos probaturos esse crimina quæ fingebant in Sullam.

[s] *A ceteris conjurationis causis*] Nullum alium ex conjuratis defendere Cicero voluit.

bit? Grave[b] est hoc dictum fortasse, judices, si appetimus aliquid;[3] [t] si, cum ceteri de nobis silent, non etiam nosmet ipsi tacemus, grave: sed, si lædimur, si accusamur, si in invidiam vocamur; profecto conceditis,[4] judices, ut nobis libertatem[u] retinere liceat, si minus liceat dignitatem. 81. Accusati sunt[5] uno nomine[x] consulares; ut jam videatur honoris amplissimi[c] nomen plus invidiæ, quam dignitatis afferre. Affuerunt, inquit, Catilinæ, illumque laudarunt. Nulla tum[6] patebat, nulla erat cognita conjuratio: defendebant amicum, aderant supplici,[7] vitæ ejus turpitudinem in summis ejus periculis non insequebantur. Quin etiam parens tuus, Torquate, consul reo de pecuniis repetundis[y] Catilinæ fuit advocatus, improbo homini, at supplici;[8] fortasse audaci, at aliquando amico. Cui cum affuit post delatam ad eum primam[9] illam conjurationem; indicavit se audisse aliquid, non credidisse. At idem non affuit[z] alio in judicio, cum adessent ceteri.[a] Si postea[10] cognorat ipse ali-

[b] *Efficax.* [c] *Consulatus.*

Pro *qui* C *quia.*—3 '*Grave est hoc dictum fortasse, judices; grave, si appet.*] Hæc *Grave . . . judices* ex Erf. primus inseruit Gruter. male tamen cum Græv. [Oliv. Lall.] Ern. Schutz. vocab. *grave* ante verba *si appet.* omittens. Restituit Beck. Schutz. præterea, nescio quo errore, tertium illud *grave* in fine clausulæ transposuit ante verba *si, cum ceteri.*' Orell. Pro *ceteri* χ *ceteris.* Postea, C *taceamus.*—4 H S, Franc. 1. Lamb. Græv. Lall. *concedetis,* ut Ursinus conjecerat.—5 Post *Accusati sunt* Lamb. cum Orell. addit *omnes.* In ed. Junt. *Accusati sunt, quæro, num hic ille? sed omnes uno nomine cons.*—6 C H ϛ *tamen.*—7 H *supplices.*—8 *Atque suppl.* Franc. 1. *ac suppl.* C H ϛ χ. Pro *at* ante *aliquando* χ habet *et;* ψ *ut.*—9 Vict. Hervag. *primum.*—10 Pith. *Sed*

NOTÆ

[t] *Appetimus aliquid*] Ex sua auctoritate in dicendo laudis erat appetens.

[u] *Libertatem*] Libertatem de se dicendi postulat, si quis eum offendat, neque sibi fas sit de sua gloria dicere.

[x] *Accusati sunt uno nomine*] Catilina bis causam dixit: primum a Clodio repetundarum accusatus est; deinde a L. Lucullo inter sicarios reus factus est, quod fuerit in prima conjuratione: hunc autem aliosque conjuratos in judicium vocatos, et consulares viros Catilinæ affuisse, ceteris defuisse, ab iisque Catilinam laudatum, Cicero significat.

[y] *De pecuniis repetundis*] Catilina prætor Africam vexaverat, et a Pub. Clodio repetundarum accusatus est; cumque consulatum peteret, repulsam passus est. Huic affuit Torquatus pater consul, Cicerone prætore.

[z] *At idem non affuit*] Torquatus pater non affuit Catilinæ, quando parricidii accusatus est.

[a] *Cum adessent ceteri*] Consulares

quid, quod in consulatu ignorasset; ignoscendum est iis, qui postea nihil audierunt. Sin illa [11] res [b] prima valuit; non inveterata, quam recens, debuit esse gravior. Sed, si tuus parens, etiam [12] in illa suspicione periculi sui,[c] tamen humanitate adductus advocationem [d] hominis improbissimi sella curuli atque ornamentis et suis [13] et consulatus honestavit; quid est, quamobrem consulares, qui Catilinæ affuerunt,[14] reprehendantur? 82. At iidem iis,[15] qui ante hunc causam de conjuratione dixerunt, non affuerunt. Tanto scelere astrictis hominibus, statuerunt nihil a se adjumenti, nihil opis,[16] nihil auxilii ferri oportere. [*p.* 183.] Atque, ut de eorum constantia atque animo in rempublicam dicam, quorum tacita gravitas [17] et fides de unoquoque loquitur, neque cujusquam ornamenta orationis desiderat; potest quisquam dicere unquam meliores, fortiores, constantiores consulares fuisse, quam iis temporibus [e] et periculis quibus pæne oppressa est respublica? Quis non de communi salute apertissime,[18] quis non fortissime, quis non constantissime sensit? Neque ego præcipue de consula-

postea.—11 T *Sed illa.* 'Legebatur olim in ed. pr., Ven. 1480. Hervag. Naug. prioribus Manut. Lamb. Verburg. *Sin illa res de pecuniis repetundis* (nonn. *res pecuniis de repetundis*) *prima val.* atque ita etiam Pal. 1. Franc. 2. exhibent. Sed in al. codd. Lambini, Pall. Barb. (etiam Oxonn. ut videtur), Ven. 1483. Rom. Brix. Med. Junt. Ald. deest glossema hoc *de pecuniis repetundis*, atque deleri Lamb. et Manut. jusserunt, quibus Græv. Oliv. Ern. Lall. obsecuti sunt.' *Beck.*—12 Pro *parens* χ *pater;* et pro *etiam* C *esset.* Postea, H ς χ *peric. tui.*—13 C *sui.*—14 H *adfuerant.*—15 In ς deest *iis.*—16 C *nihil operis.* Pro *ferri* in χ *ferre.*—17 χ *gratia.*—18 H *aptissime*, et mox *sentit.*—

NOTÆ

plurimi affuerunt Catilinæ in causa de repetundis. Id vero proponit Cicero tanquam dictum a Torquato, ut Cicero consulares purget.

[b] *Sin illa res* [*de pecuniis repetundis*] Id est, si defensio veteris criminis de repetundis valuit, valere etiam recentis debet defensio: at prior valuit; ergo et posterior, quia recens erat et minus consularibus cognita.

[c] *Periculi sui*] Catilina voluerat interficere omnes consulares.

[d] *Advocationem*] Dicit Torquatum advocatum venisse in causam Catilinæ. In judiciis enim tum privatis tum publicis id moris fuit, ut amici reo præsentiam commodarent, ut eorum auctoritate judices moverentur. Dicit autem Torquatum affuisse Catilinæ cum omnibus consulis ornamentis.

[e] *Iis temporibus*] Tempora notat quibus hæc secunda conjuratio facta est.

ribus disputo:[19] nam hæc et hominum ornatissimorum, qui prætores fuerunt,[f] et universi senatus, communis est laus; ut constet, post hominum memoriam nunquam in illo ordine plus virtutis, plus amoris in rempublicam, plus gravitatis fuisse. Sed quia sunt descripti consulares,[g] de his tantum mihi dicendum putavi, quod satis esset; attestante memoria[20] omnium,[d] neminem esse ex illo honoris gradu, qui non omni studio, virtute, auctoritate, incubuerit ad rempublicam conservandam. XXX. 83. Sed quid? ego, qui Catilinam non laudavi, qui reo Catilinæ consul non[1] affui, qui testimonium de conjuratione dixi in alios, adeone vobis alienus a sanitate,[2] adeo oblitus constantiæ meæ, adeo immemor rerum a me gestarum esse videor, ut, cum consul bellum gesserim cum conjuratis, nunc eorum ducem[h] conservare[3] cupiam, et in animum inducam,[4] cujus nuper ferrum retuderim, flammamque restinxerim, ejusdem nunc causam vitamque defendere? Si, medius fidius,[i] judices, non me ipsa respublica, meis laboribus et periculis conservata, ad gravitatem animi et constantiam sua dignitate[5] revocaret; tamen hoc natura est insitum, ut, quem

[d] *Testimonio memoriæ omnium.*

19 Pro *disputo* H S ϛ χ *dico sese disputo.* Pro *nam* Pith. habet *sed.* ϛ, Steph. Lamb. non habent copulam ante *hominum.*—20 *Attestantem memoriam* C H S T ϛ χ, Ms. Vict. Pall. Ven. 1483. Grut. Verburg. *ad testandam mem.* Lamb. e conjectura. Ceteri ut Ern. In marg. ed. Lugd. memoratur lectio, 'Al. *adstantem.*' Gulielm. maluit *antestantem mem.*

CAP. XXX. 1 In C deest *non* ante *adfui.* Pro *de conjuratione* χ *conjurationis.*—2 Verba *a sanitate* non sunt in T.—3 *Servarem* T: *servare* C H S ϛ χ, Pith. Dresd. Franc. 1. 2. Pariss. et edd. pr. pleræque, cum Græv. Lall. Beck. Schutz. et Orell.—4 χ *deducam.* In C deest *nuper,* pro quo H habet *nunc.* Tum *recunderim* ϛ: *recuderim* χ. Postea, ϛ *flammamque perstrinxerim.*—5 C

NOTÆ

[f] *Qui prætores fuerunt*] L. Val. Flaccus, L. Pomtinus, qui in ponte Mulvio Allobroges, Gallorum legatos, ad Catilinam properantes, interceperunt.

[g] *Sunt descripti consulares*] Oratione Torquati designati et reprehensi sunt illi consulares.

[h] *Eorum ducem*] Non est probabile Ciceronem, qui bellum conjuratis indixit, voluisse Sullam defendere, qui si fuisset in conjuratione, ipsorum dux extitisset.

[i] *Medius fidius*] Antiqua jurandi formula per Deum fidium; subauditur autem 'juvet;' quasi dicat, Me Deus fidius juvet.

timueris, quicum de vita fortunisque contenderis,[e] cujus ex insidiis evaseris, hunc semper oderis. Sed, cum agatur honos meus amplissimus, gloria rerum gestarum singularis; cum, quoties quisquam est in[6] hoc scelere convictus, toties renovetur memoria per me inventæ salutis; ego sim[7] tam demens? ego committam, ut ea,[8] quæ pro salute omnium gessi, casu magis et felicitate a me, quam virtute et consilio gesta esse videantur? 84. Quid ergo? hoc tibi sumis,[f] dicet fortasse quispiam, ut, quia tu defenderis,[9] innocens judicetur? Ego vero, judices, non modo nihil[10] mihi assumo, in quo quispiam repugnet; sed etiam, si quid ab omnibus[11] conceditur, id reddo ac remitto. Non in ea republica versor, non iis temporibus caput meum obtuli pro patria[12] periculis omnibus, non aut ita sunt exstincti, quos vici, aut ita grati, quos servavi, ut ego[13] mihi plus appetere coner, quam quantum omnes inimici invidique patiantur. 85. Grave[g] esse videretur,[14] eum, qui investigarit conjurationem, qui patefecerit, qui oppresserit,[15] cui senatus singularibus verbis gratias egerit,[k] cui uni togato[l] supplicationem decreverit, dicere in[16] judicio, 'Non defenderem, si conjurasset.' Non dico id, quod grave est: dico illud, quod, in his causis conjurationis, non auctoritati assumam, sed pudori meo:[h] 'Ego ille conjurationis investigator atque ultor, certe non defenderem Sullam, si conjurasse ar-

[e] *Qui conatus sit te occidere.* [f] *Arrogas.* [g] *Efficax.*
[h] *Non quod auctoritas, sed modestia permittit.*

gravitate.—6 Lamb. delevit præpositionem *in.*—7 In H et T *sum.*—8 *Ea* non est in H.—9 H *defendis.*—10 C *non nihil.*—11 Pro *omnibus* H *hominibus.* Mox, C *reddo et rem.* Postea, C H *in mea republ.*—12 C H S T χ ψ *patriæ.* —13 C ς χ et edd. nonnullæ *eo.*—14 H S T ς et quædam edd. vett. *videtur.* In ed. Hervag. *Grave esse eum videretur.*—15 C *patefecit, qui oppressit.*— 16 H omittit præpositionem *in* ante *judicio.* Pro *non* idem Ms. habet *omnino.*

NOTÆ

[k] *Gratias egerit*] Cum Allobroges et Umbrenus ad Pontem Mulvium sunt deprehensi, ad Ciceronem adducti sunt. Senatus autem ei gratias egit, in æde Concordiæ tunc habitus. Vide tertiam Catilin.

[l] *Cui uni togato*] Ciceroni supplicatio decreta est propter detectam conjurationem, cum nemini togato unquam talis honos decretus fuisset.

bitrarer.' Ego, judices, de tantis omnium periculis cum quærerem omnia, multa audirem, non crederem omnia, caverem omnia: dico hoc, quod initio dixi, nullius indicio,[17] nullius suspicione, nullius literis [18] de republica P. Sullæ rem ullam ad me esse delatam. XXXI. 86. Quamobrem vos, Dii patrii ac penates,[19] [m] qui huic urbi atque huic imperio præsidetis, qui hoc imperium, qui hanc libertatem, populumque Romanum, qui hæc tecta atque templa, me consule, vestro numine auxilioque servastis, testor, integro me animo ac libero,[n] P. Sullæ causam defendere; nullum a me sciente facinus occultari; nullum [20] scelus susceptum contra salutem omnium defendi ac tegi. [*p.*184.] Nihil de hoc consul comperi, nihil suspicatus sum, nihil audivi. 87. Itaque idem ego ille,[1] qui vehemens [i] in alios, qui inexorabilis in ceteros esse [2] visus sum, persolvi patriæ, quod debui; reliqua jam a me meæ perpetuæ consuetudini naturæque debentur. Tam sum misericors, judices, quam vos; tam mitis, quam qui lenissimus.[3] In quo vehemens fui vobiscum, nihil feci, nisi coactus; reipublicæ præcipitanti [k] subveni: patriam demersam extuli: misericordia civium adducti, tunc fuimus tam vehementes, quam necesse fuit: salus esset omnium amissa una nocte, nisi esset severitas

[i] *Severus.* [k] *Periclitanti.*

—17 ς χ *judicio.*—18 χ, Ven. 1480. Junt. Ern. Schutz. et Orell. *nullius lit.* Omnes alii Mss. et edd. *nullis lit.* Dein, Ms. ap. Lamb. *de reatu P. Sullæ;* unde vir doctus ap. eum *de conjuratione P. Sullæ*, ipse Lamb. *de conjuratu P. Sullæ* legi voluerunt. In Dresd. Franc. 2. ed. 1472. Ven. 1480. *de rep. Sullæ:* Ven. 1483. et al. *de R. P. Sullæ:* Barb. *de re p. Sullæ:* Lamb. Beck. Schutz. et Orell. *de P. Sulla:* septem Oxonn. Mss. Crat. Grut. Græv. Oliv. Lall. *de re P. Sullæ.*

CAP. XXXI. 19 C T *patr. et pen.* In H et ψ deest *huic.*—20 C *testum nullum.*—1 Lambinus *ego idem ille.*—2 *Esse* non est in H.—3 ς χ *levissimus.*—

NOTÆ

[m] *Dii patrii ac penates*] Per Deos patrios et penates intelligit urbis custodes, ut sunt Jupiter Capitolinus et Minerva, qui a Cicerone nominantur in oratione pro Domo sua.

[n] *Integro me animo ac libero*] Testatur se vere et sincere, nullo amore impulsum, Sullæ causam defendere; nam amor liberum sæpe et integrum animum esse non sinit.

illa suscepta. Sed ut ad sceleratorum pœnam amore reipublicæ sum adductus, sic ad salutem innocentium voluntate deducor.[4]

88. Nihil video esse in hoc P. Sulla, judices, odio dignum, misericordia digna multa. Neque enim nunc[5] propulsandæ calamitatis suæ causa[6] supplex ad vos, judices, confugit; sed ne qua generi[7] ac nomini suo nota nefariæ turpitudinis inuratur. Nam ipse quidem, si erit vestro judicio liberatus, quæ habet[8] ornamenta, quæ solatia reliquæ vitæ, quibus lætari et perfrui possit? Domus erit, credo,[o] exornata: aperientur majorum imagines:[p] ipse ornatum[9] ac vestitum recuperabit. Omnia, judices, hæc amissa sunt: omnia generis, nominis, honoris insignia atque ornamenta unius judicii calamitate occiderunt.[10] Sed ne exstinctor patriæ, ne proditor, ne hostis appelletur, ne hanc labem tanti sceleris[11] in familia relinquat, id laborat,[l] id metuit; ne denique hic miser, conjurati, et conscelerati, et proditoris filius nominetur:[q] huic puero, qui est ei vita sua multo carior, metuit,[12] cui honoris integros fructus non sit traditurus, ne æternam[13] memoriam dedecoris relinquat. 89. Hic vos orat, judices, parvus,[14] ut se aliquando, si non integra fortuna, at afflicta,[15] patri suo gratulari sinatis. Huic misero notiora[16] sunt judiciorum itinera et fori, quam

[l] *Curat.*



4 H *adducor.*—5 In H T ψ deest *nunc.*—6 C *causæ.* Mox, ς omittit *judices.*—7 C *genere.*—8 Schutz. e conjectura Ernesti recepit *habebit.*—9 H *ornamentum.* Dein, C *recuperavit.*—10 *Cæciderunt* H: *conciderunt* Ms. Henr. Stephani.—11 Pith. et Ms. Henr. Stephani cum Lamb. Ern. Beck. Schutz. *tanti sceleris.* Ceteri *tanti generis.* Pro *familia* C *familiam.*—12 Verba *ne denique . . . metuit* ex Erf. primus inseruit Gruter.—13 Lamb. *ne ei æternam.*—14 Septem Oxonn. Mss. *patruus.*—15 C ς χ *ut afflicta.*—16 Pro *notiora* ς *gratiora.* Mox, verba *campi et* ex Erf. primus inseruit Gruter. *Scholæ et discipl.* e Ms. Henr. Steph.

NOTÆ

[o] *Credo*] Ironia est.

[p] *Aperientur majorum imagines*] Jus imaginis tantum habuere, qui curules magistratus gesserant: ut autem apertis armariis in quibus illæ conservabantur, festis diebus ostendebantur exornatæ; ita cum advenerat aliqua familiæ calamitas, claudebantur.

[q] *Filius nominetur*] Aderat judicio Sullæ filius ad excitandam judicum commiserationem.

Campi et disciplinarum.[m] Non jam de vita P. Sullæ, judices, sed de sepultura contenditur.[17] Vita erepta est superiore judicio; nunc, ne corpus ejiciatur, laboramus. Quid enim est huic reliqui, quod eum[18] in vita hac teneat? aut quid est, quamobrem hæc cuiquam vita videatur? XXXII. Nuper is homo fuit in civitate P. Sulla, ut nemo ei se neque honore, neque gratia, nec fortunis anteferret:[19] nunc, spoliatus omni dignitate, quæ erepta sunt, non repetit: quod fortuna in malis reliqui fecit, ut cum parente, cum liberis, cum fratre,[r] cum his necessariis lugere[20] suam calamitatem liceat, id sibi ne eripiatis, judices, vos obtestatur.[1] 90. Te ipsum jam, Torquate, expletum[n] esse[2] hujus miseriis, par erat. Etsi nihil aliud Sullæ nisi consulatum abstulissetis, tamen eo[3] vos contentos esse oportebat: honoris enim contentio[o] vos ad causam, non inimicitiæ deduxerunt.[4] Sed cum huic omnia cum honore detracta sint,[5] cum in hac fortuna misera[6] ac luctuosissima destitutus sit; quid est, quod expetas[7] amplius? Lucisne hanc usuram[8] eripere vis, plenam lacrymarum atque mœroris, in qua cum maximo cruciatu atque dolore retinetur?[9] Libenter reddiderit,[s] ademta ignominia fœdissimi[10] criminis.[p] An vero inimicum ut expellas?[t] cujus ex miseriis,

[m] *Scholarum.* [n] *Saturatum.* [o] *Ambitio.*
[p] *Conjurationis.*

recepit Lamb.—17 Pith. *conditur.*—18 In H deest *eum.* Tum, Lamb. *in hac vita.*

CAP. XXXII. 19 Steph. Lamb. *neque fort.* et ς *auferret.*—20 Pro *lugere* C H T ς χ *jungere.*—1 H et ψ *obtestamur.*—2 Omittunt *esse* quinque Oxonn. Mss. Ven. 1483. Junt. Cam. et Car. Steph. Tum, '*Par erat*] Ita pro olim vulg. *pateat,* quod est etiam in sex Oxonn. (excepto ψ), e suo Ms. ediderunt Stephanus, secuto eum Lambino, atque Gruterus ex Erf. cum omnibus recentt. edd. Sed Gothofredus in marg. ed. Lugd. repugnat, et rescribi vult *sat* (s. *satis*) *erat.*' Beck.—3 χ *eos.*—4 T *duxerunt.*—5 In χ deest *sint.*—6 Lamb. *miserrima.*—7 *Expectas* H S T ς χ, Pith. *expectat* C.—8 Lamb. *hujus usuram.*—9 H ψ *quam cum max. cruc. atque dol. retinet.*—10 ς *fidelissimi.*—

NOTÆ

[r] *Cum fratre*] Cæcilius Sullæ frater fuit, quia ex eadem matre fuit filius.

[s] *Libenter reddiderit*] Hanc lucis usuram reddimus, cum morimur, quia hanc a Deo accepimus.

[t] *Ut expellas*] In exilium abibant, qui condemnabantur.

si esses crudelissimus, videndo fructum caperes majorem, quam audiendo.[11] 91. O miserum et infelicem illum diem, quo consul omnibus centuriis[u] P. Sulla renuntiatus est! o falsam spem! o volucrem fortunam! o cæcam cupiditatem! o præposteram[x] gratulationem! quam cito illa omnia[12] ex lætitia et voluptate ad luctum et lacrymas[13] reciderunt, ut, qui paulo ante consul designatus fuisset, retineret[14] repente nullum vestigium pristinæ dignitatis! Quid enim erat mali, quod huic, spoliato honore, fama, fortunis,[15] deesse videretur? [*p.* 185.] aut cui novæ calamitati[16] locus ullus relictus esset?[17] Urget eadem fortuna, quæ cœpit: reperit[18] novum mœrorem: non patitur hominem calamitosum, uno modo afflictum, uno in luctu perire. XXXIII. 92. Sed jam impedior egomet, judices, dolore animi, ne[19] de hujus miseria plura dicam. Vestræ jam sunt partes, judices: in vestra mansuetudine atque humanitate causam totam repono. Vos, rejectione[20] interposita,[y] nihil suspicantibus nobis,[z] repentini in nos[1] judices consedistis, ab accusatoribus delecti[2] ad spem acerbitatis,[a] a fortuna nobis ad præsidium

11 C *majoremque audiendo.*—12 Gulielm. conjecit *illa omina* legend.—13 C *luct. et ad lacr.* ψ *luct., ad lacr.*—14 ϛ *retinet.* Mox, in eodem Ms. deest *pristinæ.*—15 ϛ *fortuna.*—16 Idem Ms. *calamitatis.*—17 Ms. Henr. Steph. *rel. esse:* Lamb. *rel. esse putaretur:* Schutz. e conjectura Ernesti *rel. erat.* Pro *Urget* in C *Viget.*—18 Hervag. Cam. *repetit.* Mox, Pith. *hominem calamitoso imo modo afflictum imo in luctu per.*

CAP. XXXIII. 19 χ *nec.*—20 *Vos et reject.* Ven. 1483. Lamb. Grut. Græv.

NOTÆ

[u] *Omnibus centuriis*] Populus Rom. a Servio Tullio rege in classes et centurias distributus est, id est, centenos homines. Hæ autem centuriæ ita divisæ magistratus majores creabant in Campo Martio comitiis centuriatis. De hoc dictum est orat. pro Muren. § 1. not.

[x] *O præposteram*] Præposterum id dicitur, quod mutato et perverso ordine fit, aut dicitur.

[y] *Rejectione interposita*] Facta judicum sortitione, licebat accusatori et reo recusare quos sibi incommodos putabant: ex iis autem qui rejiciebantur, conjiciebat facile populus Rom. qui causæ suæ confideret, aut qui vellet judices corrumpere: deinde fiebat subsortitio aliorum judicum, in locum eorum qui rejecti erant.

[z] *Nihil suspicantibus nobis*] Nullos judices rejecerat, quia causam Sulla desperabat.

[a] *Spem acerbitatis*] Credebant adversarii acerbiores fore in Sullam judices.

innocentiæ constituti. Ut ego, quid de me populus Romanus existimaret, quia severus in improbos[3] fueram, laboravi, et, quæ prima innocentis mihi defensio est oblata, suscepi; sic vos severitatem judiciorum,[b] quæ per hos menses in homines audacissimos facta est,[4] lenitate ac misericordia mitigate. 93. Hoc cum impetrare a vobis[5] ipsa causa debet; tum est[6] vestri animi atque virtutis[q] declarare, non esse eos vos, ad quos potissimum, interposita rejectione, devenire convenerit.[7] In quo ego, judices, vos, quantum meus amor in vos postulat, tantum hortor, ut communi studio, quoniam[8] in rebus[9] conjuncti sumus,[c] mansuetudine et misericordia vestra[10] falsam a nobis crudelitatis famam repellamus.

[q] *Fortitudinis.*

Oliv. Lall.—1 C *vos.* Mox, χ *consedetis.*—2 Lamb. *dilecti.*—3 ς *sev. et improbos.*—4 Lamb. legi mavult *facta sunt.*—5 H *Hæc.* ς omittit *a vobis.*—6 C T *tamen est:* H *tum et.*—7 C *convenit.*—8 Idem Ms. *quin.*—9 Pro *rebus* Mss. plerique et edd. ante Grut. cum Lall. et Orell. habent *republica.*—10 Lamb. *nostra.* Mox, H ς χ *a vobis.*

NOTÆ

[b] *Judiciorum*] Per judiciorum acerbitatem notat de conjuratis judicium qui in carcere interfecti sunt; paucis enim mensibus post Ciceronis consulatum hæc causa acta est.

[c] *In rebus* [*In repub.*] *conjuncti sumus*] Senator erat Cicero, ad quem cum ceteris pertinebat reipub. administratio.

M. TULLII CICERONIS

PRO A. LICINIO ARCHIA POETA

ORATIO XXVI.

ARGUMENTUM.

A. Licinius Archias fuit Antiochenus, qui cum poëtica floreret laude, et ab omnibus pæne Italiæ populis expeteretur, inprimisque apud principes quosdam Romanos esset gratiosus, hoc etiam eorum opera consecutus est, ut civitate Romana donaretur. Sed ei controversiam de civitate postea movit Gratius quidam, eumque reum fecit lege Plautia Papiria de civitate, qua cautum erat, ut, qui fœderatis civitatibus ascripti essent, si tum, cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent, et LX. diebus apud prætorem essent professi, ii demum cives haberentur. Hujus igitur causa suscepta, Cicero, commemorata Archiæ secum et summis hominibus familiaritate, omnia adversarii argumenta diluit ac refellit, sed leviter et non nisi perfunctorie. Itaque, ut justæ orationis mensuram impleret, arripuit occasionem, cum in humanitatis inprimisque poëticæ facultatis, tum in ipsius Archiæ laudes digrediendi, ostenditque, dignissimum civitate Romana Archiam esse.

I. 1. Si quid est in me ingenii,[a] judices, quod sentio

NOTÆ

[a] *Si quid est in me ingenii*] Nihil potentius est ad conciliandos auditorum animos oratori, quam modesta de se commemoratio; nec ad alienandos, quam vana de se ostentatio: hæc autem singularis fuit in Cicerone modestia, ut in plerisque ejus orationibus, ac præcipue pro Quintio, Corn. Balbo, &c. videre est.

quam sit[1] exiguum; aut si qua exercitatio dicendi, in qua me non inficior mediocriter esse versatum; aut si hujusce[2] rei[a] ratio aliqua, ab optimarum artium studiis ac disciplina profecta,[3] a qua ego nullum confiteor ætatis meæ[4] tempus[b] abhorruisse; earum rerum omnium[c] vel in primis hic A. Licinius[5] fructum a me repetere prope suo jure[6] debet.[d] Nam quoad longissime potest mens mea respicere spatium præteriti temporis, et pueritiæ memoriam recordari ultimam, inde usque repetens,[7] hunc video mihi principem,[b] et ad suscipiendam, et ad ingrediendam[e] rationem horum studiorum extitisse.[8] Quodsi hæc vox, hujus hortatu præceptisque conformata,[c 9] nonnullis aliquando saluti fuit; a quo[10] id accepimus, quo ceteris opitulari et alios[f] servare

[a] *Dicendi.* [b] *Auctorem.* [c] *Formata.*

CAP. I. 1 In ς deest *sit.*—2 Pro *hujusce* C *hujus;* H *hujusmodi;* χ *hujuscemodi;* ψ 2. *hujuscemodo.*—3 H *disciplinæ,* et ψ 2. *profecto.* Iidem Mss. *a quo ego.*—4 Pro *meæ* ψ 1. *in eo.* ψ 2. omittit *tempus.*—5 Franc. 1. et Dresd. *Aulus Licinius Archias.*—6 ς *pro suo jure:* ψ 2. *prope suæ vitæ.*—7 Verba *inde usque repetens* Hulsemanno suspecta sunt.—8 In C *ad me ingred. rat. istorum stud. exstit.*—9 H S χ ψ 1. Ven. 1483. Junt. *confirmata;* et sic Ms. in Zuiccaviensi Scholastica Bibliotheca. Mox, pro *aliquando* ς *aliis.* Hulseman. con-

NOTÆ

[b] *Ætatis meæ tempus*] Bonarum artium studiis deditus semper ut qui maxime fuit Cicero. Adolescens philosophiæ operam dedit Romæ, seseque tradidit Philoni erudiendum, 'admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus,' ut ipse in Bruto ait. Certe de eo scribit Plutarchus, in discendo ejus ingenium ita eluxisse, tantumque sibi nominis et gloriæ inter pueros fecisse, ut parentes, eum visendi gratia, commemoret, ad ludum venisse solitos; quod philosophandi desiderium semper habuit: posteaquam enim ad rempubl. accessit, quod otii supererat, philosophiæ dabat; et cum respubl. perturbata Cæsaris dominatione fuit, dum silebant oratores, iterum philosophiæ vacavit.

[c] *Earum rerum omnium*] Si quid ingenii et exercitationis, rationis et artis in Cicerone fuit, id totum acceptum ad Archiam refert.

[d] *Prope suo jure debet*] Archias ille præceptor fuit Ciceronis. Puer autem Cicero, cum inprimis poësi delectaretur, Pontium Glaucum tetrametris composuit, quem sua etiam ætate extitisse Plutarchus ait.

[e] *Ad suscipiendam et ad ingrediendam*] Suscepit ductus consiliis Archiæ, et ingressus est labore et exercitatione continua, studium literarum.

[f] *Alios*] Ait se edoctum fuisse ab Archia eloquentiam, qua eos sublevavit qui suo patrocinio indigebant.

possemus,[11] huic profecto ipsi, quantum est situm in nobis, et opem, et salutem ferre debemus. 2. Ac, ne[12] quis a nobis hoc ita dici forte miretur, quod alia quædam in hoc facultas[g] sit ingenii, neque hæc[13] dicendi ratio aut disciplina; ne nos[h] quidem huic uni[i] studio penitus unquam dediti fuimus.[14] Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, et quasi cognatione[15] quadam inter se continentur.[k] II. 3. Sed ne[16] cui vestrum mirum esse videatur, me in quæstione legitima,[l] et in judicio publico,[m] [*p.* 186.] cum res agatur[17]

jecit *aliquanto.*—10 C omittit *a quo.* Dein, in ψ *ceteros.*—11 ψ 2. *possimus.*—12 Pro *Ac ne* in Zuiccav. *Nec.* ψ 2. caret *hoc.*—13 Schutz. e conjectura *atque hæc.* Tum C H S χ ψ 1. 2. edd. Naug. Manut. Lamb. *rat. nec discipl.* Postea, pro *uni*, quod Ern. Beck. Schutz. dederunt e conjectura Lambini, *cuncti* habent Mss. et edd. etiam Grut. Græv. Oliv. Lall. Orell. qui vocem esse corruptam notavit. In Ms. Bergeri *vincti.* Puteanus conjecit *huicce uni:* Pantagath. maluit scribi *juncti.* Passerat. cum in Mss. Memmii invenisset partim *cuncto*, partim *curæ et*, prætulit *huic curæ et studio.* Heumann. deleri *cuncti* maluit, atque deest in C. Vid. Nott. Varr.—14 ϛ *dediti sumus:* Pantagath. *dediti fuerimus.* In Ms. Bergeri *nunquam ded. fuerimus.* Pro *Etenim* Gulielm. conjecit *sed enim.*—15 ψ 2. *cogitatione.*

CAP. II. 16 Zuiccav. *Sed nec:* Ms. ap. Græv. *Si ne.* Weiske e suspicione delevit *vestrum.* C et ψ 2. omittunt *esse.*—17 Ms. Ambrosian. *agitatur;* unde Maius fecit *agitetur.* Mox, ϛ et ψ 2. *lætissimum:* Ms. Ambrosian.

NOTÆ

g *In hoc facultas*] Archias cum poëta sit, alia facultate præditus est: nam ab oratore differt poëta: quare alia in eo fuit dicendi ratio.

h *Ne nos*] Oratores.

i *Uni* [*cuncti*] Aptius *uni* legeretur, et ita reponendum Lambinus censet.

k *Continentur*] Omnes artes inter se uniri contendit, et loquitur de hac omnium disciplinarum encyclopædia, quam ex sententia Platonis exponit sic lib. III. de Orat. 'Est etiam illa Platonis vera, et tibi, Catule, certe non inaudita vox, omnem doctrinam harum ingenuarum et humanarum artium uno quodam societatis vinculo contineri: ubi enim perspecta vis est rationis ejus, qua causæ rerum atque exitus cognoscuntur, mirus quidam omnium quasi consensus doctrinarum concentusque reperitur.'

l *In quæstione legitima*] Quæstio legitima ea causa dicitur, quæ legibus constituta est, et quæ quærendi et vocandi quempiam in judicium potestatem facit.

m *In judicio publico*] Publica judicia dicta sunt, quæcunque aut magistratus ipsi jus dicentes decreverunt, aut judices a magistratu jus dicente dati de jure statuerunt. Quoniam autem jus aliud privatum fuit, aliud publicum, propterea judicia alia privata, alia publica extiterunt; privata quidem de controversiis inter cives; publica vero de criminibus agebant.

apud prætorem[n] populi Romani, lectissimum virum, et apud severissimos judices,[o] tanto conventu hominum ac frequentia,[18] hoc uti genere dicendi, quod non modo[19] a consuetudine judiciorum, verum etiam a forensi sermone abhorreat; quæso[20] a vobis, ut in hac causa mihi detis hanc veniam,[d] accommodatam huic reo, vobis,[1] quemadmodum spero, non molestam; ut me pro summo poëta atque eruditissimo homine[2] dicentem, hoc concursu hominum literatissimorum,[p] hac vestra humanitate,[3] hoc denique prætore exercente judicium, patiamini de studiis humanitatis ac literarum paulo loqui liberius; et in ejusmodi[e] persona, quæ, propter otium ac studium, minime in judiciis periculisque tractata[4] est,[f] uti prope novo quodam et inusitato genere dicendi. 4. Quod si mihi a vobis tribui concedique sentiam; perficiam profecto, ut hunc A. Licinium non modo non segregandum, cum sit civis, a numero civium; verum etiam, si non esset, putetis asciscendum fuisse.[5]

III. Nam ut primum ex pueris excessit Archias, atque ab iis artibus,[6][q] quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi[7] studium contulit; primum

[d] *Potestatem.* [e] *Tali.*
[f] *Nunquam habuit experientiam judiciorum.*

rectissimum.—18 H *et freq.*—19 In eodem Ms. deest *modo.* C et Zuiccav. omittunt præpositionem ante *consuetudine.*—20 ψ 2. *quæro.*—1 Idem Ms. *nobis.* —2 Pro *homine* ψ 2. *hanc.* In Zuiccav. *ac erud. homine.*—3 ψ 2. *humilitate.* In Zuiccav. *ac vestra human.*—4 Schutz. e conjectura Ilgenii *jactata.*— 5 ς *assistendum fuisse.* Barb. a m. pr. omittit *fuisse*, prob. Garaton. sed a manu recentiori additur *esse.*

NOTÆ

[n] *Apud prætorem*] De numero prætorum, et de eorum potestate, jam dictum est in orat. pro Lege Manil. § 5. not. Loquitur de urbano, apud quem de controversiis civium agebatur.

[o] *Severissimos judices*] Dabantur judices a prætore, apud quos nullus misericordiæ et lenitatis locus est.

[p] *Hominum literatissimorum*] Convenerant ad illud judicium fere omnes illi qui bonarum literarum studiis erant dediti, quod non solum Archiæ, verum etiam literarum, literatorumque omnium causa agi videretur.

[q] *Iis artibus*] Grammatica, rhetorica, poësis, historia, geographia, artes sunt, quibus ad humanitatem excoluntur animi, et quasi novam formam accipiunt.

Antiochiæ[r] (nam ibi natus est, loco[g] nobili, celebri[8] quondam urbe et copiosa, atque eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis affluenti) celeriter antecellere[9] omnibus ingenii gloria contigit: post in ceteris Asiæ partibus, cunctæque Græciæ,[10] sic ejus adventus celebrabantur, ut famam ingenii expectatio hominis, expectationem ipsius adventus admiratioque[11] superaret. 5. Erat Italia tunc[12] plena Græcarum artium[s] ac disciplinarum: studiaque hæc[13] et in Latio[14 t] vehementius tum colebantur, quam nunc iisdem in oppidis; et hic Romæ, propter tranquillitatem[u] reipublicæ,[15] non negligebantur. Itaque hunc et Tarentini,[x] et

[g] *Genere.*

Cap. III. 6 Edd. nonnullæ *his art.*—7 Zuiccav. *scribendum.*—8 Orell. cum ed. Junt. ita distinxit, *primum Antiochiæ (nam ibi natus est loco nobili;) celebri, &c.* Ante *celebri* Crat. et Tollius addunt *et*. In C deest copula ante *copiosa.*—9 Lamb. conjecit *cel. ei ut antecelleret:* Ern. maluit *cel. ei antecell.* aut pro *contigit* legi *cœpit:* unde Schutz. dedit *cel. ei antecell.* Dein C *ingeniis gloria contingit.* In Zuiccav. quoque *contingit.*—10 Barb. 1. Lamb. et Schutz. *cunctaque Græcia*, probb. Lallem. et Orell. Pro *sic ejus* C habet *sit ejusque.* Tum *celebratur* C H ς: *celebrabatur* S T χ, ψ 1. 2. Zuiccav. cum Oliv. et Lall. Vocem *ingenii* post *famam* e suspicione delevit Weiske.—11 Pal. 9. Erf. Dresd. *admirationemque:* χ *admiratio.* Gulielm. maluit, *ut famam ingenii expectatio, expectationem hominis ipsius, &c.* Pro *hominis* Weiske mavult *hominum.*—12 Ed. Junt. *Erat tum Italia.*—13 ψ 2. *studioque hoc.*—14 C et ς *Latino.* Pro *colebantur* ψ 2. *celebratur.* Dein, *quam tunc* ς, et *hisdem in opp.* C.—15 Pro

NOTÆ

[r] *Antiochiæ*] Antiochia urbs Syriæ metropolis, quam Strabo lib. XVI. a Seleuco Nicanore conditam ait.

[s] *Græcarum artium*] Ex Græcia in Italiam, tanquam ex fonte, omnes artes liberales profluxerunt; sed maxime post eversam Carthaginem.

[t] *In Latio*] Ante sociale bellum, literæ in Latio floruerunt. Latium separatum fuit ab Italia: nam universa Italia sic dividebatur, ut ejus proprie pars Latium diceretur, a Tiberi usque L millium pass. longitudine, qua in parte Roma fuit. Altera pars nomen universale retinuit, et Italia dicta est. Hinc alii Latini, alii Italici. Tertia, Gallia citerior, in provinciæ formam redacta. Hinc jura quatuor, provincialium, Italicorum, Latinorum, Quiritium, sive civium Rom.

[u] *Romæ, propter tranquillitatem*] Primi Romani literas neglexerunt, sed poëtas præcipue, uni arti militari dediti. Unde Cato in oratione M. Nobiliori, tanquam probrum objecit, quod in provinciam poëtas duxisset. At cum tranquillior facta est respublica, contulerunt se Romani ad disciplinas excolendas, quas a Græcis acceperunt.

[x] *Tarentini, &c.*] Tarentini populi sunt in Majore Græcia, id est, in Calabria et Campania ad oram maritimam, Siciliam versus, ubi sita Neapolis est.

Rhegini,[16] et Neapolitani, civitate ceterisque præmiis donarunt:[17] [y] et omnes, qui aliquid de ingeniis poterant judicare, cognitione[18] atque hospitio[z] dignum existimarunt. Hac tanta celebritate famæ cum esset jam absentibus[19] notus, Romam venit, Mario consule et Catulo.[a] Nactus est primum consules eos, quorum alter[b] res ad scribendum maximas, alter cum res[20] gestas,[c] tum etiam studium atque aures adhibere posset. Statim Luculli,[d] cum prætextatus[e] etiam tum[1] Archias esset, eum domum suam receperunt.

reipublicæ Zuiccav. Erf. Franc. 1. 2. Dresd. Pith. duo Barb. et Ven. 1480. *populi Romani;* C ς *populi R.* ψ 2. *P.*—16 ' *Et Tarentini, et Rheg. &c.*] Excidit hic *et Locrenses.* Polysyndeton adhibuit auctor, ut multitudinis sensum lectori magis imprimeret. Cur ergo huic consilio repugnans *Locrenses*, quos § 10. addit, hic omiserit?' *Weiske.* In edd. nonnullis *Rhegyni.*—17 ψ 2. *donarent.*—18 Idem Ms. *et cogn.*—19 Heumannus et Ern. maluerunt *absens*, prob. Weiske. Post *venit* Hulsemann. posuit punctum, et verba *Mario cons. et Cat. nactus est, &c.* conjunxit. Heumann. *est* deleri jussit, prob. Weiske. Postea, pro *eos* Zuiccav. habet *ejusmodi.*—20 C H χ et Schutz. *tum res.*—1 C

NOTÆ

[y] *Civitate donarunt*] Ex jure Romano, nemo duarum civitatum civis esse poterat: de quo vide orat. pro Cæcina. At inter alias civitates quisque diversarum jure gaudere poterat. Tarentini vero, Rhegini, et Neapolitani erant civitate donati.

[z] *Hospitio*] Mos invaluerat illis temporibus, ut urbium diversarum cives jus inter se privati hospitii contraherent. Vide orat. pro Rosc. Amer. § 15. not.

[a] *Mario consule et Catulo*] A. U. C. 651. Marius et Catulus coss. fuerunt.

[b] *Quorum alter*] Marius quartum jam consulatum agebat, et capto Jugurtha, devictis Cimbris, Teutonis, et Ambronibus, scribendi maxima argumenta dederat. De rebus ejus gestis vide Plutarchum in ejus vita.

[c] *Alter cum res gestas*] De Catulo magnifice loquitur, tum in libro de Claris Oratoribus, tum in lib. III. de Orat.

[d] *Luculli*] Lucius et Marcus Lucullus fratres fuere. Lucius autem de Mithridate et Tigrane, Marcus vero de Macedonia triumphavit. De Lucio scribit Plutarchus, plurimos pulcherrimosque coëgisse libros, et studioso cuique bibliothecam suam perpetuo aperuisse, ibique loquendo, legendo, disputando, diem jucunde Græcos posuisse, quos fovebat, colebat, conviviis excipiebat: denique proprios lares, liberam Græcorum, qui Romam veniebant, aulam fecisse.

[e] *Prætextatus*] Vestis fuit puerorum nobilium et ingenuorum apud Romanos prætexta, qua utebantur ad annum decimum quintum. Credibile est provectiori ætate fuisse Archiam; at dici a Cicerone 'prætextatum,' quod, licet juvenis, tamen propter ingenium et doctrinam, apud Lucullos receptus est, et donatus civitate.

Sed etiam hoc[2] non solum ingenii ac literarum, verum etiam naturæ atque virtutis, ut domus, quæ hujus adolescentiæ prima fuerit,[3] eadem esset familiarissima senectuti.[f] 6. Erat temporibus illis jucundus[g] Q.[4] Metello, illi Numidico,[h] et ejus Pio filio:[i] audiebatur a M. Æmilio:[k] vivebat cum Q. Catulo,[l] et patre, et filio: a L. Crasso[m] colebatur:[5] Lucullos vero, et Drusum,[n] et Octavios,[o] et Catonem,[p] et

etiam cum: ψ 2. *etiam dum*, ut Heumann. volebat. Pro *Archias* Wyttenbach. conjecit *Marcus* legend. Dein ς *esse.* Præpositionem *in* ante *domum* C, Zuiccav. Dresd. Franc. 1. 2. duo Barb. Pariss. et edd. vett. cum Lamb. Manut. Grut. Oliv. Lall. et Weiske.—2 Edd. ante Gruter. cum Weiske *Sed enim hoc.* C et Schutz. omittunt *etiam*, quod Orell. uncis includit. In ed. Lamb. *Etenim hoc:* in Franc. 1. *Sed et hoc:* Dresd. *Sed fuit hoc.* Tum in C legitur *non solum nunc;* in ψ 2. *hoc non solus.* Post *virtutis* S χ ψ 1. Ven. 1483. Junt. Lamb. Oliv. Lall. Schutz. addunt *fuit.* Garaton. aut legi vult, *Sed est hoc . . . virtutis, ut, &c.* aut *Sed jam hoc . . . virtutis fuit, ut, &c.*—3 ς ψ 2. Zuiccav. *adol. prima fuit.* Reizius scribebat *adol. prima patuerit*, prob. Ilgenio Op. Philos. II. p. 96. Weiske legi mavult *adol. prima faverit*, aut *adolescentiam foverit.*—4 Prænomen *Q.* omittunt C ς, Zuiccav. Junt. Lamb. Pro *Numidico* in ψ 2. *Mundico.* Postea, '*Pio*] Heumann. monet h. l. adjectivum esse, ideoque minuscula litera initiali scribendum. Nam si cognomen esset, scribi debuisse *ejus filio, Pio.* Fortassis fuit, *Pio, ejus filio* (ut et Ilgen. censuit, et Lamb. dedit), aut e gloss. accessit *Pio*, quod mihi verisimilius videtur.' *Beck.* Schutz. dedit *et ejus filio Pio.*—5 χ *filio et a L. Crasso col.* Dein, Zuiccav.

NOTÆ

[f] *Familiarissima senectuti*] Vult ostendere Cicero tanta fuisse probitate Archiam, ut eandem laudem, quam sibi juvenis vindicaverat, ad extremam usque senectutem retinuerit.

[g] *Illis jucundus*] Multa grata sunt, quæ non sunt jucunda; at nihil jucundum esse potest, quod non sit gratum.

[h] *Metello Numidico*] Q. Cæcilius Metellus Numidicus appellatus est, quod consul duobus præliis Jugurtham fuderit, et totam Numidiam vastaverit. Hic, Plutarcho referente, Lucullorum avunculus fuit.

[i] *Pio filio*] Q. Metellus, Numidici filius, Pius dictus est, quod precibus suis reditum ab exilio patris obtinuerit.

[k] *M. Æmilio*] Æmilius Scaurus princeps senatus fuit, et magnæ vir apud Romanos auctoritatis.

[l] *Q. Catulo*] Orator fuit et consul Q. Catulus.

[m] *L. Crasso*] Lucius Crassus magnus orator fuit, quem in lib. de Orat. loquentem inducit Cicero.

[n] *Drusum*] M. Catonis is Drusus avunculus fuit, quem tribunum plebis, initio belli socialis, domi interfectum fuisse Velleius scribit.

[o] *Octavios*] Tres fuere Octavii; Cnæus, qui cum Cinna consul fuit, et quem, leges perniciosas molientem, ex urbe expulit: alter Cnæus, non eodem patre natus, qui Curionis in consulatu collega fuit: Lucius, Cnæi frater, qui cum Cotta consul fuit.

[p] *Catonem*] Hic Cato pater Uticensis fuit, qui semetipsum interfecit.

totam Hortensiorum domum, devinctam consuetudine cum teneret, afficiebatur summo honore; quod eum non solum colebant, qui aliquid[6] percipere atque audire studebant, verum etiam, si qui forte simulabant. IV. Interim[h] satis longo[7] intervallo, cum esset cum L. Lucullo[8] in Siciliam profectus,[q] et cum ex ea provincia cum eodem Lucullo decederet, venit Heracleam.[9] [r] Quæ cum esset civitas æquissimo jure ac fœdere,[s] ascribi se in eam civitatem voluit: idque,[10] cum ipse per se dignus putaretur, tum auctoritate et gratia Luculli ab Heracleensibus[11] impetravit. 7. Data est civitas Silvani[12] lege et Carbonis,[t] 'Si qui fœderatis civitatibus ascripti fuissent; si tum,[13] cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent; et, si sexaginta diebus[14] [u] apud prætorem essent professi.' [*p.* 187.] Cum hic domi-

[h] *Postea.*

Lucullus vero, et Drusus, et Octavius.—6 ψ 2. *qui etiam aliquid;* et nonnullæ edd. vett. *perc. aut audire.*

CAP. IV. 7 Lamb. *longo satis.*—8 Schutz. tacite edidit *cum M. Lucullo.* Vid. varr. lectt. paulo infra. Tum, *in Ciciliam prof.* C. *in Ciliciam prof.* edd. vett. paucæ, cum Weiske, probb. Tollio, Cellario, et Ilgenio. Paulo post, ψ 2. *ex eadem provincia.*—9 *Erachiam* ς: *Heraclean* χ. *Heracliam* edd. ante Ern.—10 Pro *idque* C *idemque;* ς *itaque.* Postea, pro *tum* C *cum;* ς ψ 2. *tamen.*—11 ς *Erachiensibus:* Mss. nonnulli et edd. ante Ern. *Heracliensibus,* constanter.—12 Grut. cum edd. recentt. e conjectura Hotomanni et Manutii dedit *Silvani:* nonnulli *Sylvani:* Mss. plerique et edd. ante Grut. cum Schutz. *Silani.* In C *Sillana:* H χ *Syllani:* S et Zuiccav. *Sillani:* ψ 2. *Villani.* Mox, C *Carbanis.*—13 ψ 2. *si tamen.* Paulo post, C *in Italiam.*—14 Lamb. conjecit *sexag.*

NOTÆ

[q] *Siciliam* [*Ciliciam*] *profectus*] L. Lucullus quæstor in Asiam profectus est, et prætor Siciliam, ac consul Asiam obtinuit; eum Archias in eas provincias secutus est.

[r] *Heracleam*] Heraclea civitas Italiæ in Campaniæ finibus fuit, ubi Tarentum, Rhegium, aliæque civitates, de quibus supra. Strabone teste, primum Troja, sed postea inductis Tarentinorum coloniis, Heraclea dicta est. Cum autem haberet jus civitatis Romanæ hæc urbs Heraclea, atque inter ejus cives ascriptus esset Archias, certe jure civitatis Romanæ fruebatur: nam fœderatæ civitates eodem quo Romani privilegio utebantur.

[s] *Æquissimo jure ac fœdere*] Fœdus illud cum Heraclea sancitum est Pyrrhi temporibus, Fabricio consule, A. U. C. 475.

[t] *Silvani lege et Carbonis*] Cn. Pompeio Strabone et L. Porcio Carbone coss. M. Plautius Silvanus et Cn. Papirius Carbo, tribuni plebis, legem tulere de peregrinis, ut hic subjacet; 'Si qui fœderatis,' &c.

[u] *Sexaginta diebus*] Tria legis capita fuerunt; si quis fœderatæ civitati

cilium Romæ multos jam annos[15] haberet, professus est apud prætorem, Q. Metellum, familiarissimum suum. 8. Si nihil aliud, nisi[16] de civitate ac lege, dicimus, nihil dico amplius: causa dicta[i] est: quid enim horum infirmari, Grati,[17] potest? Heracleæne esse tum ascriptum negabis? Adest vir summa[18] auctoritate, et religione, et fide, M. Lucullus, qui se non opinari,[x] sed scire; non audivisse, sed vidisse; non interfuisse, sed egisse dicit. Adsunt Heracleenses legati,[y] nobilissimi homines, (hujus judicii[19] causa, cum mandatis, et cum publico testimonio venerunt) qui hunc [ascriptum] Heracleensem dicunt. Hic tu tabulas[20] desideras Heracleensium publicas;[z] quas Italico

[i] *Defensa.*

post diebus. Pro *prætorem*, quod in H deest, ς habet *Ro. Po.*—15 Zuiccav. *jam antea annos.*—16 In ψ 2. deest *nisi.* Puteanus et Hotomannus maluerunt *de civ. hac lege dic.* Vir doctus ap. Beck. conjecit legend. *de civitate Heracleæ dicimus.* Idem periodorum transpositionem proposuit, *Cum hic domicilium . . . familiarissimum suum. Data est civitas . . . professi. Si nihil aliud, &c.* Verba *ac lege* Beckio suspecta sunt. Pro *dicimus* in χ *diximus.*—17 *Gratis* S ς ψ 2. duo Barb. tres Mss. Grævii, et plerique Mss. Gruteri, atque Ven. 1480. 1483. et al. *Gracci* H : *Gracchi* χ : *a Gracchis* Franc. 1. *Gracche* Junt. Naug. Manut. Lamb. et Schutz. *Crasse* Hulsemann. legi jussit. Mox, pro *Heracleæne* in C, Dresd. Franc. 1. 2. *Heracliæ non:* et pro *tum* H *tu;* Mss. nonnulli et edd. ante Gruter. *eum.* In Pith. legitur, *Heracleæ ne esse putatis ascriptum tum negabis.*—18 Ante *summa* C addit præpositionem *in.* Mox, H *ac fide.* Tum, *L. Lucullus* Naug. Cam. Lamb. Beck. et Orell. Vid. paulo supra. —19 *Qui hujus jud.* edd. pleræque ante Grut. qui cum edd. seqq. delevit pronomen *qui*, quod abest a Mss. et edd. Ven. 1480. 1483. Junt. Mox etiam Cellar. et Heumannus pronomen *qui* ante verba *hunc ascrip.* omiserunt, ut in Pal. 2. deest, prob. Grut. Ceterum, Hulsemann. interpunctionem tacite mutavit ita, *Adsunt Her. legati! Nobilissimi homines hujus . . . venerunt, qui hunc, &c.* C et ς omittunt præpositionem ante *publico.* In H deest *hunc.* Dein, Lamb. legi voluit *ascriptum Heracliæ esse dic.* unde Schutz. dedit *ascriptum Heracliæ dic. Ascriptum* Ernesto, et *Heracleensem* Beckio suspecta sunt. Orell. notavit esse corruptum. In Barb. 1. *qui Heracleensem ascriptum dic.* in Barb. 2. *qui ascriptum Heracliensem dic.*—20 C H S χ ψ 2. Franc. 1. Dresd.

NOTÆ

ascriptus esset, si in Italia domicilium haberet, si sexaginta diebus censum apud prætorem professus esset, id est, intra diem sexagesimum post latam legem professus esset, se civem Romanum esse.

[x] *Non opinari*] Leviter aliquando opiniones a rei veritate alienæ concipiuntur. Affert testimonium Luculli.

[y] *Adsunt Heracleenses legati*] Locus a testibus, in quo multum roboris et firmamenti est.

[z] *Tabulas publicas*] In tabulis pub-

bello,[a] incenso tabulario,[b] interisse scimus omnes. Est ridiculum,[1] ad ea quæ habemus, nihil dicere; quærere, quæ habere non possumus;[c] et de hominum memoria tacere, literarum memoriam flagitare: et, cum habeas amplissimi viri religionem,[d] integerrimi municipii[2] [e] jusjurandum fidemque, ea, quæ depravari nullo modo possunt, repudiare; tabulas,[3] quas idem dicis solere corrumpi, desiderare. 9. At domicilium in Italia non habuit is, qui tot annis ante civitatem datam, sedem omnium rerum[f] ac fortunarum suarum Romæ collocavit?[4] At non est professus. Immo vero[5] iis tabulis professus,[g] quæ solæ ex illa profes-

Pith. Barb. 1. Ven. 1483. *tabellas.* In Zuiccav. *Hic tum tabulas.* Hulsemann. post *tabulas* posuit interrogationis notam, quam post *omnes* Cellar. et Heumann. posuerant.—1 ψ 2. *Et ridiculum.* In ς deest *nihil.* Postea, Zuiccav. *etiam de hom. mem.*—2 In Zuiccav. deest *municipii.* Tum pro *ea quæ* ς *eaque.* Postea, C *pravari.*—3 ς *repudians,* et C *tabellas.* Mox, H *desiderari.*—4 '*At . . . habuit? Is qui . . . collocavit?*] Distinxi cum Ilgenio, Beck. Schutz. Schrœter. Ceteri *At . . . habuit is, qui . . . collocavit?* Fortasse legend. *At . . . non habuit. Non habuit is . . . collocavit?* Pro *At* Lamb. *An.* Pro *Romæ,* e Lambini conjectura, Ernest. Beck. Schutz. *in Italia,* nimis audacter. Delevit *Romæ* Tollius.' *Orell.* In C H S ς χ ψ 2. Franc. 2. Barb. 1. 2. Zuiccav. deest *ante.* Franc. 1. et Pith. *tot annis civitate data:* Ms. Lamb. *tot annos civitate data.* ψ 2. caret *ac* ante *fortun.* Postea, in Zuiccav. *collocat.* Denique, Pith. et Franc. 1. *An non est prof.*—5 Pro *vero* ψ 2. *nota.* Tum Zuiccav. *his*

NOTÆ

licis omnia acta publica civitatis, et omnium civium nomina continebantur.

[a] *Italico bello*] Spe civitatis obtinendæ, Italiæ populi dejecti, tandem facta conspiratione, populo Rom. bellum intulerunt, quod et sociale dictum est, et Marsicum, quod a Marsis primum sit excitatum.

[b] *Incenso tabulario*] Tabularium locus est ubi servabantur tabulæ publicæ.

[c] *Quærere quæ habere non possumus*] Ostendit ridiculum esse tabulas quærere quæ perierunt, quæque dumtaxat proferuntur, ut per eas præteritorum memoria conservetur, cum præsertim recens sit memoria Archiam esse civitate donatum; et habeantur testimonia Luculli, Heracleensium, &c.

[d] *Religionem*] Per religionem intelligit juramentum, quia juratus testis dicebat testimonium, quod tunc religiosum putabatur.

[e] *Municipii*] Municipium oppidum est jure civitatis Romanæ donatum, quod alio nomine Plinius oppidum civium Romanorum appellavit.

[f] *Sedem omnium rerum*] Constituit vivere et mori Romæ Archias: argumentatur a domicilio sive loco.

[g] *Iis tabulis professus*] Curavit nomen suum in eas tabulas referri, sicut lex præscribebat; non in eas tabulas, quæ negligentius asservabantur a prætore, et in quibus plures sæpe nomina sua furtim inscribe-

sione, collegioque [6] prætorum, obtinent publicarum tabularum auctoritatem. v. Nam cum Appii tabulæ [h] negligentius asservatæ [7] dicerentur, Gabinii, quamdiu incolumis fuit,[i] levitas, post damnationem [k] calamitas,[8] omnem tabularum fidem resignasset;[l] Metellus,[m] homo sanctissimus modestissimusque omnium,[9] tanta diligentia fuit, ut ad L. Lentulum [10] prætorem et ad judices venerit, et unius nominis [11] litura [n] se commotum esse dixerit. His igitur tabulis nullam lituram in nomen [12] A. Licinii videtis. 10. Quæ cum ita sint,[13] quid est, quod de ejus civitate dubitetis,[14] præsertim cum aliis quoque in civitatibus fuerit ascriptus? Etenim cum mediocribus multis,[o] et aut nulla,[15] aut humili

tabulis. In C deest *professus*, et deleri Tollius malebat.—6 C *collegiorumque.* Mox, *obtinet* H: *detinent* Barb. 2.

Cap. v. 7 *Observatæ* ς, Dresd. *observare* C. Mox, C ς χ ψ 1. et Mss. Ursini *Gabii*, unde Ursinus conjecit *Gavii*. Cf. pro Sext. c. 3. In H *Glabrii*: S *Grabrii*: ψ 2. *Vabrii*: alii *Gabinî*.—8 Zuiccav. *potius damn. calamitatis.* Tum ς *omnium tab.* Postea, ψ 2. *resignasse*.—9 Lamb. *omniumque modestissimus.*—10 Wyttenbach. conjecit *P. Lentulum* legend. In ed. Hervag. deest prænomen.—11 C H ψ 1. 2. Dresd. Zuiccav. duo Barb. Ven. 1480. 1483. *hominis.* In ς deest. A Barb. 1. abest *esse*.—12 Barb. 1. Zuiccav. et Tollius *in nomine*, ut volebant Lamb. et Heumann.—13 ψ 1. *ita fuit*.—14 χ et ψ 2. *dubitatis.* In C deest *cum* ante *aliis*. Lamb. delevit præpositionem ante *civitatibus*. Tum, Zuiccav. *descriptus*.—15 Pith. *multi, sed aut nulla.* Mox, χ *præditus.* In Erf. *gratuito gravat civitatem*; unde Grævius conjecit *gratuito non gravate civitatem.* Pro *in Græcia* Heumann. legi maluit *Græci.* Dein, χ

NOTÆ

bant; sed in eas tabulas quæ a Metello, viro sanctissimo, asservatæ sunt. Probat autem tabulis professum esse Archiam.

[h] *Appii tabulæ*] Appius et Gabinius prætores fuerunt, cum Archias professus est.

[i] *Incolumis fuit*] Qui nondum condemnatus in judicio est, dicitur incolumis.

[k] *Post damnationem*] Bis quidem vocatus fuit in judicium Gabinius: 1. a Pub. Sulla de ambitu, sed absolutus: 2. quod Ptolemæum in regnum reduxisset: cujus causam egit Cicero.

[l] *Resignasset*] Tabulæ evulgatæ sunt post damnationem et calamitatem Gabinii, quia antea erant tabulæ ejusmodi prætoris annulo obsignatæ.

[m] *Metellus*] Apud Metellum prætorem Archias professus est.

[n] *Unius nominis litura*] In iis tabulis unius tantum nominis litura reperta est, qua se commotum Metellus dixit: at in Archiæ nomine nulla erat.

[o] *Cum mediocribus multis*] Argumentum a minore ad majus facit: si civitate donati sunt levioris artis homines; certe et ea donatus est Archias, qui præstantissimis artibus ornatus est.

aliqua arte præditis, gratuito[p] civitatem in Græcia[q] homines impertiebantur, Rheginos credo,[16] aut Locrenses,[r] aut Neapolitanos, aut Tarentinos, quod scenicis artificibus[17] [s] largiri solebant, id huic, summa ingenii prædito gloria, noluisse. Quid? cum ceteri,[18] non modo post civitatem datam, sed etiam post legem Papiam,[19] [t] aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepserint;[20] [u] hic, qui ne utitur quidem illis, in quibus est scriptus, quod semper se Heracleensem[1] esse voluit, rejicietur? 11. Census nostros requiris[x] scilicet: est enim obscurum,[2] proximis censoribus, hunc cum clarissimo imperatore, L. Lucullo, apud

et ψ 2. *impartiebant*: H et Barb. 2. *impertiebant*, ut Lambinus volebat.—16 Weiske suspicatur post *credo* addendum *statuemus*, aut *credo* mutandum in *credamus*.—17 ς *artificiis*. In Pith. deest *huic*. Post *noluisse* Erf. addit *scilicet credendum est*.—18 C *ceteris*.—19 ς *Appiam*: Barb. 1. *Papiriam*, ut Augustin. vel scribi voluit, vel in Ms. invenit.—20 *Rescripserunt* C: *irrepserunt* S χ et ed. Hervag. *irrexerunt* ς. Tum, in ψ 2. deest *qui*. Pro *ne* H S χ ψ 2. et nonnullæ edd. vett. cum Græv. *nec*.—1 Post *Heracleensem* Ven. 1480. 1483. Junt. addunt *esse*. Pro *voluit* in ψ 2. *noluit*. Tum ς *rejiceretur*.—2 Lamb. *requiris. Scilicet est obsc.* Hulsemann. e conjectura Ilgenii dedit *requiris. Scilicet: est enim obsc. &c.* Barb. 1. *requiritis. Est enim obsc. &c.* In

NOTÆ

[p] *Gratuito*] Sine merito, et artis alicujus gloria civitatem concedebant: quidni concedetur tam insigni viro?

[q] *In Græcia*] Magnam Græciam intelligit, quæ pars erat Italiæ, cujus initium erat a Latii finibus, et ad Tarentum usque et Cumas extendebatur.

[r] *Locrenses*] A Locrensibus etiam civitate donatus est Archias: populi autem illi sunt in extrema Italiæ ora, quæ Magna Græcia dicta est.

[s] *Scenicis artificibus*] Artes intelligit viles et abjectas: argumentatur a minori ad majus.

[t] *Post legem Papiam*] Primum lege a Petronio latum erat, ut omnes peregrini jure civitatis carerent. Hanc iterum Papius tribunus plebis, coss. Cotta et Manlio, A. U. C. 688. restauravit. De utraque lib. III. de Off. loquitur.

[u] *Tabulas irrepserint*] Cum aliqui curaverint, ut nomen suum vel prætorum negligentia, vel fraude in tabulis publicis latenter inscriberetur; cur non obtinebit Archias, &c.

[x] *Census nostros requiris*] Negabat adversarius a censoribus Archiam censum esse: mos enim fuit apud Romanos, ut quinto quoque anno capita civium Romanorum censerentur. Respondet autem Cicero ideo censum non esse, vel quia Roma aberat, quando censebatur populus, vel quia eo præsente censendi ratio neglecta est. Census autem non confirmat jus civitatis, hoc est, non facit neque confirmat civem, sed tantummodo indicat eum qui sit census.

exercitum fuisse; superioribus,[y] cum eodem quæstore fuisse[3] in Asia; primis,[4] Julio et Crasso,[z] nullam populi partem esse censam.[5] Sed, quoniam census non jus civitatis confirmat,[6] ac tantummodo indicat, eum, qui sit census, ita[7] se jam tum gessisse pro cive;[a] iis temporibus,[8] quæ tu criminaris, ne ipsius[b] quidem judicio[9] eum in civium Romanorum jure esse versatum; et testamentum[10] sæpe fecit[c] nostris[11] legibus, et adiit hæreditates[d] civium Romanorum, et in beneficiis ad ærarium[e] delatus est a L. Lucullo prætore et consule. VI. Quære argumenta,[f] si

Zuiccav. quoque deest *scilicet.*—3 In H χ ψ 1. 2. desunt verba *superioribus cum eodem quæst. fuisse.* Pro *quæstore* ς habet *quæ scilicet.*—4 C *in primis.* Verba *Julio et Crasso* Manutio suspecta sunt.—5 H S χ, Zuiccav. Pall. aliquot, Ven. 1480. 1483. et al. *censitam.*—6 In marg. et Gothofred. 'fort. *confert.*' Pro *ac* in ς et ψ 2. *at.*—7 Lamb. delevit *ita*, quod Orell. uncis includit. —8 Zuiccav. *his temp.* Pro *quæ* C *quem;* Lamb. *per quæ;* Schutz. *quibus.* Tollius et Grævius conjecerunt *queis* legend.—9 Ilgen. contendit *indicio* legend. Pronomen *eum* in C H S ς ψ 2. deest.—10 ψ 2. *testem.*—11 Lamb. *nobis.* Mox H χ *hæreditatem.* Ante *ad ærarium* χ addit *et.* In Zuiccav. legitur, *in beneficio ad ær. est,* omisso *delatus.* Postea, in Pith. *a L. Lucullo P. R. consule;* unde Græv. conjecit *a L. Lucullo proconsule.*

NOTÆ

[y] *Superioribus*] L. Martius Philippus et M. Perpenna lustrum sexagesimum sextum fecerunt, quo tempore in Asia Archias fuit cum Lucullo quæstore. Censura deinde intermissa fuit usque ad annum sexcentesimum septuagesimum tertium, quo L. Gellius, Cn. Lentulus censores lustrum sexagesimum septimum fecerunt, cum Lucullus in Asia bellum contra Mithridatem administrabat: et hi sunt quos Cicero 'proximos' appellat.

[z] *Julio et Crasso*] L. Julius Cæsar, P. Licinius Crassus censores fuere, Cn. Pompeio et Porcio Catone coss. anno urbis 664.

[a] *Gessisse pro cive*] Gerit se pro cive, qui jure civitatis utitur, sive civis sit, sive non sit.

[b] *Ipsius*] Archiæ judicio contendebat adversarius eum non esse civem Romanum.

[c] *Testamentum fecit*] A testamento facto, ab adita hæreditate, et a delatione ad ærarium, probat Archiam civem esse Rom. Porro testamentum facere, et accipere quid testamento, ad cives tantum pertinebat; utroque jure peregrini privabantur.

[d] *Adiit hæreditates*] Licebat quemlibet, modo civis Romanus esset, hæredem facere.

[e] *In beneficiis ad ærarium*] Archias delatus est inter eos qui beneficium aliquod accipere debebant. Id enim moris fuit, ut milites propter rem bene gestam ab imperatore ad ærarium deferrentur, et aliquod suæ generositatis præmium acciperent.

[f] *Quære argumenta*] Ita fidit suæ causæ Cicero, ut moneat adversarium nunquam posse invenire argumenta satis valida, quibus persua-

qua potes: nunquam enim hic[12] neque suo, neque amicorum judicio revincetur.[k]

12. Quæres[13] a nobis,[g] Grati, cur tantopere hoc nomine[14] delectemur. Quia suppeditat nobis, ubi et animus[15] ex hoc forensi strepitu reficiatur, et aures convicio[h] defessæ conquiescant. An tu existimas aut suppetere nobis[16] posse, quod quotidie dicamus, in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrina excolamus; aut ferre animos[17] tantam posse contentionem,[18] nisi eos doctrina eadem relaxemus? Ego vero fateor, me his studiis esse deditum. [*p.* 188.] Ceteros pudeat, si qui ita se[19] literis abdiderunt, ut nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in aspectum lucemque proferre: me autem quid pudeat, qui tot annos ita vivo, judices, ut ab nullius unquam[i] me[20]

[k] *Convincetur.*

Cap. vi. 12 In ψ 1. deest *hic.* Mox, C *nec amicorum.* Ilgenius *indicio* scribi jubet. Deinde, Lamb. *convincetur.*—13 χ *Quære:* Lamb. et Weiske *Quæris,* ut Heumann. volebat. Tum, *Gratti* Erf. Pith. Pal. 9. *Gracchi* H χ et plerique Pall. *Gracche* Dresd. Franc. 1. 2. Zuiccav. nonnulli Pall. et edd. multæ: *a Gracchi* ψ.—14 Edd. nonnullæ *nomine,* errore typographico.—15 C H ς χ *ubi animus ex hoc for.* Pith. *ubi etenim lex hoc for.* ς *ubi etenim lex hæc for.* Dresd. *ubi etenim vox hoc for.* Barb. 2. *ubi etenim vox hæc for.* Franc. 1. *ubi vox hæc for.* Mox, Zuiccav. *aut aures.* Pro *convicio* ς *cum vitio.* In χ et ψ 2. deest *defessæ.*—16 ψ 2. *notis.*—17 In Pith. desunt verba *nostros doctr. excol., aut ferre animos.*—18 C a m. sec. *extencionem.* Postea, ς *relapsemus.*—19 Zuiccav. *si quid se ita:* Junt. Lamb. *si qui se ita.* Tum, ψ 2. *abdicaverunt.*—20 *Ut a nullo unquam me* C: *ut nullius unquam me* H χ ψ 2. *ut a nullis unquam*

NOTÆ

deat Archiam poëtam civem non esse.

[g] *Quæres a nobis*] Occupatione transit ad Archiæ commendationem, cum digressione in laudem literarum.

[h] *Convicio*] Convicium proprie maledictum illud est, quod accusator reo objicit præter crimen quod causæ proprium est, et quod nihil habet propositum præter contumeliam.

[i] *Ut ab nullius unquam* [*ut ab illis nullo me unquam*] Locum depravatum putat Petrus Victorius Var. Lect. ii. 9. et sic reponendum esse, *ut a nullius unquam me tempore, aut commodo, aut otium meum abstraxerit,* &c. ostendit enim quod literis incubuerit, et nemini obfuerit; nec se esse e genere illorum hominum, qui his studiis vehementer delectati, cuncta officia et publica et privata deserunt; sed semper se præsto fuisse iis qui opera sua uti vellent, et temporibus commodisque eorum diligenter servisse, nec a muneribus illis potuisse aut otio avelli, aut voluptate avocari, aut somno retardari; quare liberum

tempore aut commodo,[1] aut otium meum abstraxerit, aut voluptas avocarit,[2] aut denique somnus retardarit? 13. Quare quis tandem me reprehendat, aut quis mihi[3] jure succenseat, si, quantum ceteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies[4] ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates, et ad ipsam requiem animi et corporis conceditur temporum;[5] quantum alii tribuunt tempestivis conviviis;[k] quantum denique[6] aleæ,[l] quantum pilæ; tantum mihi egomet ad hæc studia recolenda[l7] sumsero? Atque hoc adeo mihi concedendum est magis, quod ex his studiis hæc quoque censetur[8] oratio[m] et facultas; quæ quantacunque in me,[9] nunquam amicorum periculis defuit. Quæ si cui[10] levior videtur; illa quidem certe, quæ summa sunt, ex quo fonte hauriam,[11] sentio. 14. Nam, nisi multorum

[l] *Repetenda.*

me ς: *ut nullo unquam me* Barb. a m. sec. *ut ab illis nullo me* edd. vett. nonnullæ.—1 ψ 1. 2. Dresd. Franc. 2. Barb. 2. Zuiccav. Ven. 1480. 1483. Junt. Crat. Lamb. Græv. Oliv. Lall. *commodum*, post quam vocem nonnulli putant verbum excidisse.—2 Dresd. *voluntas*, et C cum Zuiccio, *advocaverit*. Mox, ψ 2. *retardat*.—3 ς *me*. Pro *quantum* idem Ms. habet *quam*.—4 χ *festum dierum*. Tum, C *quantumque*.—5 Quinque Oxonn. Mss. Naug. Manut. Cam. Lamb. Oliv. Lall. *temporis*, ut Heumann. volebat. Mox, Lamb. *intempestivis*.—6 In C deest *denique*. Pro *aleæ* Pith. *alveolo*, prob. Grævio.—7 *Recolenda* non est in χ. Tum, C *Atque hæc ideo mihi hoc conced.* Pro *adeo* S ς, Barb. 1. 2. Zuiccav. Ven. 1480. 1483. Naug. habent *ideo;* Lamb. *eo*. Heumann. legi malebat *Atque id eo*.—8 C H S ς χ ψ 2. Barb. 1. 2. Ven. 1483. Junt. Crat. Vict. Manut. Lamb. Weiske, Orell. *crescit:* edd. nonnullæ *crescet:* al. *crescat:* T, ψ 1. Zuic. Ms. Grut. Ven. 1480. Herv. Cam. Grut. et edd. seqq. præter Weiske et Orell. *censetur*. Pro *oratio* Grævius conjecit *ratio* legend.—9 *Quantac. in me est* Junt. Crat. Lamb. *quantac. est in me* Franc. 1. et sex Oxonn. Mss. cum Oliv. Lall. Beck. et Orell.—10 ς *cuiquam*. Pro *levior* H χ *lenior;* Ms. Bergeri *lautior*, ut Pantagathus volebat. Tollius conjecit *leviora* legend.

NOTÆ

esse omni culpa; nam quod tempus poneret in literis, bonisque artibus perdiscendis, statim accurate docet; atque id cum sua magna laude, turpique nota eorum qui longe aliam vitam, quam describit, sequerentur.

[k] *Tempestivis* [*intempestivis*] *conviviis*] Intempestiva seu immoderata convivia hic appellat, quæ ad voluptatem et luxuriam præter valetudinis leges celebrantur.

[l] *Aleæ*] Alea vulgo dicitur, quicquid fortunæ committitur.

[m] *Censetur* [*crescit*] *oratio*] Quintilianus x. 1. ait poëtarum lectionem oratoribus conferre plurimum. Ostendit autem hic a causis efficientibus eloquentiam literis instrui, et vitam institui.

præceptis, multisque literis[12] mihi ab adolescentia suasissem, nihil esse in vita magnopere expetendum, nisi laudem atque honestatem; in ea[13] autem persequenda[m] omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis atque exilii,[14] parvi esse ducenda; nunquam me pro salute vestra[15] in tot ac tantas dimicationes,[n] atque in hos profligatorum[n] hominum quotidianos impetus objecissem. Sed pleni[o] omnes sunt libri, plenæ sapientium voces, plena exemplorum vetustas; quæ jacerent in tenebris omnia, nisi literarum lumen accederet.[16][p] Quam multas nobis imagines,[o] non solum ad intuendum,[17] verum etiam ad imitandum, fortissimorum virorum, expressas,[p] scriptores et Græci et Latini reliquerunt! quas ego mihi semper in administranda republica proponens, animum[18] et mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium[q][19] conformabam.

VII. 15. Quæret quispiam, Quid? illi ipsi summi viri, quorum virtutes[q] literis proditæ sunt, istane doctrina, quam

[m] *Inquirenda.* [n] *Perditorum.* [o] *Exempla.*
[p] *Veras.* [q] *Cogitando de hominibus excellentibus.*

Mox, ψ 2. *certa.*—11 C *hauriamus.*—12 ψ 2. *nullisque literis.* Post *adolescentia* ς addit *sua.* Verba *mihi ab adolescentia* in H et χ desunt. Tum, Lamb. et Tollius *persuasissem,* probb. Heumanno et Weiske. Porro, C *nihil est.*—13 Zuiccav. omittit verba *in ea.* Dein, in ς et ψ *prosequenda.*—14 Pith. *exilia.* Pro *parvi* ψ 2. *parvius,* et mox *dicenda.* In Zuiccav. quoque *dicenda.*—15 ψ 2. *nostra.* Post *tantas* idem Ms. addit *gentes.* Zuiccav. non agnoscit verba *in tot.*—16 *Accenderet* C S, Barb. 1. Zuiccav. Dresd. Pith. Erf. Ven. 1480. 1483. Junt.—17 Pro *intuendum* ψ 2. *retinendum,* et pro *virorum* C *hominum.* Zuiccav. omittit præpositionem ante *imitandum.* Pro *expressas* in ς *oppressas;* et pro *scriptores* C H χ *scriptiones,* ς *scripturas.*—18 ψ 2. *animam.* Pro *meam* H *in ea.*—19 Zuiccav. *excellentiam.* In χ deest. Tum *confirmabam* C H S.

NOTÆ

[n] *Tantas dimicationes*] Intelligit dissensiones quæ illi fuerunt in reipub. administratione, cum Catilina, et cum ceteris conjuratis.

[o] *Sed pleni*] A testimoniis per traductionem idem de literis probat.

[p] *Lumen accederet*] Multa illustrata literis sunt, quæ vindicantur ab oblivione.

[q] *Virtutes*] Per virtutes, res gestas, et egregia fortitudinis facinora intelligit, quæ passim a Cicerone virtutis nomine exprimuntur.

tu laudibus[20] effers, eruditi fuerunt? Difficile est hoc de omnibus confirmare: sed tamen[1] est certum, quid respondeam. Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuisse, et sine doctrina, naturæ[2] ipsius habitu prope divino, per seipsos et moderatos et graves extitisse fateor: etiam illud adjungo, sæpius ad laudem atque virtutem naturam[3] sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam. Atque[4] idem ego contendo, cum ad naturam eximiam atque illustrem accesserit[5] ratio quædam conformatioque doctrinæ, tum illud nescio quid præclarum ac singulare solere existere.[r][6] 16. Ex hoc esse hunc numero, quem patres nostri viderunt, divinum hominem, Africanum;[r] ex hoc[7] C. Lælium,[s] L. Furium,[t] moderatissimos homines et continentissimos; ex hoc fortissimum virum, et[8] illis temporibus doctissimum, M. Catonem[u] illum senem; qui profecto, si nihil[9] ad percipiendam colendamque virtutem literis adjuvarentur, nunquam se ad earum studium contulissent.[10] Quodsi non hic tantus fructus ostenderetur,[11] et si ex his

[r] *Apparere.*

CAP. VII. 20 A Barb. 1. abest *laudibus.*—1 Pro *tamen,* quod in Barb. 1. deest, Barb. 2. habet *mihi.* Pro *quid,* in ς *de quo,* in Zuiccav. *quod.*—2 χ *natura doctrina.* Copulam *et* ante verba *sine doctr.* deleri maluit Lamb. (ut in C deest), reponi autem ante verba *per semetipsos.* Schutz. legi maluit *fuisse sine doctrina et nat.*—3 ψ 2. *naturamque.*—4 Ilgen. legi mavult *Atqui* aut *At.*—5 Pro *accesserit* C *excrescerit.* Tum, ς ψ 2. Dresd. Pith. *oratio.* Paulo post, Mss. pauci et edd. ante Manut. cum Grut. *confirmatioque.*—6 Lamb. *exsistere solere.* Post *ex hoc* ς addit *enim.*—7 Pro *ex hoc* in ς legitur *at;* et pro *L.* ante *Furium* in ψ 2. *vel.* Dein, *modestissimos homines* C S et edd. ante Grut. Præterea, post *ex hoc* H addit *esse.*—8 Pro *et* ante *illis* H et χ habent *in.* C H S ς χ ψ 2. et ed. Hervag. omittunt prænomen ante *Catonem.*—9 Pro *si nihil* C *nisi.* Mox, Pith. *colendam* sine copula. In H deest *literis.* Tum, Tollius et Jac. Gronov. maluerunt *adjuvaremur.*—10 C *contulisset.*—11 χ *ostendetur.*

NOTÆ

[r] *Africanum*] Pauli Æmilii filius Minor Africanus dictus est: is, ut ait Cicero lib. I. de Off. 'eloquentia cumulavit bellicam gloriam.'

[s] *C. Lælium*] Hic Lælius Sapiens nominatus est, quem in libro de Claris Orat. Scipione illustriorem eloquentia fuisse ait.

[t] *L. Furium*] Eodem lib. de Claris Orat. ait Cicero, quod 'L. Furius perbene Latine loqui putabatur, literatiusque quam ceteri.'

[u] *M. Catonem*] Cato vir gravissimus fortissimusque fuit. In extrema senectute literis Græcis operam dedit, et Latinas pæne senex didicit.

studiis delectatio sola peteretur; tamen, ut opinor, hanc animi adversionem [12] humanissimam ac liberalissimam [x] judicaretis. Nam ceteræ [13 y] neque temporum sunt, neque ætatum omnium, neque locorum; [14] [p. 189.] hæc studia adolescentiam agunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac [15] solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, [16] pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.

17. Quodsi ipsi hæc [17] neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari deberemus, etiam cum in aliis videremus. VIII. Quis nostrum [18] tam animo agresti ac duro fuit, ut Roscii [z] morte nuper non commoveretur? [19] qui cum esset senex mortuus, tamen, propter excellentem artem ac venustatem, [a] videbatur omnino mori



Mox, S *pateretur*. In ς deest *ut* ante *opinor*.—12 Mss. plerique, Ven. 1483. Junt. Crat. Græv. *animadversionem:* Naug. Cam. Lamb. Oliv. Lall. e conjectura Lazari Bonamici dederunt *animi remissionem*. Muretus maluit *animi aversionem*. Heumannus deleri jussit, ut ad pronomen *hanc* subintelligatur *delectationem*, quod jam Gifanius inter Epp. Mureti II. 23. conjecerat. A Gallo quodam grammatico ad marginem ascriptum esse *animi diversionem* suspicatur idem Heumann. Vide P. Victorii Varr. Lect. XXIX. 7. Verba *ac liberalissimam* in ς desunt.—13 Pro *ceteræ* C χ *certe;* S, Zuiccav. Ven. 1483. Junt. Crat. *ceteræ res;* ς *ceteræ rerum*. Mox, Zuiccav. *sint*.—14 In H *atque locorum*. Ante *hæc studia* Grævius auctoritate Ms. Erf. inseruit *at*. Tum, pro *agunt* quinque Oxonn. Mss. et alii, atque Naug. Cam. Lamb. Manut. Veiburg. Oliv. Lall. Weiske, et Orell. habent *alunt;* Schrœter. e conjectura Gulielmii *acuunt*.—15 Pro *perfugium ac* C *hoc;* H *profugium ac*.—16 Heumann., quem offendunt verba *non imp. foris*, scribi maluit *delectant domi, foris pernoctant nobiscum, peregr. rust.*

CAP. VIII. 17 C et ς carent *hæc*. In H et χ *hæc attingere nequimus sensu nostro*. Tum, C *gustare possumus*. In H verba *gustare poss.* desunt. Pro *tamen* ψ 2. *cum*. Porro, C omittit præpositionem ante *aliis*.—18 H χ *vestrum*, et Ms. Ambrosian. cum Lamb. *animo tam agr.* In C *agresto*.—19 Ambrosian.

NOTÆ

De illius eloquentia pluribus agit Cic. in Claris Oratoribus, et in lib. de Senect.

[x] *Liberalissimam*] Delectatio ex studiis dignissima est homine liberaliter educato.

[y] *Nam ceteræ* [*cetera*] Alia studia non pertinent ad omnia tempora, neque ad omnes ætates et omnia loca; at studia poëtica hæc universa complectuntur.

[z] *Roscii*] Is est Roscius comœdus ille, pro quo Cicero dixit; et quem Q. Catulus, vir ille gravissimus, oriente sole pulchriorem judicabat, licet oculis perversissimis esset.

[a] *Venustatem*] Habuit hanc venustatem in motibus corporis, quos adeo

non debuisse. Ergo ille corporis motu[20] tantum amorem sibi conciliarat a nobis omnibus; nos[1] animorum incredibiles motus celeritatemque ingeniorum negligemus? 18. Quoties ego[2] hunc Archiam vidi, judices, (utar enim vestra benignitate, quoniam me in hoc novo[3] genere dicendi tam diligenter attenditis[s]) quoties ego hunc vidi, cum literam scripsisset[4] nullam,[t] magnum numerum optimorum versuum de his ipsis[5] rebus, quæ tum agerentur, dicere ex tempore! quoties[6] revocatum[b] eandem rem dicere, commutatis verbis atque sententiis! Quæ vero[7] accurate cogitateque scripsisset, ea sic vidi probari,[8] ut ad veterum scriptorum laudem pervenirent. Hunc ego non diligam? non admirer? non omni ratione defendendum putem? Atqui[9] sic a summis hominibus eruditissimisque accepimus, ceterarum rerum studia, et doctrina, et præceptis, et arte constare; poëtam natura ipsa valere,[c] et mentis viribus excitari, et quasi divino quodam spiritu inflari.[10] Quare

[s] *Auditis.* [t] *Nihil omnino scripsisset.*

moveretur. Pro *cum esset* Grut. legi maluit *qui etsi.*—20 Nonnulli ap. Græv. *ille corp. motus:* alii *illo corp. motu.* Mox, ed. Wald. *conciliat.* In H omittitur *a nobis.*—1 Schrœter. *hos* e conjectura Ernesti. Ilgen. Opp. p. 110. maluit *num anim.* et Dœring. *at nos anim.* Pro *animorum* C *amicorum*, et pro *incredibiles* ϛ *moderabiles.* Tum, H *celeritatem* sine copula : χ *celebritatemque.* Denique, *negligimus* H S ϛ χ ψ 2.—2 C caret *ego.*—3 Idem Ms. omittit *novo.* Dein, *attendatis* ϛ.—4 ϛ *suscepisset.*—5 Zuiccav. Junt. Lamb. et Orell. *de iis ipsis.* Pro *tum* in ϛ *tamen.* Dein, C H S χ, Zuiccav. *agebantur.*—6 Post *quoties* C addit *ego.* In Ms. Ursini *revocatam.*—7 Pro *vero* χ *nec.* Mox, alii *cogitatoque.*—8 χ *probare.* Tum, idem Ms. *perveniret*, ut volebat Heumann. Porro, nonnullæ edd. vett. *Hunc non ego dil.*—9 ϛ, Zuic. Schrœt. et Schutz. *Atque.* Dein, S *sic ea a summ.* C et ϛ *sic ea summ.* Pro *eruditissimisque* C *eruditisque;* S *liberalissimisque.*—10 ϛ et unus Pariss. *inflammari:* reliqui Pariss. septem Oxonn. Mss. Grævii et Gruteri Mss. atque Barb. 2. edd.

NOTÆ

eleganter exprimebat, ut, qui in aliquo artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. Vide Cic. lib. I. de Orat.

[b] *Revocatum*] Postulatus Archias ut aliter diceret, tam facile alia verba et sententias proferebat, ut non aliter res scripta fuisse videretur.

[c] *Poëtam natura ipsa valere*] Affert Cicero quod vulgo celebratur de poëtis, 'poëtam nasci, oratorem fieri.' Certe idem Cic. lib. 1. Tusc. Quæst. poëtam grave plerumque carmen sine cœlesti aliquo mentis instinctu fundere non putat.

suo jure noster ille Ennius sanctos appellat poëtas,[d] quod [11] quasi Deorum aliquo dono atque munere commendati [12] nobis esse videantur. 19. Sit igitur,[13] judices, sanctum apud vos, humanissimos homines, hoc poëtæ nomen, quod nulla unquam barbaria violavit. Saxa et solitudines [e] voci [14] respondent; [f] bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur [g] atque consistunt: nos, instituti rebus [15] optimis, non poëtarum voce moveamur? Homerum Colophonii [h] civem esse dicunt suum; [16] Chii suum vindicant;[i] Salaminii [k] repetunt; Smyrnæi [l] vero suum esse confirmant (itaque etiam [17] de-

Rom. Brix. Med. Ven. 1483. Grut. et edd. seqq. *inflari.* Ceteri *afflari.* Vid. Nott. Varr.—11 In H et Zuiccav. deest *quod.*—12 Gulielm. conjecit *commodati,* prob. Grutero. In Pith. deest *nobis.*—13 ψ 2. *Sic igitur.* Mox, ς *poëta.* Tum, C *nunquam ullam barbariam:* Zuiccav. *nunquam ulla barbaria.*—14 *Voce* Mss. et edd. ante Naug. qui cum edd. seqq. e Quintiliano dedit *voci.*—15 Pro *rebus* Weiske conjecit *moribus* legend.—16 Zuiccav. *dicunt esse suum.* Pro *Chii* ψ 2. habet *Hii.* Ante *suum* Lamb. addit *ut.* Pro *vindicant* H et S *judicant.* Porro, C H χ *Salamini.* Pro *Smyrnæi* C *Simcerinii;* H *Smyrni;* χ *Smyrnii;* Ms. Lambini *Zmyrnæi.* Pro *confirmant,* alii *confitentur.*—17 Pro *itaque etiam* ς *idque esse:* Heumann. legi maluit *atque etiam.* Pro *itaque* Ant. Augustinus legendum conjecit *Ietæque,* h. e. qui insulam Ion incolunt. Tum, pro *ejus* Lamb. edidit *ei;* et pro *oppido* in χ *urbe.*

NOTÆ

[d] *Sanctos appellat poëtas*] Plato poëtas Deorum filios et interpretes vocat.

[e] *Saxa et solitudines*] Cum agat in hac oratione pro poëta Cicero, poëtice etiam loquitur: nam si oratorie loqueretur, vitiosa hæc haberetur oratio, utpote parum veritati conformis.

[f] *Voci* [*voce*] *respondent*] Saxa scilicet per echo respondent: cum enim vox in aliquod corpus solidum et concavum vehementius impulsa est, eadem remittitur, et eundem nostris auribus sonum reddit.

[g] *Bestiæ cantu flectuntur*] Alludit ad Orphei fabulam, quem poëtæ dixerunt tigres, leones, sylvas, arbores suæ testudinis sono demulsisse. Quo figmento voluerunt indicare, quanta sit poësis suavitas ad demulcendos hominum vel agrestissimorum animos.

[h] *Colophonii*] Colophon, unde Colophonii dicti sunt, urbs fuit Ioniæ, celebris Apollinis oraculo, et Nicandri poëtæ patria.

[i] *Chii suum vindicant*] Chio insula fuit Maris Ægæi, et nobilissima, si Stephano credimus, Ionum urbs.

[k] *Salaminii*] Salaminii populi in Cypro insula.

[l] *Smyrnæi*] Smyrna urbs Ioniæ fuit.

Omnes illi quidem populi civem suum Homerum esse contendunt, at eum Chii ceteris æquius sibi vindicare debent, vel vetustissimorum scriptorum testimonio. Certe Plato in Ione apud Chios Homeridas ab ipsa Homeri stirpe fuisse commemorat; et, quod scite Homerum expoli-

lubrum ejus in oppido dedicaverunt); permulti alii præterea pugnant inter se atque contendunt. IX. Ergo illi alienum,[m] quia poëta fuit, post mortem etiam [18] expetunt: nos hunc vivum,[19] qui et voluntate et legibus noster est, repudiabimus? præsertim cum omne olim studium atque omne ingenium contulerit Archias ad populi Romani gloriam laudemque celebrandam? Nam et Cimbricas [20] res adolescens attigit,[n] et ipsi illi C. Mario,[o] qui durior ad hæc studia videbatur, jucundus [1] fuit. Neque enim [p] quisquam

CAP. IX. 18 C *vero etiam.* In H deest.—19 ψ 2. *virum.* Edd. vett. *et qui vol.* Pro *legibus* H et χ *lege.* Mox, *repudiemus* H χ: *repudiamus* C S ς ψ 2. Erf. Franc. 1. 2. Dresd. Zuiccav. duo Barb. quinque Pall. ed. Wald. Med. Ven. 1480. 1483. Junt. Græv. Beck. Weiske, Schrœter. Schutz. et Orell.—20 ψ 2. *et si Simbricas.* Tum, C et ψ 2. *attingit.* Porro Zuiccav.

NOTÆ

verit, se vel hoc uno nomine dignum ait, qui ab Homeridis aurea corona detur. Huic consentit Strabo lib. XIV. huic Ptolemæus Hephæstio in excerptis apud Photium, qui ex Hypermone historico refert Homeri servum a Chiis mille drachmis mulctatum fuisse, quod mortuum Homerum non exussisset. Julius Pollux IX. 6. ait, apud Chios monetam fuisse, cui nomen Homerus, et illorum numisma, ex una parte Homeri effigie, et ex alia sphinge expressum esse. In eadem sunt sententia Simonides, Pindarus, Theocritus, Euthymenes, Constantinus imperator, Themistius, Claudianus, Paulus Silentiarius, qui Homerum vatem Chium appellarunt; quorum omnium testimonia fuse prosecutus est Leo Allatius, vir doctissimus, in libello quem de Homeri patria conscripsit. Hinc forte nata est de Homero inter civitates contentio, quod varii variis temporibus fuerint Homeri, omnes quidem, aut literis, aut arte aliqua conspicui. Nam præter hunc nostrum Homerum duo floruerunt apud Chios; medicinæ scientia alter, alter magica clarus: apud Salaminos quartus institoria arte vir ditissimus; quintus pictura apud Colophonios, sextus juris civilis scientia, septimus musica apud Athenienses, octavus apud Mæonios Græcarum linguarum peritia floruit.

[m] *Ergo illi alienum*] Isti populi Homerum, licet externum, post mortem habere quasi civem suum voluerunt; igitur Romani Archiam, qui legibus Romanis utitur, civem repudiare non debent.

[n] *Cimbricas res attigit*] Bella contra Cimbros gesta descripsit; in quo gloriam Romani nominis extulit.

[o] *Mario*] Hic Archias Mario gratus et jucundus extitit, qui ab hoc genere studiorum abhorrere videbatur: et ab ipsa illa lingua Græca, qua utebatur Archias, et studio et voluntate alienissimus fuit, ut refert de eo Sallustius.

[p] *Neque enim*] Reddit rationem cur grati sint poëtæ; quia videlicet versi-

est[2] tam aversus a Musis, qui non mandari versibus æternum suorum laborum facile præconium patiatur.[3] Themistoclem[q] illum, summum Athenis virum, dixisse aiunt, cum ex eo quæreretur, quod[4] acroama,[r] aut cujus vocem libentissime audiret; 'Ejus, a quo sua virtus optime prædicaretur.' Itaque ille Marius item eximie[5] L. Plotium[s] dilexit, cujus ingenio putabat ea, quæ gesserat, posse celebrari. 21. Mithridaticum vero bellum,[t] magnum atque difficile, et in[6] multa varietate terra marique versatum, totum ab hoc expressum est:[u] qui libri non modo L. Lucullum, fortissimum et clarissimum virum, verum etiam populi Romani nomen illustrant.[7] Populus enim Romanus aperuit, Lucullo imperante,[x] Pontum,[8] et regiis quondam opibus, et ipsa natura regionis vallatum: populi Romani exercitus, eodem duce, non maxima manu[y] innumerabiles Armeniorum[z] copias fudit: populi Romani laus est, urbem

etiam ipsi: in C deest copula.—1 ψ 2. *jucundius.*—2 C et χ omittunt *est.* Dein, in C *adversus.*—3 Junt. et Lamb. *præc. facile pat.*—4 ϛ non habet *quod.* Tum, ἀκροάταα C, suprascr. 'i. auscultorem:' χ *acroma;* in H deest, relicto spatio. Erf. *qualia carmina quod acroama.*—5 In ϛ, Zuiccav. Pith. Franc. 1. 2. et duobus Barb. omittitur *item*, ac in Barb. 1. *eximie.* Lamb. dedit, *Itaque Marius ille item eximie L. Plautium.* In Ms. Ambrosian. *L. Clodium.*—6 Zuiccav. præpositionem omittit.—7 ϛ *lustrant.*—8 In ψ 2. deest *Pontum.* Tum, C *regii quondam operibus.* In H et ϛ deest *ipsa* ante *natura.*

NOTÆ

bus suis clarorum virorum gloriam æternæ hominum memoriæ commendant.

[q] *Themistoclem*] Themistocles dux Atheniensis fuit tantus, ut nemo ei Græcorum anteferatur; pauci pares putentur, ut de eo Nepos scripsit.

[r] *Acroama*] Acroama vox, narratio et recitatio est, quæ instrumentis musicis permixta est, tuncque a voce distinguitur.

[s] *Plotium*] Plotius a Suetonio inter claros rhetores numeratur: alius est etiam Plotius poëta et philosophus non ignobilis.

[t] *Mithridaticum bellum*] De hoc bello fuse in orat. pro Lege Manil. dictum est.

[u] *Expressum est*] Ab hoc poëta carmine descriptum fuit illud bellum.

[x] *Lucullo imperante*] De eo in orat. pro Lege Manil. et de Ponto, Mithridatis regno, dictum est.

[y] *Non maxima manu*] Cum Tigranes maximo instructus exercitu venientem cum longe inferiori Lucullum vidisset, dixisse fertur, si legati venirent, satis quidem multos; si vero pugnaturi, paucos admodum esse.

[z] *Armeniorum*] Armeniorum rex

amicissimam Cyzicenorum,[9] [a] ejusdem consilio, ex omni impetu[10] regio, ac totius belli ore ac faucibus[b] ereptam esse atque servatam:[11] [*p.* 190.] nostra semper feretur et prædicabitur, L. Lucullo dimicante, cum interfectis ducibus depressa hostium classis, et incredibilis[12] apud Tenedum[c] pugna illa navalis:[13] nostra sunt tropæa, nostra monumenta, nostri triumphi. Quare,[14] quorum ingeniis[d] hæc feruntur, ab iis populi Romani fama celebratur. 22. Carus fuit Africano superiori[15] noster Ennius:[e] itaque etiam[16] in sepulcro[f] Scipionum putatur is esse constitutus

—9 C *Ciminerorum:* ς *Agicenorum:* ψ 1. *Cigitenorum.*—10 C *ex omni etiam imp.* Pro *ac totius* in H et Zuiccav. *a totius;* Heumann. legi mavult *ac atrocis.*—11 Naug. Hervag. Cam. Manut. Lamb. *conservatam.*—12 Heumann. scribi jussit, *classis est, incred.*—13 C *navali.*—14 ς χ ψ 1. Franc. 2. et edd. pr. *Quia:* Erf. et Pith. *Que*, unde Grævius etiam suspicatus est legi posse, *Quæ quorum ing. fer.* omisso pronom. *hæc.* In χ *feruntur.* Pro *iis* in Zuiccav. *his.* Paulo post, ψ 1. *celebrabatur.*—15 In ς deest *superiori.*—16 Heumann. maluit *atque etiam.* Mox, C caret *esse.* Tum *e marmore.* *At iis laudibus* e conjectura Honorati Fascitelli dederunt Manut. Lamb. et edd. seqq. præter Schutz. qui e conjectura Ilgenii recepit *e marmore.* *At ejus laud.* Ceteri *et*

NOTÆ

erat Tigranes. De copiarum ejus internecione dictum est in orat. pro Lege Manil.

[a] *Urbem Cyzicenorum*] Vide orat. pro Lege Manil. § 20. not.

[b] *Belli ore ac faucibus*] Elegans metaphora, a feris animantibus ducta, quarum in fauces incidere extremi est periculi. Hanc autem civitatem cum sibi Mithridates Asiæ januam fore putaret, qua effracta tota provincia pateret, eo omnem belli impetum converterat.

[c] *Apud Tenedum*] Vide orat. pro Murena, § 34. not.

[d] *Quorum ingeniis*] Hinc concludit quanto in honore habendus sit Archias, et ceteri viri ingeniosi et eruditi, qui Romanorum ducum res gestas, et populi Romani gloriam celebrant.

[e] *Noster Ennius*] Ennius antiquus poëta, Rudiis Calabriæ oppido natus, carmine Annalium libros, atque alia multa scripsit, quæ omnia, præter aliqua eorum fragmenta, temporum vetustate perierunt. De eo sic cecinit Horatius Epist. I. II. 'Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma Prosiluit dicenda.' Is autem carus fuit inprimis Scipioni Africano; nam, ut Valerius Max. VIII. 1. ait, 'superior Africanus,' qui ab Africa devicta dictus est, 'Ennii poëtæ effigiem in monumentis Corneliæ gentis collocari voluit, quod ingenio ejus opera sua illustrata judicaret.' Huic consentit Ovidius, cum canit, 'Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus, Contiguus poni, Scipio magne, tibi.'

[f] *In sepulcro*] Sepulcrum Africani erectum erat in Via Appia intra primum ab urbe lapidem.

e marmore. At iis laudibus certe non solum ipsi, qui laudantur,[17] sed etiam populi Romani nomen ornatur. In cœlum hujus proavus[g] Cato tollitur: magnus[18] honos populi Romani rebus adjungitur.[19] Omnes denique illi Maximi,[h] Marcelli,[20] Fulvii, non sine communi omnium nostrum laude decorantur. X. Ergo[1] illum, qui hæcfecerat, Rudium hominem,[i] majores nostri in civitatem receperunt;[k] nos[2] hunc Heracleensem, multis civitatibus expetitum,[l] in hac[3] autem legibus constitutum, de nostra civitate ejiciemus?[4]

marmoratis laudibus. Gulielmius suspicatus est aliquid excidisse. Lamb. monet, nonnullos verba *e marmore*, aut *et marmoratis*, delenda putasse. Gronov. conjecit legend. *const., et in atrio. At iis laud.* Heumann. mavult *e marmore. Ac iis laud.* et Schrœter. *e marmore. At illius laud.* Pro *constitutus* nonnulli, teste Grutero, *institutus.*—17 C H, Pith. *ipse qui laudatur.* In marg. ed. Gothofred. 'Forte *ipsorum.*' Pronomen *qui* non est in S, nec *etiam* in ψ 2.—18 Heumann. correxit, *In cœlum cum hujus proav. Cato toll. quam magn. &c.*—19 H *populo R. adj.* Pith. Dresd. Franc. 1. 2. Zuiccav. et ed. pr. *populo Romano adj.* χ, ψ 2. Barb. 2. *populi Romani adj.*—20 Zuiccav. *Marcelli, Maximi.* Tum, Heumann. corrigit, *nonne communi . . . decorantur?* In H et χ deest *nostrum.*

Cap. x. 1 ψ 2. *Ego.* In C et Ms. ap. Græv. *qui hoc fec.* Pro *Rudium hominem,* Zuiccav. *rudem tum honorem;* ψ 2. et Mss. nonnulli Grævii *rudem tamen honorem;* alius *rudem tu hominem;* C H S χ *rudem tum hominem;* ς *eundem tamen hominem;* Ms. Ambrosian. cum Schrœter. et Orell. *Rudinum hominem,* ut volebat Ant. Augustinus. Mox, ς *in civitate.*—2 Pro *nos* in ψ 2. *nunc.* Tum, Lamb. *a multis civ.*—3 Zuiccav. *in hanc.* Ante *legibus* unus Ms.

NOTÆ

[g] *Hujus proavus*] Designatur aliquis forte ex iis qui huic causæ aderant, aut patroni aut judices. Hic autem est Cato Major, in quo Livius ait tantam vim animi ingeniique fuisse, ut nulla ars neque privata neque publica rei gerendæ ei defuerit. In bello summus imperator fuit, in pace juris peritissimus, in causis orandis eloquentissimus.

[h] *Illi Maximi, &c.*] Loquitur de illis qui bello Punico secundo victoriis insignes fuere, quosque suis carminibus mirifice Ennius celebravit. Hi fuere præsertim Q. Fabius Maximus, qui cunctando restituit rem; M. Claudius Marcellus, qui docuit Hannibalem vinci posse; Q. Fulvius Flaccus, qui Capuam illustri victoria recepit.

[i] *Rudium hominem*] Rudiæ porro sitæ sunt in Calabria in Salentinis, civitas a Græcis condita, Ennii patria: quia autem hic præclarissima ducum illorum facinora versibus suis conscripserat, donatus est civitate: an igitur par est ejici Roma Archiam, &c.

[k] *In civitatem receperunt*] Ennius donatus est civitate Romana a filio M. Fulvii, quem contra Ætolos bellum gerentem secutus erat.

[l] *Multis civitatibus expetitum*] Superius vidimus a Rheginis, Locrensi-

23. Nam si quis minorem [m] gloriæ fructum putat ex Græcis [5] versibus percipi, quam ex Latinis, vehementer errat; propterea, quod Græca leguntur in omnibus fere gentibus,[n] Latina suis finibus, exiguis sane,[6] continentur. Quare si res hæ,[7] quas gessimus, orbis terræ regionibus definiuntur;[8] cupere debemus, quo manuum [9] [o] nostrarum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare; quod cum [10] ipsis populis, de quorum rebus scribitur, hæc ampla sunt; tum [11] iis certe, qui de vita, gloriæ [12] causa, dimicant, hoc maximum et periculorum [13] incitamentum est, et laborum. 24. Quam multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur! [p]

Grævii addit præpositionem *de*.—4 H *ejicimus*.—5 ς *et Græcis*.—6 C *plane*.—7 *Res ex* Ven. 1480. Junt. Lamb. Schutz. et Orell.—8 ψ *regionibus tibi deferuntur*.—9 Ante *manuum* Mss. plerique et edd. ante Lamb. cum Græv. Oliv. Lall. addunt *minus*, quod omittunt H S, Pal. 2. 3. Franc. 1. Barb. 1. Lamb. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. Schrœter. e conjectura Heumanni edidit *quo minus manum . . . eo tamen glor.* Pantagathus, servato *minus*, maluit *eodem tamen glor.* Tollius, qui *minus* delevit, voluit *eodem quoque glor.* Gulielm. conjecit *quo eminus man.* et Gruterus *quo cominus man.* Hotomannus desiderari aliquid ratus conjecit *eodem nominis nostri glor.* Præterea, H *pervenerunt*.—10 In H χ *tum*. Heumannus censebat *populis* delend.—11 ς et ψ 2. *tamen*.—12 C *vitæ gloria*.—13 Idem Ms. *periculosum*. In ς omittitur *est*.—

NOTÆ

bus, Neapolitanis, &c. civitate donatum fuisse Archiam, a quibus summe expetitus fuerat.

[m] *Nam si quis minorem*] Occupatio est, qua docet eos errare, qui minorem putabant ex Græcorum, quam Latinorum scriptis gloriam colligi, ideoque minoris faciendum Archiam, qui Græce scripsit.

[n] *Leguntur in omnibus gentibus*] Græca lingua ubique erat in usu. Certe Diodorus Siculus, et Cæsar in Commentariis docent, a Gallis ipsis auditam fuisse, cum Latina illis adhuc esset ignota. Sed crescente in dies imperio Romano, illa tandem, inquit Plinius, 'una cunctarum gentium in toto orbe patria facta est.'

[o] *Quo manuum* [*quo minus manuum*] Videtur, tollendam esse hanc particulam *minus*, quæ sensui officit. Sic itaque argumentatur Cicero; cum constet Græcam linguam magis patere quam Latinam, nostraque arma factaque pervagata sint universum orbem, optare debemus, quo manuum nostrarum tela pervenerint, eodem gloriam, famamque penetrare. Hoc eximie præstare potest Græcus sermo; Latinus minime. Quare fovendus est omnique honore afficiendus Licinius, qui ea lingua poëma scribit, ac fortia Romanorum facta celebrat.

[p] *Secum habuisse dicitur*] Probat quanto in honore apud magnos viros poëtæ fuerint, exemplo Alexandri Magni, qui licet habuerit secum mul-

Atque is[q] tamen, cum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset, 'O fortunate,' inquit, 'adolescens,[r] qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris!'[14] Et vere: nam, nisi Ilias illa[s] extitisset; idem tumulus, qui corpus ejus[15] contexerat, nomen etiam obruisset. Quid? noster hic Magnus,[t] qui cum virtute fortunam adæquavit,[16] nonne Theophanem Mitylenæum,[u] scriptorem[17] rerum suarum, in concione militum civitate donavit? et nostri illi fortes viri, sed rustici ac milites,[x] dulcedine quadam gloriæ[18] commoti, quasi participes ejusdem[19] laudis, magno illud clamore approbaverunt? 25. Itaque, credo,[y] si civis Romanus Ar-



14 H χ ψ 2. Pith. Zuiccav. *inveneras.* Mox, H ς χ, Barb. 1. 2. Mss. Gruteri, Ven. 1480. *nisi illi ars illa exst.* C *nisi illi ars illa astitisset:* S ψ 2. Ven. 1483. *nisi illi ars exst.* Erf. *nisi ars illa exst.* Crat. *nisi illi ars exst. illa.* Muretus conjecit *nisi Ilias exst. illa*, ut Manut. et Lamb. dederunt.—15 Zuiccav. omittit *ejus.*—16 In ς *æquavit.*—17 C H S χ *Mitylenum*, et ς cum Zuiccav. *scriptionem.* Mox, pro *militum* Pith. *mylicum;* al., teste Grævio, *ylicium.* Tum C

NOTÆ

tos poëtas, et impolitos quidem, tamen eorum scriptis ita delectabatur, ut eos muneribus cumularet: unde Horatius de eo canit, 'Gratus Alexandro regi magno fuit ille Chœrilus, incultis qui versibus, et male natis, Rettulit acceptos, regale numisma, Philippos.'

[q] *Atque is*] Alexander Magnus gratulatus fuit Achilli felicitatem suam, cum ad Sigeum, promontorium Trojæ, venisset, ubi dicitur fuisse illius sepulcrum.

[r] *O fortunate adolescens*] Duabus de causis quidem felix fuit: 1. propter virtutem suam egregiam; 2. quod virtutem illam egregiam Homerus prædicavit, cujus beneficio apud posteros perpetua futura est, ut sequentia verba indicant.

[s] *Ilias illa*] Ilias opus Homeri nobilissimum fuit, ab eo dicta, quod bellum contineat apud Ilium, quod inter Græcos gestum est et Trojanos ob raptam Helenam.

[t] *Noster hic Magnus*] Probat ab exemplo Pompeii Magni, qui, cum in Hispaniam ad periculosissimum bellum proficisceretur, lege lata a L. Gellio Publicola, et Cn. Cornelio Lentulo, potestatem obtinuit donandi civitate, qui bene se strenueque gessissent in bello.

[u] *Theophanem Mitylenæum*] Theophanes ille fuit historicus et poëta, qui res gestas a Pompeio versibus celebravit, a quo communi militum consensu jus civitatis obtinuit.

[x] *Sed rustici ac milites*] Ex Catone, in libro de Re Rustica, ex agricolis viri fortissimi et strenuissimi milites fiunt, utpote qui magis quam urbani laboribus tolerandis assueti sunt.

[y] *Itaque, credo*] Ironia: si enim Archias donatus non fuisset civitate, id facile beneficium ab aliquo imperatore, Metello nempe obtinuisset, cui familiaris fuit; vel a Sulla, qui

chias legibus[20] non esset, ut ab aliquo imperatore civitate[1] donaretur, perficere non potuit. Sulla, cum Hispanos et Gallos donaret;[z] credo,[2] hunc petentem repudiasset: quem nos in concione vidimus, cum ei[3] libellum malus poëta de populo[u] subjecisset, quod epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis,[a] statim ex iis rebus, quas tunc vendebat,[b] jubere[4] ei præmium tribui sub ea conditione, ne quid postea scriberet. Qui sedulitatem[x] mali poëtæ duxerit[5] aliquo tamen præmio dignam, hujus[6] ingenium et virtutem in scribendo[7] et copiam non expetisset? 26. Quid? a Q. Metello Pio, familiarissimo suo, qui civitate multos[8] donavit, neque per se, neque per Lucullos impetravisset? qui præsertim[c] usque eo de suis rebus scribi cuperet, ut etiam Cordubæ natis[d] poëtis, pingue

[u] *Vulgaris.* [x] *Diligentiam.*

civitatem.—18 C *gloria.*—19 Zuiccav. *ejus.*—20 In ψ deest *legibus.* Zuiccav. omittit præpositionem ante *aliquo.*—1 C *civitati.* Mox, Ern. conjecit *perf. non potuisset.* Post *Sulla* S addit *vero.*—2 Schutz. e suspicione delevit *credo.* Tum, in C *repudiasse.*—3 Pro *cum ei* in Zuiccav. et Ven. 1480. *cui cum.* Tollius e conjectura Gulielmii delevit *malus.*—4 S, Ambrosian. Ven. 1480. et 1483. *jussit.* Pro *ei* C *eum,* et pro *sub* H et Ambrosian. *sed.*—5 ϛ *duxerunt.* In H deest *præmio.*—6 H S T ϛ χ ψ 2. Pith. Barb. 2. Ven. 1483. Grut. *cujus.* —7 C *virtus scrib.* Mox, H *copia,* et C *appetisset;* H χ *extitisset:* ϛ *expetissent.* Tum, H et S *Quod.* Pro præpositione *a* ψ 2. habet *nisi.* In C legitur, *Quid? a Q. Metello, familiarissimo Pio filio.*—8 ψ 2. *civitates multas.*—

NOTÆ

etiam in malos poëtas liberalis fuit.

[z] *Hispanos et Gallos donaret*] Probat exemplo Sullæ, qui cum milites Gallos et Hispanos, quorum erat usus in bellis opera, civitate donarit, haud dubie Archiam civitate donavisset, si hanc ab illo gratiam Archias petivisset; quod confirmat exemplo mali poëtæ, &c.

[a] *Alternis versibus longiusculis*] Id est, hexametris et pentametris, vel illis versibus quales ab Horatio plurimi scripti sunt.

[b] *Quas tunc vendebat*] Dedit illi ex bonis civium Rom. quæ sub hasta vendebat in foro, quod Marii partibus studuissent: id invidiose contra Sullam dicit.

[c] *Qui præsertim*] Probat Archiam potuisse obtinere civitatem a Metello, qui cum summa laudis cupiditate flagraret, incultos poëtas ad res suas celebrandas assumsit.

[d] *Cordubæ natis*] Corduba urbs in Hispania Bætica, in qua nati sunt plures eruditione viri clarissimi, inter quos potissimum duo Senecæ et Lucanus commendantur.

quiddam [9] sonantibus atque peregrinum,[e] tamen aures suas dederet.[y] XI. Neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest,[10] sed præ nobis ferendum: trahimur omnes laudis studio; [11] et optimus quisque maxime gloria ducitur. [*p.* 191.] Ipsi illi [12] philosophi, etiam illis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt,[13] nomen suum inscribunt: in eo ipso, in quo [14] prædicationem nobilitatemque despiciunt, prædicari de se, ac nominari volunt. 27. Decimus [15] quidem Brutus,[f] summus ille [16] vir et imperator, Attii,[17] [g] amicissimi sui, carminibus templorum ac monumentorum [18] aditus exornavit suorum. Jam vero ille, qui cum Ætolis,[19] Ennio comite, bellavit, Fulvius,[20] [h] non dubitavit Martis [z] manubias [i] Musis consecrare. Quare,

[y] *Accommodaret.* [z] *Belli.*

9 C et ψ 2. *quidem*: Zuiccav. *quoddam*. Dein, χ *somniantibus*. Pro *tamen* in C *haberi*. Postea C *dederit*: H *deberet*.

Cap. XI. 10 ψ 2. *Neque enim hoc obscurandum, quod dissimulari non pot.* In Zuiccav. deest *hoc*.—11 Zuiccav. *studio laudis*.—12 Junt. et Schutz. omittunt *illi*. Mox, *etiam in illis libellis* Mss. pauci, Ven. 1483. Lamb. Græv. *etiam illis in libellis* Junt. *etiam in his libris* Ammian. Marcell. XXII. 7. Ceteri *etiam illis libellis*.—13 H *inscribunt*. Mox, C et H *scribunt*.—14 Pro *in quo* Weiske ex Ammian. Marcell. recepit *quod*. Mox, pro *despiciunt* ψ 2. *disputant*. Lamb. omisit præpositionem ante *se*. Tum, *et nom.* C: *ac se nom.* ex Ammian. Marcell. recepit Weiske.—15 C S et ϛ *Decius*.—16 C H ϛ ψ et Zuiccav. omittunt *ille*.—17 Al. *Accii*.—18 ϛ *munimentorum*.—19 C

NOTÆ

[e] *Pingue quiddam sonantibus atque peregrinum*] Imperitiam illorum poëtarum carpit, quorum stylus indoctus et, ut vulgo dicitur, pingui Minerva elaboratus, neque Latinus satis est, quia in eo peregrina quædam vocum expressio reperitur, quæ Romanæ linguæ puritatem non sapit. Certe in iis supra memoratis auctoribus quidam stylus est turgidus et inflatus, quem facile hinc est observare a temporibus Ciceronis ad ætatem usque Senecarum et Lucani in Cordubensibus viguisse.

[f] *D. Brutus*] D. Brutus consul fuit cum Scipione A.U.C. 616. et in Hispaniam cum imperio profectus sexaginta Gallæciorum millia oppressit: unde Gallæcius dictus est. Vide Paterculum et Strabonem.

[g] *Attii*] Attius, sive Accius, scriptor tragœdiarum fuit, cujus meminit Horatius Sat. I. 10. 'Nil comis tragici mutat Lucilius Acci?'

[h] *Bellavit, Fulvius*] Cum Fulvius Nobilior bellum illaturus in Ætoliam profectus est, duxit secum Ennium: quod, auctore Cicerone Tusc. Q. l. I. a Catone Fulvio tanquam probrum objectum est.

[i] *Manubias*] De his dictum est lib. I. in Verr. § 154. not.

in qua urbe[k] imperatores prope armati poëtarum nomen et Musarum delubra coluerunt, in ea non debent togati[1] judices a Musarum honore et a poëtarum salute abhorrere.

28. Atque, ut id libentius faciatis, jam me vobis, judices, indicabo; et de meo quodam amore gloriæ, nimis acri fortasse, verumtamen honesto, vobis confitebor.[2] Nam, quas res nos in consulatu nostro vobiscum simul pro salute[3] hujus urbis[l] atque imperii, et pro vita civium, proque universa republica gessimus, attigit[4] hic versibus atque inchoavit: quibus auditis, quod mihi magna res et jucunda[5] visa est, hunc ad perficiendum hortatus sum. Nullam[6] enim virtus aliam mercedem laborum periculorumque desiderat, præter hanc laudis et gloriæ: qua quidem detracta, judices, quid est, quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, et tam brevi,[7] tantis nos in[8] laboribus exerceamus?[a] 29. Certe, si nihil animus præsentiret in posterum,[m] et, si, quibus re-

[a] *Fatigemus.*

---

cum illis Æt.—20 Zuiccav. *afulvius.*—1 Pro *togati* χ *locati;* ς *locari;* ψ 2. *totati.* Mox, pro *honore* et ς et Zuiccav. *amore.* In Zuiccav. etiam est *ac* pro *et*, atque *a* ante *poët.* omittitur.—2 ψ 2. *confiteor.* Mox, pro *nos* in H *non.* Postea, ψ 2. *nobiscum*—3 ς *in salute.* Tum, *hujus æque imperii* Mss. multi, Ven. 1483. Junt. *hujus imperii* Steph. In Erf. Franc. 1. Pith. Dresd. deest *urbis.* Gruter. conjecit legend. *pro sal. hujus urbis hujusceque imp.* prob. Grævio. Ante *civium* Zuiccav. addit *omnium.*—4 ψ 2. *attinet.*—5 C *jocunda.* Mox, ψ 2. *proficiendum:* multi Mss., teste Grævio, *conficiendum.* Tum, *adhortatus sum* Erf. *hortatus fui* Barb. *hortavi* C ς ψ 2. Pith. Franc. 2. Zuiccav. et ed. Wald. *adhortavi* Mss. nonnulli Gruteri: *adoravi* Ambrosian.—6 S ς et ψ 2. *Nulla.* In ψ 1. deest *aliam.*—7 ψ 2. *brevis.*—8 Lamb. delevit præpositio-

NOTÆ

[k] *Quare, in qua urbe, &c.*] Conclusio a majore sic profertur. Cum imperatores, bellicis laboribus impediti, poëtas ita coluerint, ut eorum alii templorum ac monumentorum suorum aditus carminibus exornarint, alii secum comites duxerint, ac Musis belli manubias consecrarint; nos certe, qui togati sumus, et in otio cum dignitate vivimus, et ad hæc studia excolenda, et ad honorandos poëtas, eosque conservandos invitamur. Certe Brutus monumenta sua Attii carminibus exornavit: Ennium Fulvius voluit habere comitem.

[l] *Pro salute hujus urbis*] Cicero fatetur eodem desiderio laudis se teneri, quo alii, qui poëtas secum habuerunt; adeoque exhortatum fuisse Archiam, ut, quod opus de se propter conjurationem exstinctam inchoaverat, perficeret.

[m] *Animus præsentiret in posterum*] Docet quod nisi animus immortalem

gionibus[b] [9] vitæ spatium circumscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas;[c] [10] nec tantis se laboribus frangeret, neque tot curis vigiliisque angeretur,[11] neque toties de vita ipsa dimicaret.[n] Nunc[d] insidet quædam[12] in optimo quoque virtus, quæ noctes et dies animum gloriæ stimulis[e] concitat, atque admonet,[13] non cum vitæ tempore esse dimittendam[14] commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adæquandam.[15] XII. 30. An vero tam parvi animi[o] videamur[16] esse omnes, qui in republica, atque in his vitæ periculis laboribusque versamur, ut, cum usque ad extremum spatium,[17] nullum tranquillum atque otiosum spiritum duxerimus,[f] nobiscum simul moritura omnia arbitremur? An, cum[18] statuas et imagines,[p] non animorum simulacra, sed corporum, studiose multi summi homines reliquerint,[19] consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum[20] effigiem non multo malle debemus, summis in-

[b] *Terminis.* [c] *Et interiret cum corpore.*
[d] *Sed.* [e] *Cupiditate.*
[f] *Nunquam tranquille et otiose vixerimus.*

nem ante *laboribus*, quæ abest a Barb. 1. 2.—9 H *quis his reg.* Paulo post, pro *est* in H legitur *iste.*—10 Barb. 1. et Ven. 1480. *cogitatus term. suos.* In C *terminarent;* H χ *determinaret.* Tum Lamb. *neque tantis.*—11 Pith. *ageretur.* Dein, C H S *nec toties.* In Zuiccav. *de ipsa vita.*—12 In C deest *quædam.* Mox, Zuiccav. Junt. Steph. *noctes ac dies.*—13 C *admovet.*—14 Lamb. e Mss. dedit *dimetiendam*, prob. Orell. qui locum esse corruptum notavit. Schutzius e conj. recepit *commetiendam.* Vid. Nott. Varr.—15 ϛ *æquandam.*

CAP. XII. 16 H *videatur:* ψ 2. *videantur.*—17 Zuiccav. *ad extr. spiritum*, et mox *otiosum spatium.* Paulo post, ϛ *arbitraremur.*—18 In C ψ 2. Zuiccav. Barb. 1. deest *cum.* Schrœter. e conjectura Ilgenii dedit *at cum.*—19 *Reliquerunt* ϛ χ, Zuiccav. et edd. ante Lamb.—20 C *virt. vestrarum.* Pro *non*

NOTÆ

se futurum præsentiret, non tot se laboribus et curis torqueret.

[n] *De vita ipsa dimicaret*] Dimicare de vita animus, qui immortalis est, non potest; quare per animum, ipsum hominem intelligit.

[o] *Tam parvi animi*] Parvi est animi, cum sciamus omnia esse interitura, hoc parvum vitæ spatium assiduis laboribus et periculis conterere.

[p] *An cum statuas et imagines*] Ostendit, si statuas homines ambiant, quæ vetustate collabuntur, optare potius debere consiliorum suorum et virtutum imagines, quæ per poëtas ad perpetuam nominis gloriam exprimuntur.

geniis expressam et politam? Ego vero omnia, quæ gerebam, jam tum in gerendo spargere me [q] ac disseminare arbitrabar in orbis terræ memoriam sempiternam. Hæc vero sive [1] a meo sensu [r] post mortem abfutura est, sive (ut sapientissimi homines [s] putaverunt) ad aliquam animi mei partem [t] pertinebit; [2] nunc quidem certe cogitatione quadam [u] speque delector.

31. Quare conservate, [3] judices, hominem pudore eo, quem amicorum [x] videtis [4] comprobari tum dignitate, tum etiam vetustate; [y] ingenio autem tanto, quantum [5] id convenit existimari, quod summorum hominum [z] ingeniis expe-

omnes Mss. et edd. ante Lamb. cum Grut. Græv. Oliv. Lall. Weiske, et Schrœter. habent *nonne*. Paulo post, Lamb. legi voluit *a summis ing.*—1 In ψ 2. et Pith. deest *sive*. Pro *meo* Pith. habet *me*.—2 C ς, Franc. 1. Pith. Dresd. Barb. 1. 2. et edd. pleræque ante Lamb. *abfutura sunt . . . pertinebunt*. In S quoque *pertinebunt*. Vocem *animi* auctoritate Ms. Ursini et unius Paris. delevit Lallem. quem Beck. et Schutz. secuti sunt. Orell. uncis inclusit.—3 ψ 2. *servate*.—4 Pith. Dresd. Junt. Crat. Grut. *amic. studiis vid.* Mox, ς, Ern. Beck. Schutz. Schrœter. et Orell. *vetustate*, ut volebant Muretus, Villiomarus, Tollius, et Heumannus. Ceteri *venustate*. Vid. Nott. Varr.—5 C H S

NOTÆ

[q] *Spargere me*] Metaphora sumta ab agricolis, qui semina spargunt, ut metant.

[r] *Sive a meo sensu*] Videtur hic dubitare Cicero de animorum immortalitate, aitque sive animo suo exstincto penitus non sentiat, sive senserit post mortem, se res præclaras gessisse, se tamen nunc recordatione earum consolari.

[s] *Sapientissimi homines*] Pythagoras, Socrates, atque omnes Magnæ Græciæ sapientes animos hominum divinos esse senserunt, iisque, cum ex corpore abiissent, optimis quibusque patere aditum ad cœlum.

[t] *Ad aliquam animi mei partem*] Partes esse varias animorum crediderunt quidam e veteribus illis, quarum aliæ alia multa in æternitate contemplabantur, aliæ respiciebant quæ præclare quondam in hac vitæ mortalitate gesserant. Plato vero ait tres animæ partes esse; unam, qua homo discit; alteram, qua irascitur; tertiam, qua voluptatum cupiditate ducitur: duas illas posteriores cum corpore perire; primam, in qua ratio inest, remanere cum animo.

[u] *Cogitatione quadam, &c.*] Dum cotat animum suum esse immortalem, sperat futurum, ut post mortem sentiens quæ præclare gessit, eorum recordatione consolationem aliquam percepturus sit Cicero.

[x] *Amicorum*] Maximos, et auctoritate præstantes, quales sunt Luculli, Metelli, amicos habuit Archias.

[y] *Vetustate* [*venustate*] Laudat Archiam a venustate poëseos, et ingenio, quo probari a viris maximis, et expeti potuit.

[z] *Summorum hominum*] Maximo vir ingenio Archias habendus est, quod

titum[6] esse videatis; causa vero ejusmodi,[7] quæ beneficio legis,[a] auctoritate municipii, testimonio Luculli, tabulis Metelli comprobetur.[8] Quæ cum ita sint; petimus a vobis, judices, si qua non modo humana,[b] verum etiam divina in tantis negotiis commendatio debet esse; ut eum, qui vos, qui vestros[9] imperatores, qui populi Romani res gestas semper ornavit; qui etiam his recentibus[10] nostris, vestrisque domesticis periculis[c] æternum se testimonium laudum[11] daturum esse profitetur; quique est eo numero, qui semper apud omnes sancti sunt habiti atque dicti;[12] sic in vestram accipiatis fidem,[g] ut humanitate vestra levatus potius, quam acerbitate violatus[d] esse videatur. 32. Quæ de causa, pro mea consuetudine, breviter simpliciterque[13] dixi, judices, ea confido probata esse omnibus: quæ non fori, neque judiciali consuetudine,[14][e] et de hominis ingenio, et communi-

[g] *Tutelam.*

ς χ ψ 2. Zuiccav. Ven. 1483. Junt. Crat. *quanto.* Tum, C et ς *æstimari.*—6 Lamb. *a summ. hom. ing.* et ς *expeditum.*—7 Ed. Vict. *ejuscemodi.*—8 C *probetur.* Mox, S *ita sunt.*—9 ψ 2. *ut eum, quos qui nostros.*—10 Zuiccav. *qui et his:* atque ς *decentibus.* In ψ 2. deest *nostris.* Dein, H et χ omittunt *domesticis.* In S legitur *vestris domesticisque.*—11 H ψ 2. Dresd. et margo Crat. *laudis.* Porro, ς *daturus.* Pro *quique* C H S ς χ, Barb. 1. 2. Zuiccav. Erf. Franc. 2. Dresd. Mss. Gruteri et edd. vett. cum Weiske habent *isque:* ψ 2. *is qui.* Lambinus conjecit *quique eo hominum numero est*, aut *quique eorum numero est.*—12 C H S ψ 2. Zuiccav. Barb. 1. 2. cum Grævio *hab. itaque dicti.* Pro *sic* χ *si.* Præterea, nonnulli *recipiatis fidem*, teste Lambino.—13 Pro *consuetudine* ς *necessitudine*, et pro *simpliciterque* ψ 1. *suppliciterque.*—14 In C H S ς χ ψ 2. Erf. Barb. 1. 2. Pall. Mss. Gulielmii, Ven. 1483. Crat. Steph. *quæ fir-*

NOTÆ

Mariis, Lucullis, Metellis his tantis viris placere potuit.

[a] *Beneficio legis*] Probat valere illius causam tum a beneficio legis quæ a Silvano et Carbone lata est; tum auctoritate municipii Heracleensis; tum testimonio Luculli, qui non opinari se, sed scire, &c. dicit; tum Metelli tabulis, apud quem professus est.

[b] *Si quâ non modo humana, &c.*] Affirmative hæc particula *si* ponitur: adeo ut sit ille sensus, quandoquidem Archias vestros imperatores, &c. semper ornavit, dignus est qui vobis non modo ab hominibus, sed ab ipsis Diis commendetur.

[c] *His recentibus periculis*] Pericula illa sunt quibus a Catilina respub. exposita fuit.

[d] *Violatus*] Violari acerbo aliquo judicio non debet Archias, quia sanctum est nomen poëtæ.

[e] *Non fori neque judiciali consuetudine*] Cicero postulaverat a judicibus, ut novo quodam et inusitato dicendi genere sibi fas esset uti in defensione Archiæ.

ter[f] de ipsius[15] studio locutus sum, ea, judices, a vobis spero esse[16] in bonam partem accepta; ab eo, qui judicium exercet,[g] certo scio.[17]

me (Barb. 2. *firma*) *a me judicialique cons.* et sic ed. pr. nisi quod *judiciali.* Franc. 1. et alii, teste Grævio, *quæ firme a me judiciali cons.* Dresd. *quæ non fori judicialique cons.* Pith. *quæ firmo a me judicialique sermone:* Zuiccav. *quæ sermone a me jud.* Hinc Garaton. colligit locum esse mendosum, et a Cicerone fortasse scriptum *quæ a foro alieno judicialique cons.* Schrœter. legi mavult *quæ sermone alieno a re judicialique cons.* Ceteri ut Ern. Dein, Lamb. *et proprie de hom. ing.*—15 Zuiccav. *ipso.* Lamb. conjecit *de meo atque ipsius studio.*—16 In ψ 2. deest *esse.*—17 Ern. e conjectura, cum Beck. Schutz. et Orell. *certo scio.* Ceteri *certe scio.*

NOTÆ

[f] *Communiter*] Tractavit locum communem de studio poëtico.

[g] *Qui judicium exercet*] Prætor exercebat illud judicium, de cujus nomine nihil reperitur.

M. TULLII CICERONIS

AD QUIRITES

POST REDITUM

ORATIO XXVII.

ARGUMENTUM.

P. Lentulo et Q. Metello coss. cum, agente Lentulo, deprecante Cn. Pompeio, ab exilio revocatus esset Cicero, in quo sedecim menses fuerat; populo in hac oratione gratias egit. Omnis ergo oratio versatur in demonstranda beneficii sibi tributi magnitudine; quod hæc ipsa est grati animi significatio, cum, quantum sit beneficium, intelligere nos ostendimus, et facilius fidem facimus, gratum nobis beneficium esse. Hæc demonstratio duas partes habet: prima comparat hunc præsentem statum suum, quem populo debebat, cum superiori, illumque huic longe præfert, quanquam et illum amplissimum fuisse fatetur: altera autem restitutionem suam comparat cum restitutione aliorum consularium, P. Popilii, Q. Metelli Numidici, et C. Marii, seque multo honorificentius esse restitutum ostendit; cum illi, deprecantibus propinquis multis, rogantibus tribunis tantum, restituti sint; ipse autem, nemine præter fratrem supplicante, SCto et lege, totius Italiæ consensione, incredibili bonorum omnium studio, agente Lentulo, deprecante Pompeio, revocatus sit. In conclusione populo suam fidem, pietatem, omniaque pollicetur, quæ ab homine grato in populum et rempublicam proficisci possint.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 198.] Quod precatus [1] a Jove [a] Optimo

---

In Barb. 2. hæc Oratio sic inscribitur, *M. Tullii pro se ipso gratulatoria de restitutione in patriam incipit.* Huic Orationi Erf. Franc. 1. Lall. Wolff. et Beck. anteposuerunt Orationem in Senatu. Vid. Nott. Varr.

Maximo,[b] ceterisque Diis immortalibus, sum, Quirites,[c] eo tempore, cum me fortunasque meas pro vestra incolumitate, otio, concordiaque devovi,[d] ut,[2] si meas rationes[a] unquam vestræ saluti anteposuissem, sempiternam pœnam sustinerem, mea voluntate[3] susceptam: sin et ea, quæ ante gesseram, conservandæ civitatis causa[e] gessissem, et illam miseram profectionem[f] vestræ salutis gratia[4 g] suscepissem; ut, quod odium scelerati homines[h] et audaces in rempublicam[5] et in omnes bonos conceptum jamdiu[i] continerent,[6] id in me uno potius, quam in optimo quoque, et in universa republica deficeret:[7] hoc si animo in vos

[a] *Utilitates.*

Cap. i. 1 Post *precatus* H addit *sum.*—2 ψ 1. *ut vel.* Mox, C *nunquam.* —3 Ms. Ursini *in ea vol.*, ipso prob. Mox, χ *sin ea*, omissa copula; et Franc. 1. *quæ gesseram ante.*—4 Pro *gratia* in χ *causa.*—5 C *ac audaces in rep.*—6 H et S *contineret.*—7 Junt. Naug. Cam. Manut. Oliv. Lall. *id in me unum potius, quam in optimum quemque, et in universam rem publicam deflecterent;* et sic Ox-

NOTÆ

[a] *A Jove*] Jupiter hic Cretensis fuit, Saturni filius, cujus sepulcrum in illa insula ostendebatur, ut ait ipse Cic. de Nat. D. l. iii. Loquitur in sensu populi, qui hunc summum rerum omnium Deum et patrem venerabatur: alia enim longe mens ejus est, ut patet ex lib. ii. de Nat. D. ubi ait, 'esse præstantem aliquam æternamque naturam, et eam suspiciendam admirandamque hominum generi:' et alibi passim.

[b] *Optimo Maximo*] Jupiter optimus est propter multa a se hominum generi, et pop. Rom. collata beneficia; maximus vero propter vim et potestatem.

[c] *Quirites*] Vide orat. pro Lege Manil. ubi de iis fuse § 1. not.

[d] *Devovi*] Verbum istud 'devoveo' de iis dicitur, qui se periculis objiciunt ut alios servent. Cum enim videret Cicero P. Clodii concionibus seditiosis, et corruptis ab eodem consulibus Pisone et Gabinio, inflammari contra se populum, comparari gladiatores, proditum se a Pompeio; aliunde vero bonos omnes, totum senatum, et equestrem ordinem ei summopere favere; maluit urbe cedere, quam bonorum vitam gladiatorum armis et multitudinis furori objicere.

[e] *Conservandæ civitatis causa*] Conservavit Cicero civitatem, cum oppressit cum vitæ periculo Catilinæ conjurationem.

[f] *Miseram profectionem*] Exilium suum significat, quod sponte suscepit.

[g] *Vestræ salutis gratia*] Timebat videlicet ne qua seditio in civitate, et bellum civile in repub. excitaretur, si remaneret.

[h] *Scelerati homines*] Per sceleratos homines, Clodium, et, qui ab ejus stabant partibus, alios intelligit.

[i] *Conceptum jamdiu*] A tempore quo Catilinæ conjurationem oppressit Cicero, multorum in se odium concitavit.

liberosque [8] vestros fuissem, ut aliquando vos, patres conscriptos,[9] [k] Italiamque universam, memoria mei, misericordia,[10] desideriumque teneret; ejus devotionis me esse convictum [11] [l] judicio Deorum [m] immortalium, testimonio senatus,[n] consensu Italiæ, confessione inimicorum,[o] beneficio divino immortalique vestro,[12] maxime lætor, Quirites. 2. Etsi [13] homini nihil est magis optandum, quam prospera, æquabilis,[14] perpetuaque fortuna,[p] secundo vitæ sine ulla offensione cursu ; [15] tamen, si mihi [16] tranquilla et placata omnia fuissent; incredibili quadam, et pæne divina, qua nunc, vestro beneficio, fruor, lætitiæ voluptate caru-

onn. edd. qui hanc afferunt lectionis varietatem : pro *uno* χ *imo ;* tum in eodem *optimo quoque ;* pro verbis *in universam rempublicam* C H S χ *in universa civitate*, T (ut Franc. 1. Barb. 1. 2. Ven. 1480.) *universa civitate* sine præpositione *in*. *Civitate* quoque legitur in duobus Mss. Gruteri. Pro *deficeret* ψ, Franc. 1. et al. habent *deflecterent ;* T *different ;* ed. 1472. *deferrent ;* Mss. ap. Hotom. *deficerent ;* Manut. *defigerent*, ut Hotomann. et Lamb. conjecerunt. Gesnerus correxit *desæviret ;* Heumann. *ejicerent*.—8 C et Dresd. *liberos* sine copula. In C χ deest *vestros*.—9 Pro *patres conscr.* H *populumque R.* T ψ, Franc. 1. Barb. 1. 2. Ven. 1480. 1483. Hervag. Naug. *patresque conscriptos ;* χ *patres conscripti*.—10 C H ψ *misericordiaque*. C *desiderium* sine copula.—11 C H χ *conjunctum*.—12 C *mortalique nostro :* χ *mortalique vestro*. In Franc. 1. deest *Quirites*.—13 Edd. vett. cum Beck. *Et si*. Hotomann. mavult *Etsi enim*. In Barb. 1. *Ut si nullum est bonum magis opt.* Lamb. *Et si nihil est hom. opt.*—14 χ *equabilique*.—15 Lamb. e Ms. dedit *secundus . . . cursus*, ut etiam est in H χ. Porro, T χ *secundæ vitæ*. Postea, C *ulla* omittit. In T *nullo modo offensionis*.—16 *Si mihi* in T deest. In C tantum *mihi* omittitur. Mox,

NOTÆ

[k] *Patres conscriptos*] Cum senatus frequens aderat, senatores patrum conscriptorum nomine appellabantur, vel propter senectutem, vel propter curam quam reipub. suscipere debebant.

[l] *Esse convictum*] Convictus seu reus devotionis dicitur, qui voto se aliquo obstrinxit. Sic Virgil. Æn. v. 'Candentem in littore taurum Constituam ante aras, voti reus.'

[m] *Judicio Deorum*] Refert ad Deos, quod frustra reclamantibus tot inimicis, revocatus sit in patriam.

[n] *Testimonio senatus*] Senatus frequens decrevit de Ciceronis reditu, dissentiente nullo; immo frustra Clodio resistente, placuit senatui, nihil in repub. decernere, nulla de re agere, nisi Cicero ab exilio revocaretur. Vide orat. pro Sext.

[o] *Confessione inimicorum*] Forte designat Pompeium, quem pœnituit Ciceronem turpiter deseruisse, quem semper habuerat et defensorem, et virtutum laudatorem : nam de illius reditu, ut scribit Plutarchus, amicorum suorum opera adjutus, agere cœpit.

[p] *Æquabilis fortuna*] Æquabilis fortuna dicitur, quæ florens est semper et beata.

issem. Quid dulcius hominum generi a natura datum est, quam sui cuique liberi? mihi[17] vero et propter indulgentiam meam, et propter excellens eorum ingenium, vita sunt mea cariores: tamen non tanta voluptate erant suscepti, quanta nunc sunt restituti. 3. Nihil cuiquam fuit unquam[18] jucundius, quam mihi meus frater: non tam id sentiebam, cum[19] fruebar, quam tunc, cum carebam; et posteaquam vos me illi, et mihi eum reddidistis. Res familiaris sua quemque delectat: reliquæ meæ fortunæ[20] recuperatæ, plus mihi nunc voluptatis afferunt, quam tunc incolumes[1] afferebant. Amicitiæ, consuetudines, vicinitates, clientelæ,[q] ludi[r] denique, et dies festi, quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quam fruendo. 4. Jam vero honos, dignitas, locus, ordo, beneficia vestra, quanquam mihi semper clarissima[2] visa sunt, tamen ea nunc renovata, illustriora videntur, quam si obscurata non essent. Ipsa autem[3] patria, Dii immortales! dici vix po-

C *fuisset.*—17 Pro *mihi* in H *modo.* C caret copula ante *propter.* Pro *indulgentiam* C *intelligentiam.* Tum idem *et vero et propter excellens.* In T, Barb. 2. et Ven. 1483. pro *excell.* est *ingens.* Paulo post, in C deest *sunt.*—18 *Unquam* non est in χ.—19 Pro *cum* χ *dum.* 'Pro verbis *non tam . . . carebam; et* in C legitur (nescio cur Wolff. dicat correctorem in marg. scripsisse), *Et incredibile est, quantam animo voluptatem perceperim.* Et in Ven. 1480. hoc reperit Garaton. additamentum, *sed postea, quam vos me illi, et mihi eum redd., incredibile est, quantam animo voluptatem perceperim.* Atque hoc ei non contemnendum videtur.' *Beck.* Pro *eum* H habet *illum.*—20 Lambinus conjecit legendum, *reliquiæ mearum fortunarum.* Dein, C *sunt recuperatæ:* H *recuperare.*—1 *Incolumitatis* C H S T χ, Barb. 1. 2. Pall. et alii Mss. ap. Grut. et Græv. atque Ven. 1480. 1483. cum Beck. et Orell. *incolumitates* Mss. pauci, Grut. et Verburg. *incolumi* Junt. Ascens. Crat. Naug. Manut. Lamb. Græv. Oliv. Lall. et Weiske: *incolumitate* Ms. Lambini, qui legi mavult *incolumi totæ,* vel *incolumes totæ,* vel *incolumitas,* vel *incolumitas ipsa.* Hotomannus conjecit *incolumes incolumi,* aut etiam tantum *incolumes,* quod Ern. et Schutz. dederunt. In Barb. 1. legitur, *plus voluptatis afferunt mihi nunc, quam incolumitatis afferebant.*—2 χ *carissima.*—3 *Autem* et mox *vix* in Dresd. deest. Pro *autem* in C est *hujus;* in H ψ *enim.* Heumannus verba *dici vix potest* deleri

NOTÆ

[q] *Clientelæ*] Clientelarum nomine, et clientum multitudo, et eorundem in patronos officium intelligitur. Clientes omni officiorum genere patronos, patroni vero clientes omni patrociniorum genere proseqnebantur.

[r] *Ludi*] Ludis civitatis principes intererant; quos tamen neglexisse sæpius dicit, ut scribendis orationibus, vel studiis aliis vacaret.

test, quid caritatis, quid voluptatis habeat![4] quæ species Italiæ! quæ celebritas oppidorum![b] quæ forma regionum! qui agri! quæ fruges! quæ pulchritudo urbis! quæ humanitas civium! quæ reipublicæ dignitas! quæ vestra[5] majestas! Quibus ego omnibus antea rebus sic fruebar, ut nemo magis. Sed tanquam bona[6] valetudo jucundior est eis,[7] qui e gravi morbo recreati sunt, quam qui nunquam ægro corpore fuerunt; sic ea omnia[8] desiderata magis, quam assidue percepta, delectant. II. 5. Quorsum igitur hæc disputo?[9] quorsum? ut intelligere possitis, neminem unquam tanta eloquentia fuisse, neque tam divino atque incredibili genere dicendi, qui vestrorum magnitudinem[10] multitudinemque beneficiorum, quæ in me, fratremque meum, et liberos[11] nostros contulistis, non modo augere, aut ornare oratione,[12] sed enumerare, aut consequi possit. A parentibus (id quod necesse erat) parvus[13] sum procreatus: a vobis natus sum consularis.[s] Illi mihi fratrem, incognitum, qualis futurus esset, dederunt: [*p.* 199.] vos spectatum[14] et incredibili pietate cognitum[t] reddidistis. Rempublicam

[b] *Frequentia civium.*

vult.—4 χ, Lamb. 1566. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *habet*, ut in marg. ed. Gothofred. conjectum. In Mss. ut Guelf., teste Ern., est *ht* vel *hbt.* Ceteri *habeat*. Pro *species* in C et χ *spes*.—5 Heumann. pronomen *vestra* ante *majestas* deleri vult.—6 *Sed sicut tanquam bona* C H S T, Barb. 1. 2. et ed. 1472. *Sed sic tanquam bona* χ: *Sed sic bona* Franc. 1. *Sic tanquam bona* Erf. *Sed sicut bona* edidit Græv.—7 Pro *eis* C et H *his*. Post *qui* C et Dresd. addunt *diu*. In C quoque deest præpositio ante *gravi*.—8 H *sic hæc omnia*.

Cap. II. 9 Nonnullæ edd. vett. *disputatio*. In Dresd. et Barb. 1. desunt verba *Quorsum igitur hæc disp.* Mox, C et Dresd. *possimus*, suprascr. in C *potestis*. Tum, *tantæ eloquentiæ* C T, Guelf. Franc. Dresd. Barb. 1. 2. ed. 1472. et Wald. prob. Grævio.—10 C H S χ, Barb. 1. 2. Ven. 1483. *vestram magn.* et paulo post, pro *quæ* H χ, Barb. 1. et Ven. 1483. habent *quam*.—11 Nonnullæ edd. vett. cum Heumanno *liberosque*.—12 *Oratione* in C T et Dresd. omittitur. Grævius mavult hoc vocab. reponi post *consequi*. Tum, C *sed nec quidem enum.* et χ *consequi posset*.—13 Pro *parvus* Græv. conjecit *magnus*, Heumann. *longus*, et Weiske *Arpinas* legend.—14 C *vos et spect.*—15 In eodem Ms. deest *pæne*. Ern. scribi jussit *amissa esset aut erat:* unde Schutz.

NOTÆ

[s] *Natus sum consularis*] Consulatum habuit a populo; et ab exilio revocatus, quasi novam vitam accepit.

[t] *Cognitum*] Cognovit Cicero exul, quanto eum amore Q. frater prosequeretur: toto enim illo tempore, in urbe et foro pro reditu illius populo supplicavit: immo vero, cum decre-

illis accepi temporibus[u] eam, quæ pæne[15] amissa est:[x] a vobis jam[16] recuperavi, quam aliquando omnes unius opera[17] servatam judicaverunt. Dii immortales mihi liberos dederunt:[18] vos reddidistis. Multa præterea a Diis immortalibus optata[19] consecuti sumus: nisi vestra voluntas fuisset, omnibus divinis muneribus caruissemus.[y] Vestros denique honores, quos eramus gradatim[z] singulos assecuti, nunc a vobis universos habemus; ut, quantum antea parentibus, quantum Diis immortalibus, quantum[20] vobismetipsis, tantum hoc tempore[1] uni populo Romano debeamus.

6. Nam, cum in ipso beneficio[2] vestro tanta magnitudo

dedit *amissa esset.*—16 *Jam* tacite dedit Gruter. quem Græv. Oliv. Ern. Lall. Weiske, et Schutz. secuti sunt. Ceteri *eam.*—17 *Ope* Dresd. *opere* T, Franc. 1. Erf. Barb. 2. ed. 1472. Ven. 1480. et Græv. *Mea un. opera* maluerunt Hotomannus et Heumann.—18 Lamb. *liberos mihi ded.*—19 In χ deest *optata.* Mox, pro *fuisset* Lamb. conjecit *affuisset* vel *favisse* legend. Dein, quidam ap. Lamb. *omn. donis ac muneribus.* Porro, *careremus* H S, Erf. Mss. Lamb. Ven. 1483. Lamb. et Beck. *carueramus* ψ et Orell. In Pall. partim *careremus*, partim *caruerimus*, quod est in Ms. Vict. Ceteri *caruissemus.* Pro *Vestros* χ *Nostros.*—20 Pro *quantum . . . quantum . . . quantum,* tribus locis χ habet *qui tum.* In C et Dresd. desunt verba *quantum Diis immort.* Tum, Orell. conjecit *nobismet.*—1 Dresd. *tantum hujus temp.* Pro *uni* (quod Ern. e conjectura edidit) T, Barb. 2. ed. 1472. Ven. 1483. Junt. habent *universum cuncto;* T, Erf. Guelf. Pal. 1. Ms. Pariss. et Mss. Lambini cum Lallem. *universo cuncto;* S χ *universa cuncta;* Mss. Grævii *universe cuncta;* Barb. 1. *in universum cuncto;* edd. pleræque ante Lamb. *universo cuncta;* Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. Weiske et Schutz. *universim cuncto;* H, Beck. et Orell. *cuncto.* Hotomannus scribi *universe* et *cuncta* deleri jussit: Grævius autem *cuncto* deleri maluit, quod in Franc. 1. et Ms. Lamb. deest. Garaton. conjecit legend. *universo conjuncte.*—2 C *Nam tum ipso benef.* Dein, ed. Oliv.

NOTÆ

tus est reditus, a Clodianis, ut narrat Plutarchus, in foro inter cadavera tanquam occisus jacuit.


[u] *Rempublicam illis accepi temporibus*] Cum consul fractus est, gubernandam rempub. difficillimis temporibus accepit, propter motus quos Catilina excitabat, ut consulatum obtineret.

[x] *Quæ pæne amissa est*] Per Catilinam, et conjurationis socios, pæne amissa est respub. sed hanc vitæ suæ periculo restituit, ut indicant verba quæ proxime sequuntur.

[y] *Divinis muneribus caruissemus*] Ostendit quod nisi fuisset bene affecta in se voluntas senatus, omnibus illis muneribus caruisset; quæ divina, propter excellentiam, appellat.

[z] *Gradatim*] Per gradus dabantur magistratus, habita ætatis ratione: 1. ædilitas, deinde quæstura, tum prætura, et consulatus: suo autem anno quosque se adeptum lib. II. de Off. ait.

est, ut eam complecti oratione non possim; tum in studiis vestris tanta animorum declarata est voluntas, ut non solum calamitatem mihi detraxisse,[3] sed etiam dignitatem auxisse videamini. III. Non enim pro meo reditu,[4] ut pro P. Popillii,[a] nobilissimi hominis, adolescentes filii, et multi præterea cognati atque affines deprecati sunt; non, ut pro Q. Metello,[b] clarissimo viro, jam spectata ætate filius, non L. Diadematus,[5 c] consularis, summa auctoritate vir, non C. Metellus[6] censorius,[d] non eorum liberi, non Q. Metellus Nepos,[e] qui tum consulatum petebat, non sororum[f] filii, Luculli,[g] Servilii,[h] Scipiones:[i] permulti enim tum[7] Metelli,



vestra. Post *eam* C addit *rem;* et pro *oratione* in χ *actione.*—3 C, Erf. Barb. 1. 2. *detraxistis.* Mox, C *videamur.*

Cap. III. 4 H T ψ, Pall. *pro mea reatu.* In C T χ deest præpositio ante *P. Pop.*—5 Ms. Memmian. et tres Oxonn. Mss. cum Gruter. Græv. Oliv. Lall. *filius L. Diad.* Lamb. quater delevit *non.* 'In Pal. 9. *filius Lucius, non Diadematus.* Pro *L.* in S est *Lycius,* T *litius,* Franc. 1. *Lucius.* Tum *Diadematus* est in Ms. Memmian. ap. Lamb. (ubi *L. Metellus Diademate,* sed Metelli nomen e gloss. accessit), Ms. ap. Ursin. Gembl. S. Vict. Erf. Pall. Barb. 1. tribus Oxonn. ed. Ven. 1480. In Franc. 1. Barb. 2. et χ *Diademater;* C *Diadema;* T *diademate.* ... In ed. 1472. et Ven. 1483. *Delmaticus,* unde hoc, aut *Dalmaticus,* deinde usque ad Lamb. vulgatum est. Perperam Heumann. censet, nihil referre, utrum *Dalmaticus* an *Diadematus* scribatur.' *Beck.*—6 C S T χ, Barb. 2. et edd. pleræque ante Grut. *Q. Metellus.* ψ, Oliv. Lall. prænomen omittunt. In Barb. 1. verba *non C. Metellus cens.* omnino desunt. Pro *censorius* H et S *censorinus.*—7 Pro *enim tum* H *etiam;* ψ *enim tamen.*

NOTÆ

[a] *P. Popillii*] Popillius ille consul fuit A. U. C. 622. cum Manlio, qui de Gallis triumphavit. A Graccho ejectus est in exilium, quod, jubente senatu, in eos animadvertisset, qui cum eo consenserant.

[b] *Q. Metello*] Metellus ille de Jugurtha Numidiæ rege triumphavit. Is cum Gracchi leges, quas Saturninus asserebat, jurejurando confirmare noluisset, in exilium profectus est; a quo, consensu totius populi, anno sequenti revocatus est.

[c] *L. Diadematus* [*L. Dalmaticus*] L. Metellus Dalmaticus a devictis a se Dalmatis vocatus est. Dalmatia porro Illyrici regio est.

[d] *C.* [*Q.*] *Metellus censorius*] Non *Q.* sed *C.* legendum est, ut patebit ex sequenti oratione. Is cum Numidico censor fuit.

[e] *Metellus Nepos*] Lentuli collega fuit Metellus Nepos.

[f] *Non sororum*] Sorores illas Metellas in sequenti oratione vocat, ut videbitur.

[g] *Sororum filii, Luculli*] Ex Metella videlicet, Numidici sorore, Lucullus ille natus est.

[h] *Servilii*] Servilius nepos fuit, ex sorore illius Metelli qui exulavit.

[i] *Scipiones*] Metellus Scipio intelligendus est, qui Corneliam filiam habuit, quæ Pompeio nupsit.

aut Metellorum liberi pro Q. Metelli reditu vobis ac patribus vestris supplicaverunt. Quodsi ipsius summa[8] dignitas maximæque res gestæ non satis[9] valerent; tamen filii pietas, propinquorum preces, adolescentium squalor, majorum natu[10] lacrymæ populum Romanum movere potuerunt. 7. Nam[11] C. Marii (qui post illos veteres clarissimos consulares, vestra[12] patrumque memoria, tertius ante me consularis, subiit indignissimam fortunam[k] præstantissima sua gloria) dissimilis fuit ratio. Non enim ille[13] deprecatione rediit; sed in discessu[c][14] civium, exercitu se armisque revocavit.[15] Me autem nudum a propinquis, nulla cognatione munitum, nullo[16] armorum ac tumultus metu, C. Pisonis,[l] generi mei, divina quædam et inaudita[17] pietas atque virtus, fratrisque mei[18] miserrimi atque optimi quotidianæ lacrymæ, sordesque lugubres a vobis deprecatæ sunt. 8.

[c] *Dissensione.*

Oliv. et Lall. *tum* omiserunt. Mox, H χ ψ, Mss. ap. Lamb. cum Græv. Oliv. Lall. Weiske, Beck. et Orell. *Metellarum*, ut Hotom. conjecerat. Pro *aut* Hotom. scribi maluit *tum.*—8 Oliv. et Lall. *summa* omiserunt.—9 In χ deest *non satis.* Tum, *valent* C H χ, Guelf. et edd. ante Junt. Pro *filii* in C χ ψ *illi;* in H *illius.*—10 *Natu* non est in C. χ habet *maj. jam lacrymas.* Dein, C *populi Romani.*—11 χ *Non.*—12 C, Barb. 2. et Ms. Lamb. *hac vestra:* H χ, Barb. 1. *ac vestra.* Mox, pro *ante me* in C χ *autem.*—13 C et T carent *ille.*—14 *Dissensu* ψ, Franc. 1. Naug. Lamb. Græv. Oliv. Lall. *disceptu* S.—15 '*Revocavit*] Post hoc verbum in H S additur, *Hoc autem majus est vestrum in nos promeritum, quod non multitudini propinquorum, sed nobismet ipsis nos reddidistis;* quæ leguntur c. 4. init. ibi autem non omissa in illis codd. videntur. χ *revocabit. At me nondum hoc autem magis est vestrum in nos promeritum, quod non multitudine propinquorum: sed vobismet ipsis nos reddidistis.*' Beck. Pro *Me autem* C T, Franc. 1. Barb. 1. 2. Mss. Lambini et Gruteri, atque edd. Naug. Hervag. et al. cum Græv. Beck. Weiske, et Orell. habent *At me.* In duobus Mss. Lambini deest præpositio ante *propinquis.*—16 χ *ullo.* Mox, in C legitur *Cn. Pisonis, generis mei.* In χ quoque *generis.*—17 C T χ, Franc. 1. Dresd. Barb. 1. 2. ed. 1472. omittunt *et inaudita.* Pro *pietas*, quod Ern. e conjectura dedit, omnes aliæ edd. et Mss. habent *auctoritas.*—18 In H T χ ψ, Franc. 1. Dresd. Guelf. Barb. 1. 2. Mss. Pariss. et ed. 1472. deest pronomen *mei;* itaque id deleverunt Græv. Lall. Beck. et Orell. Pro *miserrimi* in T *infimi*, in

NOTÆ

[k] *Indignissimam fortunam*] Indignissima Marii fortuna fuit, quia post sex consulatus a Sulla cum filio ejectus est in exilium.

[l] *C. Pisonis*] Pisones e Numæ Pompilii familia orti sunt, a pinsendo dicti. Caius autem ille Piso propinquus erat L. Pisonis; quo consule, in exilium Cicero profectus est.

Frater erat unus, qui suo squalore vestros oculos inflecteret; qui suo fletu desiderium mei,[19] memoriamque renovaret; qui statuerat, Quirites, si vos [20] me sibi non reddidissetis, eandem subire fortunam:[m] et [1] tanto in me amore extitit, ut negaret fas esse, non modo domicilio, sed ne sepulcro quidem se [2] a me esse sejunctum. Pro me præsente senatus, hominumque præterea viginti millia vestem mutaverunt: pro eodem absente [3] unius squalorem sordesque vidistis. Unus hic, qui domi, qui in foro [4] posset esse mihi pietate filius, inventus est beneficio parens, amore idem, qui semper fuit, frater. Nam conjugis miseræ [5] squalor et luctus, atque optimæ filiæ mœror assiduus, filiique parvi [6] desiderium mei, lacrymæque pueriles, aut


χ *miserum.*—19 C χ *mei* omittunt.—20 In C, Franc. 1. Dresd. et ed. 1472. deest *vos.*—1 Copulam non agnoscunt C χ, Franc. 1. Dresd. Barb. 1. 2. ed. 1472. Naug. Græv. et Lall.—2 Pro *se*, quod in H deest, C habet *si.*—3 C S T χ, Barb. 1. 2. et ed. 1472. *pro eo me abs.* Mss. pauci et ed. Junt. cum Grut. Oliv. Weiske, Beck. et Orell. *pro eodem me abs.* Franc. 1. et Ms. Paris. cum Græv. et Lall. *pro me abs.* Lamb. e Ms. *pro abs.* prob. Heumanno. Ern. ex altero Ms. Lamb. cum Schutz. *pro eodem abs.*—4 ' *Qui domi, qui in foro*] Mirum est, quomodo se in h. l. torserint viri docti, conjiciendo et interpretando. *Qui domi* sane abest a libris quibusdam scriptis, etiam Guelf. ed. Wald. delevitque Grævius. Edd. Rom. 1480. Brix. *Unus hic qui domi, qui in foro posset esse mihi pietate filius, inventus est enim. Enim* delevit ed. Med. Atque hæc vulgata facta. Junt. dedit *Unus hic domi in foro, qui posset esse mihi ætate filius, inventus est beneficio parens, &c.* Arbitror locum sic esse constituendum, *Unus hic inventus est, qui domi, qui in foro, mihi esse posset* (vel tantum *esset*) *pietate filius, beneficio parens, amore qui semper fuit frater.*' Ern. ' Lambinus correxit, *Unus hic, qui domi posset esse mihi ætate filius, in foro pietate item filius inv. est, benef. par. amore, &c.* Fefellit eum Naugerii editio, exhibens *qui domi, qui in foro posset esse mihi ætate filius*, quanquam in nullo alio libro *ætate* legitur. Codd. lectiones hæ afferuntur: Dresd. *Unus quidem hic in foro:* C S T χ, Barb. 1. 2. *Unus hic quidem in foro,* ut ed. 1472. H *Unus hic, qui demum in foro:* Franc. *Unus qui in foro*, unde Græv. et Lall. (in cujus plerisque codd. verba *qui domi* deerant) ediderunt *Unus hic qui in foro.* Sed rectius Garaton. prætulit, quod in uno e codd. Lallem. erat, *Unus hic, qui quidem in foro.* Quoniam tamen opposita verba *aut itineribus . . . aut tectis* videntur duo vocabula postulare, servavi vulgatam scripturam. Ceterum, in nonnullis edd. *possit*, pro quo *posset* legendum docuit Heumann.' *Beck.* In H deest *mihi.* Wolf. conjecit *Unus hic, qui domi, qui in foro posset esse, is mihi pietate filius inv. est, b. p.* Ceteri ut Ern.—5 χ *miser.*—6 ' *Parvi*] H S *parvuli:* χ *parvi: vulgi singultus,* quod cum etiam inveniretur in cod. Ursini, Au-

NOTÆ

[m] *Eandem subire fortunam*] Fratris pietatem laudat, qui statuerat cum fratre Cicerone abire in exilium, nisi fuisset revocatus.

itineribus[7] necessariis,[n] aut magnam partem tectis ac tenebris continebantur. IV. Quare hoc majus est vestrum in nos promeritum, quod non multitudini[8] propinquorum, sed nobismetipsis nos reddidistis.

9. Sed quemadmodum propinqui, quos ego parare non potui, mihi ad deprecandam calamitatem meam[9] non affuerunt; sic (illud, quod mea virtus præstare debuit) adjutores, auctores,[10] hortatoresque ad me restituendum ita multi fuerunt, ut longe superiores omnes hac dignitate copiaque superarem. Nunquam de P. Popillio,[11] clarissimo atque fortissimo viro; nunquam de Q.[12] Metello, nobilissimo et constantissimo cive; [p. 200.] nunquam de C. Mario, custode civitatis atque imperii[o] vestri,[13] in senatu mentio facta est. 10. Tribuniciis [superiores][14] illi rogationibus, nulla auctoritate senatus sunt restituti. Marius



gustinus locum esse mancum ratus (quoniam desiderium in uno filio positum displicebat) conjecit *filiique parvi vagi singultus desiderio mei:* Ursinus autem, *filiique parvi vagiens ejulatus desiderio mei.'* Beck. Pro *desiderium* χ *desiderii.* —7 In C T χ, Franc. Dresd. Barb. 1. 2. Ven. 1480. 1483. deest *aut* ante *itineribus.* In Ven. 1480. et 1483. legitur *lacrymæ pueriles pietatem: vestram moverunt. Aut itiner. &c.* H et S quoque *pietatem vestram moverunt.* Tum, C *itineribusque.* '*Aut* (ante *magnam*) C deest. H S T *ut.* Franc. 1. *ut magna parte,* sed antiqua manus superscripserat, 'Al. *aut magnam.'* Dresd. *itineribus necessariis continerentur,* omissis verbis interjectis. *Magna parte* in nonnullis antiq. edd. legebatur, sed scripturam codd. plerorumque *magnam partem* tuentur Hotom. Lamb. Gruter. Heumann. C *in partem.* Verba *tectis ac tenebris* in C desunt. H S *lectis ac ten.* T *lectus ac tenebris:* χ *tectis: actis tenebris. Lectis* est etiam in Franc. 1. et Gruterianis Mss., Barb. 1. 2. et edd. usque ad Naug. et Hervag.' *Beck.*

CAP. IV. 8 C *in nos vestrumque prom., sed non multitudinem.* Mox, idem Ms. *vobismet.* In ψ deest *nos.*—9 C et Dresd. omittunt *meam.* Tum, *non fuerunt* C H S χ ψ, Franc. 1. Dresd. Barb. 1. 2. et edd. vett. cum Grævio.—10 *Auctores* in C T χ, *hortatoresque* in C H S T χ deest. Utrumque vocab. etiam in Dresd. Franc. 1. Barb. 1. 2. et ed. 1472. 1480. omittitur; unde e glossem. enatum censuere Græv. et Garaton.—11 In C legitur *C. Pupilio.* Pro *atque* C habet *ac;* H *et.*—12 C prænomen *Q.* omisit. Mox, in χ desunt verba *et constant.*—13 C χ ψ *nostri.*—14 Vox *superiores* Ernesto et Wetzelio

NOTÆ

[n] *Itineribus necessariis*] Filius Ciceronis, filia, conjux, et gener ibant frequenter ad amicorum domos, et ibi pro patre supplicabant.

[o] *Custode civitatis atque imperii*] Marius, deletis Cimbrorum Teutonumque exercitibus, conservator imperii dictus est, vel ab iis qui ejus novitatem despiciebant. Vide Liv. lib. LXVIII.

vero non modo non[15] a senatu, sed etiam oppresso senatu est restitutus: nec rerum gestarum memoria in reditu C. Marii, sed exercitus[16] atque arma valuerunt. At de me ut valeret, semper senatus flagitavit: ut aliquando perficeretur,[17] cum primum licuit,[p] frequentia atque auctoritate perfecit. Nullus in eorum reditu motus municipiorum[q] et coloniarum factus est. At me in patriam ter suis decretis[r] Italia cuncta revocavit. Illi, inimicis interfectis, magna civium cæde facta, reducti sunt: ego iis,[18] a quibus ejectus[19] sum, provincias obtinentibus,[s] inimico autem[20] optimo[t] viro et mitissimo, altero consule referente, reductus sum; cum is[1] inimicus,[u] qui ad meam perniciem vocem

suspecta est.—15 Negationem *non,* secundo loco, omittunt C T χ, Dresd. Guelf. Barb. 1. 2. Pariss. ed. 1472. 1480. et eam deleverunt Græv. Lall. et Beck. Pro *etiam,* quod in T χ deest, H habet *ab.*—16 H *et si exerc.* Mox *ut valerem* C, Dresd. *ut valerent* H S, Barb. 1. 2. ed. 1472. Ven. 1483. *ut ne valerent* Ven. 1480.—17 *Proficeretur* C et ed. 1472. *proficeret* Franc. 1. *proficerentur* Barb. 2. *proficiscerentur* Barb. 1. *perficerent* Ven. 1480. 1483. Pro *licuit* in χ *valuit;* et pro *frequentia* H et S *sententia.* Dein, *perfregit* C T χ, Pal. 2. 9. Barb. 1. 2. et Ms. Vict. Denique, Mss. Lambini *Nullius in eorum red.*—18 Verba *magna . . . iis* in C desunt. Pro *magna civium* χ, Barb. 1. ed. 1472. Ven. 1480. habent *magnatum;* ed. Med. *magnatum civium;* Franc. 1. *magna magistratuum.* In Dresd. deest *ego.* Grævius delevit pronomen *iis,* quod abest a Franc. 1. Dresd. Barb. 1. 2. et ed. 1472.—19 *Projectus* S: *rejectus* ed. pr. In C deest *sum.* Mox, χ *provinciam.*—20 Pro *autem* C H S T χ, Dresd. Franc. 1. Barb. 1. 2. Mss. Gruteri et edd. pr. habent *hoc;* et sic Heumann. Beck. et Orell. dederunt. Lambinus e conjectura dedit *inimico autem altero consule opt. viro et mitiss., alt. cons. ref.* Verbum *referente* Ernesto su-

NOTÆ

[p] *Cum primum licuit*] Clodiani prohibebant seditiose ne de Ciceronis salute ageretur; sed eorum vis tandem summo civium consensu superata est.

[q] *Nullus motus municipiorum*] Non arma sumserunt municipia, sed cives e municipiis et coloniis venerunt ad comitia, ut de Cicerone revocando agerent.

[r] *Ter suis decretis*] Fabricius, in vita Ciceronis, refert, Kal. Jun. frequentem senatum de Ciceronis reditu decrevisse: quarto deinde Kal. Novemb. octo tribunos de Ciceronis reditu legem promulgasse: denique Kal. Jun. anno sequente, Lentulo consule referente, senatusconsultum factum esse de Cicerone ab exilio revocando.

[s] *Provincias obtinentibus*] Piso Macedoniam obtinebat; Gabinius Syriam.

[t] *Inimico autem optimo*] Metellum significat consulem, qui, cum Ciceroni, propter Clodium, esset inimicus, rediit in amicitiam cum eo; quia et ejus reditum adjuvit primum, deinde de illo retulit ad senatum.

[u] *Inimicus*] Clodius prohibebat Ci-

suam communibus[2] hostibus præbuisset, spiritu duntaxat viveret,[x] re quidem infra omnes mortuos amandatus esset. v. 11. Nunquam[3] de P. Popillio L. Opimius,[y] fortissimus consul, nunquam de Q. Metello non modo C. Marius, qui erat inimicus,[z] sed, ne is[4] quidem, qui secutus est, M. Antonius,[a] homo eloquentissimus, cum A. Albino collega senatum aut populum[5] est cohortatus: at pro me superiores consules[b] semper, ut referrent,[6] efflagitati sunt; sed veriti sunt, ne gratiæ causa facere viderentur, quod alter mihi affinis erat, alterius causam capitis receperam: qui provinciarum[7] fœdere irretiti,[c] totum illum annum querelas[8] se-

spectum est.—1 C *his.*—2 Pro *communibus* in χ *omnibus.* Mox, pro *spiritu* C H χ, edd. 1472. Med. Ascens. *si ritu;* Franc. 1. *fere ritu;* Hotom. legi malebat *specie.* Tum, H *vivere.* Pro *re quidem* H *requie;* C χ, Dresd. Franc. 1. ed. 1472. Med. *requiem.* Pro *infra* χ *inter.* Paulo post, *mandatus* C H, Dresd. ed. 1472. Med. *amandatus* Franc. 1.

Cap. v. 3 χ *Nam quod.* Pro *Nunquam . . . consul* in H tantum legitur *Nam.* Prænomen *P.* in C S T χ deest. Mox C *Popilio,* et C T *Optimus.* Post *nunquam* H et ψ addunt *quidem.* Denique in χ deest *modo.*—4 H *et ne is.* C S χ omittunt *est* post *secutus.*—5 *Sen. et pop.* C S χ, Dresd. Franc. 1. ed. 1472. *sen. populumque* H.—6 C *ut referentes:* H *ut ne referrent.* Tum, Beck. Schutz. et Orell. auctoritate C H S T χ, Barb. 1. 2. dederunt *flagitati sunt.*—7 Heumann. legi vult *sed vel veriti sunt . . . vel provinciarum.* '*Alter mihi affinis erat*] Mira est lectio e C (neque ex ullo alio libro notata), *aras affinis beatorum.* Grævius in suis codd. omnibus et ed. 1472. pro *alter* scriptum invenit *alius,* quod etiam in utroque Barb. est.' *Beck.* Pro *qui* C *quam.* In χ deest *fœdere.* Pro *irretiti* C et nonnulli Pall. *irritaque;* S *irruptoque;* T, Franc. 1. Pall. plerique, Ms. Lamb., alius Henr. Stephani, et ed. 1472. *irritati;* Pal. 9. *irritatus;* Ms. Vict. *irinati;* Barb. 1. *irritatas;* χ *irritatasque;*

NOTÆ

ceronis reditum, per Pisonem et Gabinium coss. quos omnes communes inimicos habebat Cicero, et quibus suam vocem Clodius præbuit, cum legem de Cicerone ejiciendo in exilium tulit.

[x] *Spiritu viveret*] Loquitur de Clodio, qui ita abjecto et debilitato animo fuit, ut nihil præter spiritum haberet.

[y] *L. Opimius*] Opimius consul cum Q. Fabio C. Gracchum interfecit.

[z] *Erat inimicus*] Quia favebat Saturnino: nobilitati vero inimicus fuit.

[a] *Qui secutus est, M. Antonius*] Antonius ille orator insignis anno sequenti consul fuit cum Albino.

[b] *Superiores consules*] Piso et Gabinius sæpe rogati sunt a populo et senatu, ut de Ciceronis reditu referrent: at noluerunt, veriti, ut dicebant, ne id gratiæ concedere viderentur; quia Piso, gener Ciceronis, affinis erat; et Gabinius a Cicerone in capitis causa defensus erat, ut ait lib. II. Ep. ad Q. Fratrem. Hic autem ironice loquitur.

[c] *Provinciarum fœdere irretiti*] Jam subjicit causam quare nihil de Cice-

natus, luctum bonorum, Italiæ gemitum pertulerunt. Kalendis vero Jan.[9] [d] posteaquam orba respublica consulis fidem, tanquam legitimi tutoris,[e] imploravit, P. Lentulus consul,[10] parens, Deus salutis nostræ, vitæ,[11] [f] fortunæ, memoriæ, nominis, simulac de solenni[12] religione retulit,[g] nihil humanarum rerum sibi prius, quam de me agendum judicavit. 12. Atque eo die[13] confecta res esset, nisi is tribunus plebis,[h] quem ego maximis[14] beneficiis quæstorem consul ornaveram, cum et cunctus ordo, et multi eum summi viri orarent, et Cn. Oppius[15] [i] socer, optimus vir, ad pedes ejus[16] flens jaceret; noctem sibi ad deliberandum postulasset: quæ deliberatio non[17] in reddenda, quemadmodum



Barb. 2. *irritasque.*—8 χ *querela:* Lamb. et al. *quærelas.*—9 C *Januarii*; alii *Januariis.* Tum, C *postquam.* Postea, idem Ms. *consul.*—10 *Consul* Weiskio suspectum est.—11 *Salus nostræ vitæ* C H S ψ, Barb. 1. 2. ed. Wald. Junt. Ald. Lamb. Oliv. Weiske, Beck. Schutz. et Orell. Garatonus ex orat. in Sen. c. 4. pro Sext. 69. maluit scribi *parens deus nostræ vitæ,* quod etiam Wolf. præfert, si quid mutandum sit.—12 A Franc. et H abest *solenni.* In Dresd. Guelf. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. Med. *de sole de relig.* C χ ψ et Barb. 2. *sole de relig.* Barb. 1. *simul ac de sola relig.*—13 C T *ea die.*—14 C *maximus.* Pro *quæstorem consul ornaveram* C *consuleram.* Ad *ornaveram* in ed. Oxon. hæc affertur varietas: χ [sic] *ornaveram noctem sibi ad deliberandum postulasset:* χ [sic] *ornatam noctem sibi ad deliberandum postulasset.*—15 Pro *Oppius* C H χ, Dresd. Franc. 1. habent *Pompeius.*—16 In Barb. 1. 2. et Ven. 1483. deest *ejus.* Pro *jaceret, noctem* C *jacentem nocentemque;* χ *jaceret, noctemque.*—17 H *sed deliberatio illa non.* Pro *reddenda* C *re delenda.* Mox, *arbitrantur* H S T, Franc. 1. et ed. 1472. *arbitrentur* C et Dresd. *arbitrarentur*

NOTÆ

rone retulerunt; quia Pub. Clodius Gabinio Syriam, Pisoni Macedoniam spoponderat, si modo ab eis in ejiciendo in exilium Cicerone adjuvaretur.

[d] *Kalendis Januariis*] Kal. Januariis creati consules, P. Lentulus Spinther et Q. Cæcilius Metellus Nepos, magistratum inierunt.

[e] *Legitimi tutoris*] Similitudo est; quemadmodum enim sancta esse debet fides legitimi tutoris in conservandis et administrandis pupilli bonis; ita sincera debet esse consulis fides in repub. gubernanda.

[f] *Deus salutis nostræ, vitæ* [*Deus, salus nostræ vitæ*] Hyperbole illustris, ut suum liberatorem prædicet.

[g] *De solenni religione retulit*] Statim atque inibant magistratum consules, proponebant quid esset decernendum de religione: quo facto, de Cicerone retulit Lentulus.

[h] *Is tribunus plebis*] Attilius Gavianus, unus ex novem qui post Clodium tribuni facti sunt, noctem petiit ad deliberandum. Ejus in se ingrati animi vitium notat.

[i] *Oppius*] Oppius, quem et Cornicinum appellat in orat. pro Sextio, Gaviani socer fuit.

nonnulli arbitrabantur, sed, ut patefactum est, in augenda mercede[k] consumta est. Postea res acta est in senatu alia nulla; cum variis rationibus impediretur, et voluntate tamen perfecta senatus[18] causa, ad vos[l] mense Jan. deferebatur. 13. Hic tantum interfuit[m] inter me et inimicos meos. Ego, cum homines in tribunali Aurelio[n] palam conscribi centuriarique[19] [o] vidissem; cum intelligerem, veteres ad spem cædis Catilinæ copias esse revocatas;[20] cum viderem, ex ea parte homines, cujus partis[1] nos vel principes numerabamur, partim quod mihi inviderent, partim quod sibi timerent, aut proditores esse, aut desertores[2] [p] salutis meæ; cum duo consules,[q] emti pactione provinciarum, auctores se inimicis reipublicæ tradidissent; cum egestatem,

χ, qui, paulo post, habet *in agenda mercede.*—18 *Et cum variis rat. imp., voluntate tamen perspecta senatus, &c.* edd. pleræque ante Grut. cum Oliv. Weiske, Beck. Schutz. et Orell. Pro *variis* in C, Dresd. Barb. 1. 2. est *vanis.* Tum Ven. 1480. *et voluntas;* Barb. 1. 2. Ven. 1483. Naug. *et voluntate.* Postea, χ ψ et pauci alii *perfecta;* H *profecta.* Pro *causa* Barb. 1. 2. et Ven. 1480. *tamen:* pro *causa ad vos* C *tam apud vos;* H *causa ad nos;* χ ψ *causa apud vos;* Dresd. *tam apud nos.*—19 C *contaminarique*, suprascr. 'vel *centuriari.*'—20 *Renovatas* Guelf. Dresd. Franc. Barb. 1. 2. Ms. Ursini, ed. 1472. et Wald. *novatas* C et H.—1 *Cui parti* C H χ, Guelf. Franc. 1. Dresd. Barb. 1. 2. Mss. Pariss. ed. 1472. cum Græv. et Lall. Pro *numerabamur* in C *mirabamur;* et

NOTÆ

k *In augenda mercede*] Petiit noctem ille Attilius, non ut de Ciceronis reditu, sed de mercede duplicanda ageret cum Clodianis, ut reditum Ciceronis impediret.

l *Causa ad vos*] Per Fabricium, tribunum plebis, causa Ciceronis delata est ad senatum. Scribit autem Plutarchus, cum Clodius senatores videret inclinari ad revocandum Ciceronem, ad mensem Januarium causam differri voluisse.

m *Hic tantum interfuit*] Jam incipit controversias omnes exponere, quæ inter se et Clodianos extitere, dum omnes magistratus, et omnis respub. pro se staret.

n *In tribunali Aurelio*] Aurelia Orestilla Catilinæ non prius nupsit, quam is suum filium, ætate jam adultum, interfecit: cum itaque velit in odium Clodium adducere, fingit illud tribunal, ut ostendat Clodium collegiorum simulatione servos conscripsisse, et Catilinæ copias cum iisdem ducibus spe incendiorum reduxisse.

o *Centuriari*] Centuriari, id est, in centurias, aut classes ordinesque, distribuere: hic autem rationes affert, quare abire maluerit quam cum bonis contra improbos cives decertare.

p *Proditores esse aut desertores*] Hic Hortensium notat, a quo scelerate se et insidiose tractatum fuisse, queritur lib. I. Epistt. ad Q. fratrem.

q *Duo consules*] Gabinius et Piso.

avaritiam, libidines suas viderent expleri[3] non posse, nisi me constrictum domesticis hostibus dedissent;[4] cum senatus equitesque Romani flere pro me, ac, mutata veste, vobis[5] supplicare edictis atque imperiis vetarentur; cum omnium provinciarum pactiones, cum omnia cum omnibus fœdera, reconciliationes[6] gratiarum, sanguine meo sancirentur; cum omnes boni non recusarent, quin vel[7] pro me, vel mecum perirent; armis decertare pro mea salute nolui, quod et[8] vincere et vinci luctuosum reipublicæ fore putavi. 14. At inimici mei, mense Jan. cum de me ageretur, corporibus civium trucidatis,[r] flumine sanguinis meum reditum intercludendum putaverunt. VI. Itaque cum ego abfui,[9] eam rempublicam habuistis, ut æque me, atque illam, restituendam putaretis. [*p.* 201.] Ego autem,[10] in qua civitate nihil valeret senatus, omnis esset impunitas,[11] nulla judicia, vis et ferrum in foro[12] versarentur; cum privati[s]

---

pro *partim quod* χ utroque loco *partimque*.—2 C *desertos*.—3 C *expelli*. Mox, in H S T χ, Franc. 1. Dresd. Barb. 2. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. Med. deest pronomen *me*. Pro *constrictum* C, Franc. 1. Dresd. Barb. 2. Guelf. et edd. ante Ald. habent *conflictum:* unde Grævius conjecit legend. *afflictum*.—4 Barb. 1. Naug. Hervag. Lamb. Beck. Schutz. et Orell. *dedidissent*. Mox, H *equites* sine copula.—5 C *nobis*. Pro *edictis* C et Dresd. *dictis:* pro *vetarentur* C *uterentur*. Tum, χ *cum omnes*.—6 Dresd. *fœdera, conciliationes:* χ *fœderata constitutiones*. Pro *cum omnium prov. . . . sancirentur* in C tantum legitur *cum saturarentur*.—7 C *recusarunt, quem vel*. Mox, χ *perire*, et ψ *decertaret*.—8 *Nolui, quod potui, quoniam et* χ, Barb. 1. 2. Mss. Pariss. et edd. vett. cum Lall. Beck. Schutz. et Orell. 'In Dresd. et Mss. Ursini fuit *nolui quod potui, quod vincere, &c.* Franc. 1. *nolui, quod potui, cum vincere, &c.* Hinc Græv. improbante Heumann. edidit *nolui quod potui, quod et vincere, &c.* sed offendit repetitio vocab. *quod*, et facile *quoniam* in *quod* potuit abire. In H *nolui, quod potui, quando et vinc.* C *nolui, quod potui vincere.* Ea varietas efficere poterat, ut cum Ern. existimaremus *quod potui* e glossem. invectum esse. Heumann. librarium pro *quod putavi* perperam scripsisse *quod potui* existimat, non verisimiliter. Naug. Manut. Lamb. Gruter. Ern. et al. dederunt *nolui, quod et vincere, &c.*' Beck.

CAP. VI. 9 C *affui:* al. *absum*. Mox, pro *æque* C *neque*. Heumann. legi maluit, *æque me, atque illam restituendum*.—10 Pro *autem*, quod in C et T deest, H et S habent *enim*.—11 Dresd. *impuritas*. Weiskium offendit vocab. *omnis*, unde conjicit *omnis scelerum esset imp*.—12 χ omittit *in foro*. In C H χ

NOTÆ

[r] *Corporibus civium trucidatis*] Cum Clodiana lex abrogata est, reditusque Ciceronis, et omnium bonorum restitutio decreta est, tantus exarsit Clodianorum furor, ut corporibus civium Rom. Tiberis completus, et cloacæ refertæ sint.

[s] *Privati*] Cn. Pompeius, cum III.

se parietum præsidio, non legum tuerentur; tribuni[13] plebis,[t] vobis inspectantibus, vulnerarentur; ad magistratuum domos cum ferro et facibus iretur;[14] consulis fasces[u] frangerentur; Deorum immortalium templa[x] incenderentur; rempublicam esse nullam putavi.[15] Itaque neque, republica exterminata, mihi locum in hac urbe esse[16] duxi; nec, si illa restitueretur, dubitavi, quin me secum ipsa[17] reduceret. 15. An ego, cum mihi esset exploratissimum, P. Lentulum proximo anno consulem futurum, qui illis ipsis reipublicæ periculosissimis[18] temporibus ædilis curulis,[y] me consule, omnium meorum consiliorum particeps[19] periculorumque socius fuisset; dubitarem, quin is me, confectum consularibus vulneribus,[z] consulari medicina[a] ad salutem reduceret?[20] Hoc duce,[b] collega autem ejus,[1] clementissimo atque optimo viro, primo non adversante,[2] post

legitur *versaretur*. C caret *cum* ante *privati*. C H χ, Dresd. non agnoscunt pronomen *se*. Denique, Dresd. habet *parietis*.—13 C *tribunus*, et mox *vulneraretur*. In χ *obvulnerarentur*.—14 C *irent*. Mox, H *et Deorum*.—15 Barb. 1. 2. et edd. ante Lamb. *nullam esse put.* Tum, Lamb. *Itaque nec*, et χ *republ. extenuata*.—16 In χ deest *esse*. Dein, C et Dresd. *dixi*.—17 In χ deest *ipsa*. Tum, C *restituerelur*.—18 In H *periculosis*. H et χ omittunt *ædilis curulis*. In C *edile sirrali*. Pro *me consule* C habet *qui me*.—19 Pro *particeps* χ, Dresd. Franc. 1. et ed. 1472. habent *princeps*; C *princes*; Barb. 2. *principes*. In Barb. 1. *princeps sociusque*, omisso vocab. *periculorum*. C habet *periculorum* sine copula.—20 C *reduceretur*.—1 *Et collega ejus* C T, Barb. 1. 2. et Mss. Grævii, qui dedit *collega ejus, et clem.* errore typographico, ut ait Orell.—2 H *primo*

NOTÆ

idus Sext. in senatum venisset, dicitur servo P. Clodii sicam excidisse, eaque ad Gabinium consulem delata, dictum est, servo imperatum a P. Clodio, ut Pompeius occideretur. Pompeius statim domum rediit; et, ut ait Cic. pro Mil. 'caruit foro Pompeius postea, caruit senatu, caruit publico.' Ita Asconius.

[t] *Tribuni plebis*] Sextius, ut in ejus defensione ait, plus viginti vulneribus affectus est.

[u] *Consulis fasces*] Fasces Gabinii, qui fuere insignia magistratus, fracti sunt.

[x] *Templa*] Castoris, vel Nympharum, templum incensum est. Vide orat. pro Mil.

[y] *Ædilis curulis*] Pub. illi Lentulo, in conjuratione, Lentulus Sura, Catilinæ socius, in libera custodia a Cicerone consule traditus est.

[z] *Consularibus vulneribus*] Quam accepit a Gabinio et Pisone coss. calamitatem, nomine vulnerum appellat.

[a] *Consulari medicina*] Hanc a Lentulo et Metello medicinam accepit, qui eum ab aliis duobus ejectum restituerunt. Allegoria hæc nobilis est.

[b] *Hoc duce*] Lentulo duce, et collega ejus Metello referente, Cicero re-

etiam adjuvante, reliqui magistratus pæne omnes[c] fuerunt defensores salutis meæ: ex quibus excellenti animo, virtute, auctoritate, præsidio, copiis,[3] T. Annius et P. Sextius, præstanti[4] in me benevolentia et divino studio extiterunt. Eodemque P. Lentulo auctore, et pariter referente collega, frequentissimus senatus, uno dissentiente,[d] nullo intercedente, dignitatem meam, quibus potuit,[5] verbis amplissimis ornavit; salutem vobis, municipiis coloniisque[6] omnibus commendavit. 16. Ita[7] me nudum a propinquis, nulla cognatione munitum, consules, prætores, tribuni plebis, senatus, Italia cuncta,[8] semper a vobis deprecata est: denique omnes, qui vestris maximis beneficiis honoribusque[d][9] sunt ornati, producti[e] ad vos ab eodem,[10] non solum ad me conservandum vos[11] cohortati sunt, sed etiam rerum mearum gestarum auctores, testes,[12] laudatores fuerunt. VII. Quorum princeps ad cohortandos vos, et ad rogandos[13] fuit Cn. Pompeius, vir omnium, qui sunt, fuerunt,[14] erunt, vir-

[d] *Magistratibus.*

adv., omisso *non.* Pro *etiam* C habet *in.*—3 ‘*Copiis,* quod in nonnullis edd. defuit, Hotomann. in suo cod. invenit, estque a Grut. restitutum e codd. et edd. vett., quibuscum etiam Barb. et alii faciunt. Heumann. pro glossemate vocab. *præsidio* habet, quanquam nec hoc aptum loco putat. Lamb., ap. quem *copiis* etiam omissum, pro *auct.*, *præsidio*, legi voluit *auctoritate præditi.* Heumannus ex c. 8. orat. in Sen. mavult legi *auctoritate pares, T. Ann, &c.*’ Beck.—4 Gembl. *præsenti*, probb. Gulielmio, Grutero, Garatono.—5 C *potui.* Lamb. *meam verbis, quam potuit ampliss.*—6 C *et coloniis:* T, Dresd. Barb. 1. 2. et ed. 1472. *coloniis* sine copula: χ ψ *colonis.* Tum, ψ *omnibusque.*—7 T *Itaque.* Ms. ap. Lamb. omittit præpositionem ante *propinquis.*—8 Pro *cuncta* C *tota.* In H et χ deest *semper.*—9 C H χ *honoribus.*—10 Pal. 2. 9. Dresd. Barb. 1. S. Vict. et Ms. Lamb. *ab eadem.* In T χ, Franc. 1. Barb. 2. desunt: unde Beck. ea uncis inclusit.—11 C caret *vos.* In H *hortati sunt.*—12 In C T, Dresd. Barb. 2. deest *testes.* Tum *laudatoresque* C S T χ, Franc. 1. Dresd. Barb. 2. et edd. pr. cum Lall.

CAP. VII. 13 C *Quorum ad coh. nos, et rog.* Post *rogandos* χ addit *vos.*—14 Ante *fuerunt* H et χ repetunt *qui.* Ante *erunt,* quod in H deest, C et

NOTÆ

vocatus est.

[c] *Pæne omnes*] Omnes magistratus, præter Attilium Gavianum et Serranum trib. plebis, qui a Clodianis corrupti sunt, Ciceronis saluti faverunt.

[d] *Uno dissentiente*] Attilius, corruptus a Clodio, solus obstitit, vel ipse Clodius.

[e] *Producti*] Fas fuit consulibus privatos producere in rostra ad aliquid populo vel suadendum vel dissuadendum.

tute, sapientia, ac gloria princeps;[15] qui mihi unus uni privato amico eadem[16] omnia dedit, quæ universæ reipublicæ, salutem, otium, dignitatem. Cujus oratio fuit, quemadmodum accepi, tripartita: primum vos docuit,[17] meis consiliis rempublicam esse servatam,[18] [f] causamque meam cum communi salute conjunxit; hortatusque est, ut auctoritatem[19] senatus, statum civitatis, fortunas civis bene meriti defenderetis: tum in perorando[20] posuit, vos rogari a senatu, rogari ab equitibus Romanis,[1] rogari ab Italia cuncta: denique ipse ad extremum pro mea vos salute non rogavit solum, verum etiam obsecravit. 17. Huic ego homini, Quirites,[2] tantum debeo, quantum hominem homini debere vix fas est. Hujus consilia, P. Lentuli[3] sententiam, senatus auctoritatem, vos secuti, in eo me[4] loco,[e] in quo vestris beneficiis fueram,[5] iisdem centuriis, quibus collocaratis, reposuistis. Eodem tempore audistis eodem ex loco summos[6] viros, ornatissimos atque amplissimos homines, principes civitatis,[7] omnes consulares, omnes prætorios, eadem

[e] *Ea dignitate.*

Dresd. addunt *et.*—15 *Princeps* non legitur in C H T ψ; sed C H, Franc. 1. Barb. 1. 2. ed. 1472. exhibent *princeps virtute,* uti Græv. et Lall. ediderunt. T ψ *erunt principes, virtute.* Lamb. dedit *virt., sap., gloria princeps:* al. *virt., gloria, sap. princeps.*—16 C *animo,* et χ *eodem.* In Barb. 1. 2. et Ven. 1480. legitur *omnia eadem.* Post *salutem* C addit *dedit;* et post *dignitatem* in Ven. 1480. additur *afferebant.*—17 C H χ, Dresd. Franc. 1. *Cujus oratio ita primum vos doc.*, omissis verbis interjectis. Similiter Barb. 1. *Cujus oratio ita primo vos doc.* Barb. 2. *Cujus oratio vos ita primum doc.* Ed. Ven. 1480. etsi retinet verba interjecta, deinde tamen scribit *vos ita primum doc.*—18 C *conservatam,* et mox *cum sal.*—19 C et χ *auctoritate.* Mox, pro *bene meriti* iidem *emeriti.*—20 Pro *in perorando* C H S T χ, Dresd. ed. 1472. *me imperando;* ψ *me in oparando* (sic). Franc. 1. *tum in me recuperando persuasisset, vos, &c.* Pro *posuit* in χ *possit.*—1 In C H S deest *Romanis.* Mox, pro *denique ipse* C *deinde;* H S *deinde ipse.*—2 *Quirites* non est in C, qui legit *tantum debere,* et paulo post omittit verba *homini debere.* Pro *hominem,* quod in C χ deest, T habet *homines.* Porro, H caret *vix.*—3 Franc. 1. *consilio;* et C χ *P. Lentulus.*—4 In C H S T χ deest *me.* Tum in C *quo* omittitur.—5 H S *quibus fueram.* Post *fueram* excidisse Weiske putat vocab. *collocatus.* Pro *iisdem* C *idem.* In eodem Ms. deest *quibus.* Dein, *collocaretis* C et Dresd. *collocaveratis* Franc. 1. *collocatus fueram* edidit Lamb.—6 C T, Dresd. omittunt *summos.*—7 Pro

NOTÆ

[f] *Rempublicam esse servatam*] Servavit rempub. Cicero, cum Catilinæ conjurationem compressit.

dicere, ut omnium testimonio per me unum[8] rempublicam conservatam esse constaret. Itaque cum P. Servilius,[g] gravissimus vir, et ornatissimus civis, dixisset, opera mea rempublicam incolumem magistratibus deinceps traditam,[9] dixerunt in eandem sententiam ceteri. Sed audistis eo tempore clarissimi viri non solum auctoritatem, sed etiam testimonium, L. Gellii;[h] [*p.* 202.] qui, quia suam classem[i] attentatam magno cum suo periculo pæne sensit,[10] dixit in concione vestra,[11] 'Si ego consul, cum[12] fui, non fuissem, rempublicam funditus interituram fuisse.'

VIII. 18. En ego[13] tot testimoniis, Quirites, hac auctoritate senatus, tanta consensione Italiæ, tanto studio bonorum omnium, agente P. Lentulo, consentientibus ceteris magistratibus, deprecante Cn. Pompeio, omnibus hominibus faventibus, Diis denique immortalibus, frugum ubertate,[k] copia, vilitate,[14] reditum meum comprobantibus, mihi, meis, reipublicæ restitutus, tantum vobis, quantum facere[15]



principes civitatis C habet *conjunctos.* In T et Dresd. deest *principes.*—8 In C H S T χ, Dresd. *unum* omittitur.—9 C *tradita:* H *traditum.* Heumannus legi mavult *traditam, deinceps dixerunt . . . Sed et audistis eo.* Pro *eo* H et S *eodem.*—10 'Verba *quia suam classem . . . pæne sensit,* quæ uncis inclusi, alii corrupta statuunt, alii a glossatore ascripta. Posterius ipse probo.' *Weiske.* —11 H S χ, Barb. 1. 2. Franc. 1. Dresd. Mss. Manutii, ed. 1472. Ven. 1480. 1483. *concione vestrum:* C *contentum vestrum.*—12 Pro *cum* H et S *sicut.* Mox, χ *interjectam fuisse.*

CAP. VIII. 13 Pro *En* Heumann. maluit *Nunc;* et pro *En ego* Manut. conjecit *Ergo* legend. Pro *Quirites* C habet *quam rempublicam;* Franc. 1. Dresd. *qui rempublicam.*—14 C S χ, Franc. 1. *utilitate.* Ante *mihi* C addit *se.* —15 *Facere* Ernesto et Wolfio suspectum est. Tum, Guelf. *polliceor,* ut vo-

NOTÆ

[g] *P. Servilius*] Vir consularis Servilius fuit.

[h] *L. Gellii*] L. Gellius fuit consul cum Lentulo, et in senatu dixit civicam coronam Ciceroni deberi a repub.

[i] *Suam classem*] Gellius custos erat suæ classis, dum ferebantur suffragia, ex qua multi corrupti pecunia fuerant, ut contra Ciceronem agerent.

[k] *Frugum ubertate*] Cum summa esset illis temporibus annonæ caritas, atque a senatu plerique consulares abessent, quod tuto se negarent posse sententiam dicere, in Ciceronis sententiam factum est senatusconsultum; atque ex eo lex promulgata, ut Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariæ toto orbe daretur. Eodem prope momento frumenti copia secuta est.

possum, Quirites, pollicebor: primum, qua sanctissimi homines pietate erga Deos immortales esse solent,[16] eadem me erga populum Romanum semper fore; numenque vestrum[17] æque mihi grave et sanctum, ac Deorum immortalium in omni vita futurum; deinde, quoniam me in civitatem respublica ipsa reduxit, nullo me loco reipublicæ defuturum.[18] 19. Quodsi quis existimat, me aut voluntate esse mutata, aut debilitata virtute, aut animo fracto, vehementer errat. Mihi, quod potuit vis[19] et injuria, et sceleratorum[20] hominum furor detrahere, eripuit, abstulit, dissipavit: quod viro forti adimi non potest, id manet[1] et permanebit. Vidi ego fortissimum virum, municipem meum,[l] C.[2] Marium, (quoniam nobis, quasi aliqua fatali necessitate, non solum cum his, qui hæc[3] delere voluissent, sed etiam cum fortuna[m] belligerandum[4] fuit) eum tamen vidi, cum esset summa senectute, non modo non[5] infracto animo propter magnitudinem calamitatis,[n] sed confirmato atque renovato. 20. Quem egomet dicere audivi,[6] tum se fuisse miserum, cum careret patria, quam obsidione[o] liberavisset; cum sua bona[7] possideri ab inimicis ac diripi audiret; cum adolescentem filium videret ejusdem socium calamitatis;[p] cum

lebat Heumann.—16 H T χ, Franc. 1. *soleant*. Franc. 1. quoque *me eadem*. In C et χ deest *me*.—17 In C tantum est *numen*, in χ *numen vestrum*.—18 C T, Franc. 1. Dresd. omittunt verba *deinde . . . defuturum*.—19 A Franc. 1. Dresd. Barb. 2. Guelf. ed. 1472. et ed. Wald. abest *vis*, probante Grævio.—20 *Sceleratus* Lamb. qui ante *eripuit* adjecit *id*.—1 Ante *manet* H S χ, Barb. 1. Ven. 1480. 1483. Hervag. addunt *mihi*.—2 Prænomen in C et T deest. Mox, C H T *vobis*. In T *quasi* omittitur.—3 C χ *hoc*: T *hoc imperium*. Dein, χ *debere*, et T χ *voluisset*.—4 *Bellum gerendum* Franc. 1. Dresd. *belligerendum* C: *belli gerendum* ed. 1472.—5 *Non* post *modo* deest in χ et Barb. 1. *Animo* non est in C. Franc. 1. *non fracto animo*. Vid. Nott. Varr.—6 Grævius e Franc. 1. edidit *audiri dicere*. Hotom. et Marclandus legi jusserunt *tum se non fuisse miserum*. Pro *cum* C, Dresd. Pall. et Ms. Vict. habent *si*. Tum, χ *paruisset*.

NOTÆ

[l] *Municipem meum*] Arpinas fuit Marius, Arpinas Cicero.

[m] *Cum fortuna*] A fortuna victi, et ejecti e patria Marius et Cicero fuerunt.

[n] *Calamitatis*] Summa fuit Marii calamitas, cum a Sulla fugere coactus est ut vitæ consuleret.

[o] *Obsidione*] Teutonibus et Cimbris in Italia deletis urbem liberavit.

[p] *Socium calamitatis*] Filius Marii, a Sulla victus, pulsus et exilio damna-

in paludibus demersus,[q] concursu ac misericordia[8] Minturnensium corpus ac vitam suam conservasset; cum parva navicula[9] trajectus in Africam, quibus regna ipse dederat,[10] ad eos inops supplexque venisset: recuperata[11] vero sua dignitate, se non commissurum, ut, cum[12] ea, quæ amiserat, sibi restituta essent, virtutem animi non haberet, quam[13] nunquam perdidisset. Sed hoc[14] inter me atque illum interest: quod ille,[15] qua re plurimum potuit, ea ipsa re inimicos suos ultus est, armis;[16] ego, qua consuevi, utar; quoniam illi arti[17] in bello ac seditione locus est, huic[r] in pace atque otio. 21. Quanquam ille animo[18] irato nihil nisi de inimicis ulciscendis agebat; ego de ipsis inimicis tantum, quantum mihi[19] respublica permittet, cogitabo. IX. Denique, Quirites, quoniam[20] me quatuor omnino genera hominum violarunt; unum eorum,[s] qui odio reipub-

—7 Al. *et cum sua bona.*—8 In C T et Mss. ap. Græv. deest *ac misericordia.* Dein, χ *Miturniensium.* Paulo post, C H S T χ et Mss. ap. Græv. *conservaret.*—9 T *parva in navic.* Lambinus, quia in suis Mss. invenit partim *provectus,* partim *pravectus,* reposuit *travectus.* In Ms. Henr. Steph. et Mss. Ursini *pervectus.* Pro *Africam* C et Dresd. *patriam*—10 C *ipsa,* et Franc. 1. *ademerat.* Mox, Franc. 1. *supplex inopsque.*—11 Pro *recuperata* χ *recte paravero par.*—12 In χ deest *cum.* Pro *amiserat* χ *miseria;* Weiske dedit *amiserit.* In ed. 1472. *ut eam, quæ a miseria restituta.* C χ, Franc. 1. Dresd. *sibi* omittunt. Tum, in C T χ *esset.*—13 χ *qui.*—14 C caret *hoc.*—15 T omittit *quod ille.* Pro *qua re* C *quærere.*—16 *Armis* nonnullis ap. Lamb. suspectum fuit. Tum, C *ego quæ.* Post *utar* in S T χ, Barb. 1. 2. et edd. vett. additur *pietate.* Weiske censet *arte dicendi* aut *oratione* excidisse.—17 C T χ *ante.* Pro *illi arti* Heumannus legit *illis.* Mox, χ *locutus est,* et Franc. 1. *locus fuit.* —18 Franc. 1. *Quanquam quo ille animo.* Weiske e conjectura dedit *Quodque ille animo:* Wolf. conjecit *Itaque ille animo.* Pro *ille* C et H *illi.*—19 In χ deest *mihi.* Mox, C H S χ *permittit.*

Cap. IX. 20 C *quomodo.* Pro *omnino,* quod C et H omittunt, in Barb.

NOTÆ

tus, fugit in Africam.

[q] *In paludibus demersus*] Marius latitans in paludibus Minturnensium, et ab suis hostibus comprehensus, et iisdem Minturnensibus ad necandum traditus fuit. Postea vero Gallo, qui eum volebat occidere, perterrefacto, nave conscensa in Asiam trajecit. Vide Plut. Minturnæ vero oppidum est in Campania.

[r] *Huic*] Eloquentiam inter et artem bellicam illud discriminis intercedit, quod ars bellica in seditionibus et tumultibus, eloquentia in pace et in otio dominetur.

[s] *Unum eorum*] Quatuor hominum genera odio Ciceronem prosequebantur. Primum eorum genus fuit qui Catilinæ latenter favebant, neque ei favere velle videbantur.

licæ, quod eam ipsis invitis[1] conservaram, mihi inimicissimi fuerunt; alterum, qui per simulationem[2] amicitiæ,[t] nefarie prodiderunt; tertium, qui, cum propter inertiam[3] suam eadem assequi non possent, inviderunt laudi[u] et dignitati meæ; quartum, qui,[x] cum custodes reipublicæ esse deberent,[4] salutem meam, statum civitatis, dignitatem ejus imperii, quod erat penes ipsos,[5] vendiderunt; sic ulciscar genera singula,[6] quemadmodum a quibusque sum provocatus: malos cives, rempublicam bene gerendo; perfidos amicos, nihil[7] credendo, atque omnia cavendo; invidos, virtuti et gloriæ serviendo; mercatores provinciarum, revocando domum,[y] atque ab iis[8] provinciarum rationem repetendo. 22. Quanquam mihi majori[9] curæ est, quemadmodum quidem vobis, qui de me estis optime meriti, gra-



1. legitur *orationum.*—1 Pro *invitis* H *victis;* χ *conjunctus.* Tum, C *conservatam.*—2 C H *similitudinem.* Ante *prodiderunt* H χ, Junt. Beck. et Orell. addunt *me.* Weiske edidit *me nef. prod.* Dein, C *perdiderunt.*—3 Franc. 1. et Barb. 2. *per inertiam.* Tum, C *suam eandem ass.* Mox *invident* Franc. 1. *inviderent* χ et edd. nonnullæ, teste Grævio.—4 *Debuissent* χ: *debuerint* Heumann. *deberent* Ern. e conjectura, cum Wolf. Weiske, Beck. et Schutz. *debuerant* e conjectura edidit Orell. *debuerunt* ceteri. Dein, H *salute.*—5 In C deest *ipsos.*—6 *Facinora singula* H T χ, Guelf. Franc. 1. Dresd. Barb. 1. 2. Pall. *facinorum singula* C S ψ et Ms. Vict. cum Grut. Græv. Oliv. Lall. *singula genera* Lamb. qui, quia in Mss. invenit *facenorum,* conjecit legend. *ea genera sing.* Ern. ex ed. Junt. dedit *genera sing.* et sic Wolff. Weiske, Beck. Schutz. et Orell. Heumannus legi putat *genera singula,* sed tamen et *genera* et *facinora* deleri mavult. Mox, C *quibus:* χ *quibusdam.*—7 Pro *nihil* Dresd. *mihi.* Tum, χ *omnia carendo.*—8 C et H *ab his.* Dein, C et Dresd. *ratione repetenda.* Heumann. jubet *provinciarum* deleri.—9 Gulielm. lectum olim esse putat, *Quanquam mihi, Quirites, majori, &c.* Tum, T *ut quemadm.* In H, Barb. 1. Ms. Vict. et Mss. Gruteri deest *quidem,* deleveruntque Grævius,

NOTÆ

[t] *Per simulationem amicitiæ*] Q. Hortensium intelligit, qui Ciceroni amicus videbatur, a quo tamen insidiosissime se tractatum queritur apud lib. I. Epistt. ad Q. Fratr.

[u] *Inviderunt laudi*] Tertium genus eorum qui Ciceroni inviderunt, fuere nonnulli e Catilinæ asseclis, qui in honorum petitione inferiores se Cicerone viderunt.

[x] *Quartum, qui*] Pisonem et Gabinium notat, qui a tribuno Clodio provincias acceperunt, ut nocerent Ciceroni.

[y] *Revocando domum*] Domum revocavit inimicos suos, quando de provinciis consularibus habuit orationem, ubi revocandos esse e suis Gabinium et Pisonem, et futuris consulibus earum provincias decernendas esse suasit.

tiam referam, quam, quemadmodum inimicorum injurias crudelitatemque persequar.[10] [*p.* 203.] Etenim ulciscendæ injuriæ facilior ratio est, quam beneficii remunerandi; propterea quod superiorem esse contra improbos, minus est negotii, quam bonis exæquari:[11] tum etiam ne tam necessarium quidem est, male meritis, quam optime meritis, referre quod debeas.[12] 23. Odium vel precibus mitigari[13] potest, vel temporibus[f] reipublicæ communique utilitate deponi, vel difficultate ulciscendi teneri,[14] vel vetustate sedari: bene meritos quin[15] colas, nec exorari fas est, nec id reipublicæ repetere[z] utcumque necesse est, neque est excusatio difficultatis, neque æquum est, tempore et die[16] memoriam beneficii definire. Postremo qui in ulciscendo remissior fuit,[17] mox aperte laudatur: at gravissime vitu-

[f] *Periculis.*

Wolf. Weiske, et Schutz. A Dresd. absunt verba *qui de me.*—10 χ *crudelitate*, et C *prosequar. Est enim ulciscendi injuriæ, &c.* Lambinus e Mss. dedit *Etenim cum ulcisc. inj. &c.* Præterea C omittit *est* post *ratio.*—11 χ *bonos exæquare.* Mox, χ, Barb. 1. 2. plures Mss. Grævii, Ven. 1480. 1483. Junt. Græv. *nec tam.*—12 *Non tam male meritis referre quod debeas, quam ut bene meritos colas* H χ, Barb. 1. 2. Franc. 1. et edd. pleræque ante Naug. et sic Junt. nisi quod omittat *non tam* ante *male.* In C S et Dresd. deest *meritis* post *optime.* Pro *referre* ed. Med. habet *ferre.*—13 Ms. Vict. *vindicari*, unde Gulielm. conjecit *medicari*, ut est in Mss. nonnullis ap. Lamb. *mendicari* alii. Dresd. omittit *vel* ante *temporibus.* In Franc. 1. et ed. 1472. *vel temp. et reip.* —14 C *diff. utendi tueri.*—15 In C et Dresd. deest *quin.* Tum, Lamb. *neque exor. . . . neque id.* C et H quoque *neque id.* Paulo post, C *petere*, ut Manut. volebat. H *reputare:* Grævius conjecit *dare;* et Garaton. *remittere unquam:* Ern. quoque volebat *remittere.* Hotom. legi maluit *reip. temporibus unquam necesse est.* Heumannus in Parerg. Crit. p. 67. correxit, *nec id reip. expedit vel unquam necesse est:* in not. ad h. l. scribit *nec id reip. unquam aut nec. est.* Pro *utcunque* C H χ, Ms. Steph. et Ven. 1483. *utrumque;* Lamb. *utique.* In Ven. 1480. legitur *neque id reip. est repetere ut utrumque nec. est.* Vid. Nott. Varr.—16 Pro *et die*, C, Franc. 1. Dresd. habent *excidere.*—17 C *Postr. quin mihi in ulc. remissio fuerit.* In H quoque *fuerit.* Pro *mox* H et Pal. 1. *in os;* Pal. 3. *in os cum.* Lambinus in suis, Gruter. in aliis invenit *in eorum ap.*, quod et in C atque Dresd. est. Tum, pro *laudatur* iidem Lambini Mss. et nonnulli ap. Grut. *utitur;* C et Dresd. *utetur;* et postea Lamb. *aut grav.* ubi Franc. 1. *et graviss.* Lamb. conjecit legend. *in eo partim reprehenditur, partim laudatur.* Heumanno *mox aperte* delendum videtur. Utrumque etiam Weiskio est su-

NOTÆ

[z] *Nec id reipublicæ repetere*] Verbum istud 'repetere,' retrahere aut impedire significat: quare is esse videtur sensus: Respub. non impedit relationem gratiæ; aut reipub. gratia non ita omittitur redditio beneficii, ut maleficii.

peratur,[18] qui in tantis beneficiis, quanta vos in me contulistis, remunerandis est tardior: neque solum ingratus,[19] (quod ipsum grave est) verum etiam impius appelletur necesse est. [Atque in officio persolvendo dissimilis est ratio pecuniæ debitæ; propterea quod pecuniam qui retinet, non dissolvit: qui reddidit, non habet: gratiam et qui retulit, habet; et qui habet, dissolvit.][20] X. 24. Quapropter memoriam vestri beneficii colam benevolentia sempiterna, non solum dum[1] anima spirabo mea,[g] sed etiam cum mortuo monumenta vestri in me beneficii permanebunt. In referenda[2] autem gratia hoc vobis repromitto, semperque præstabo, mihi neque in consiliis de republica[3] capiendis, diligentiam; neque in periculis a republica propulsandis, animum; neque in sententia simpliciter referenda,[4][a] fidem; neque in hominum voluntatibus[5]

[g] *Vivam.*

spectum.—18 C *vituperantur.*—19 Idem Ms. *in gravibus.*—20 Verba *Atque in officio . . . dissolvit* desunt in C χ, Barb. 1. Franc. 1. Guelf. uno Paris. et ed. Wald. Lambinus legi voluit, aut, *Atquin officii persolvendi diss.* aut *Atqui officii persolvendi diss.* Lallem. e duobus Mss. et edidit, *Atque in officio persolv. . . . et pecunia debita.* Heumann. quoque legi vult *pecunia debita.*

Cap. x. 1 ‘ *Non solum dum, &c.*] Si *non* est verum, debet esse interpunctio major, i. e. colon post *sempiterna:* alias esse debet *nec solum.* In verbo *spirabo* valde variant scripti et edd. *superabo, exsuperabo, exspirabo, &c.* Illud verum est. *Anima mea* delendum putabat Grævius, et *dum spirabo* vel *superabo* legendum.’ *Ern.* ‘ *Non solum* in C H S T ψ et Ms. Vict. deest. Pro *dum* est in C H S ψ *cum,* in T *non.* Ven. 1480. *non modo cum anima, &c.* Mox, χ *sempiterna cum anima.* Ex utroque Barb. affert Garaton. *benivol. sempiterna cum anima,* nescio an interjectis omissis. Ms. Vict. *cum animo exspirabo mea,* neque aliter Pal. 9. nisi quod is habet *anima,* uti et Pal. 1. et 3. nam in Pal. 2. est *exspirando.* Franc. 1. *cum anima exuberabo mea:* Dresd. *dum anima exuperabo mea.* Ed. 1472. ap. Græv. *expirabo:* ita legitur in S T. In C est *exuperabo;* χ *exsuperabo.* Mss. Barbb. et edd. Venn. *exsuperabo.* Manutius dedit *superabo,* Naugerius *superero,* Hervag. et e Mss. Memmian. Lambinus *spirabo,* quæ deinde facta est vulgaris scriptura.’ *Beck.* In ed. Junt. *cum anima superaro mea.* Ceteri ut Ern. Mox, χ *ac etiam:* Barb. 1. *sed etiam vel mortuo.* Hotomannus, cum in vulgatis idoneam desideraret sententiam et in Ms. quodam invenisset scriptum *mortuus,* judicavit deesse quædam: Heumann. legi maluit, *cum me mortuo.* Weiske mavult *mortuo me.* Postea, Ms. ap. Græv. *in me vestri beneficii.* Pro *me* in C legitur *arce.*—2 χ *Jure ferendo.* Mox, C *semper atque præst.*—3 H *pro republ.* In eodem Ms. deest *diligentiam.*—4 Manut. conjecit *efferenda:* Lamb. dedit *dicenda.* Ern. et Garaton. legi maluerunt *ferenda.* Ernesto *simpliciter* suspectum est.—5 C *voluptatibus.* Mss.

NOTÆ

[a] *In sententia simpliciter referenda*] Profitetur se ingenue suos sensus vel ad populum, vel ad senatum, prolaturum.

pro republica lædendis, libertatem; nec[6] in perferendo labore, industriam; nec in vestris commodis augendis, gratam animi benevolentiam defuturam. 25. Atque hæc cura, Quirites, erit infixa animo meo sempiterna,[7] ut, cum vobis, qui apud me Deorum immortalium vim et numen tenetis, tum posteris vestris cunctisque gentibus[8] dignissimus ea civitate videar, quæ suam dignitatem non posse tenere se, nisi me recuperasset, cunctis suffragiis judicavit.[9]

ap. Græv. *in volunt. hom.*—6 C H S *neque.* Pro *perferendo* C *patiendo,* χ *partiendo.* Tum C *neque in vestris.*—7 *Sempiterna* offendit Heumannum, unde primum scribi *in sempiternum* vel *sempiterne,* deinde illud vocab. deleri jussit, ut e gloss. enatum.—8 H *post. vestris omnibus gent.*—9 *Indicavit* χ, Barb. 1. Mss. ap. Lamb. Ven. 1480. 1483. *indicarit* Barb. 2.

M. TULLII CICERONIS

POST REDITUM,

IN SENATU,

ORATIO XXVIII.

ARGUMENTUM.

Cum redisset in urbem Cicero, postridie hanc orationem in senatu recitavit, in qua, commemorata beneficii sibi tributi magnitudine, cum senatui in universum omni, tum singulis quibusdam gratias agit. Initium facit a Lentulo et Metello consulibus, quorum illius præcipua opera in Cicerone restituendo enituerat, hic autem; privatis inimicitiis reipubl. condonatis, non intercesserat Lentuli actioni. Hic occasionem arripit ad consules superioris anni, quo ejectus erat, Gabinium et Pisonem digrediendi, eosque omnibus modis vexandi. Pergit deinde ad tribunos plebis, quod eorum post consules maxima erat in legibus ferendis et abrogandis potestas, iisque omnibus, inprimisque Miloni et P. Sextio, nominatim gratias agit. Sequuntur deinde prætores septem, octàvus enim Appius Claudius, P. Clodii frater, a reliquis dissenserat, qui omnes nominatim, nullus tamen præcipue laudantur. E reliquis autem senatoribus nulli nisi Pompeio nominatim gratias agit, qui pro Cicerone municipia et colonias adierat, omnique gratia et ope ad ejus restitutionem incubuerat. In conclusione rationem consilii sui reddit, quo erat in relinquenda urbe usus. Erant enim, qui timidum appellarent, quod, cum amicorum opes maximas haberet, tamen cessisset Clodio. Tandem nihil de sua fortitudine in defendenda salute reipublicæ hoc tam gravi casu diminutum esse, confirmat pro Domo sua.

In Barb. 2. hæc Oratio inscribitur, *M. Tullii pro se ipso gratulatoria de restitutione in patriam incipit. Ad Patres Conscriptos.* In Pith. *Oratio M. T. Cic. in Senatu post Reditum de Exilio:* Franc. 1. *M. T. Cic. Oratio, qua gratias Senatui dixit pro sua restitutione in patriam.*

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 204.] Si, patres conscripti, pro vestris immortalibus in me, fratremque meum, liberosque nostros meritis parum[a] vobis cumulate[1] gratias egero; quæso, obtestorque, ne meæ naturæ[a] potius, quam magnitudini vestrorum beneficiorum, id[2] tribuendum putetis. Quæ enim tanta potest existere[3] ubertas ingenii, quæ tanta dicendi copia, quod[4] tam divinum atque incredibile genus orationis, quo quisquam possit vestra[5] in nos universa promerita, non dicam complecti orando,[6] sed percensere numerando? qui mihi fratrem optatissimum, me fratri amantissimo,[7] liberis nostris parentes, nobis liberos; qui dignitatem, qui ordinem,[b] qui fortunas, qui amplissimam rempublicam, qui patriam, qua nihil potest esse jucundius,[8] qui denique nosmetipsos nobis reddidistis. 2. Quodsi parentes[c] carissimos habere debemus, quod ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, civitas tradita est; si Deos immortales, quorum beneficio et hæc tenuimus,[9] et ceteris rebus aucti sumus; si populum Romanum, cujus honoribus in amplissimo consilio,[b] et in altissimo gradu[d] dignitatis, atque in hac omnium[10] terrarum arce[c] collocati sumus; si hunc ipsum ordinem, a quo sæpe magnificentissimis de-

[a] *Minus quam par est.* [b] *Senatu.* [c] *Roma.*



Cap. I. 1 C *cumulare.*—2 ς caret pronomine *id.* Tum, in C *retribuendum :* in Ms. Lamb. *attribuendum.*—3 *Exsistere potest* Ms. Lamb. *Quæ tanta enim potest esse ub. ing.* Franc. 1. Pro *ubertas* ς χ *libertas.*—4 ς *quodque.*—5 Pith. *posset vestrum.* Mox, Ms. ap. Steph. *merita.*—6 Pith. et unus Paris. *ornando,* probb. Græv. et Garaton. Dein, e Ms. H *enumerando* dedit Orell.—7 ς *fratrem amantissimum.*—8 Erf. Franc. 1. Barb. et al. *jocundius.*—9 ς *quorum ben. ex hoc ten.*—10 Idem Ms. *omni.* Mox pro *quiddam* C *quidem ;* ς *quod ;* χ *qui-*

NOTÆ

[a] *Ne meæ naturæ*] Excusat se a magnitudine beneficii, quod pro meritis extollere satis non potest; eaque utitur ut senatores sibi benevolos et attentos reddat.

[b] *Qui ordinem*] Restitutus Cicero est in senatorium suum ordinem.

[c] *Quodsi parentes*] A comparatione beneficium extollit, quo omnia sibi reddita esse dicit, quæ a parentibus, Diis, populoque Rom. acceperat.

[d] *In altissimo gradu*] Ad consulatum beneficio populi pervenerat, quo nulla dignitas in repub. major extitit. De eo dictum est sæpius.

cretis sumus honestati; immensum quiddam et infinitum est, quod vobis debemus, qui vestro singulari studio atque consensu, parentum beneficia, Deorum immortalium munera, populi Romani honores, vestra de me[11] multa judicia, nobis omnia uno tempore reddidistis; ut, cum multa[12] vobis, magna populo Romano, innumerabilia parentibus, omnia Diis immortalibus debeamus; hæc[13] antea singula per illos habuerimus; nunc universa per vos recuperaverimus.[14] II. 3. Itaque, patres conscripti, quod ne optandum quidem est homini, immortalitatem quandam per vos adepti videmur.[15] Quod enim tempus erit unquam, quo vestrorum[16] in nos beneficiorum memoria ac fama moriatur, qui illo ipso tempore, cum vi, ferro, metu, minis obsessi[17][e] teneremini, non multo post discessum meum, universi me[18] revocavistis, referente L. Ninnio,[f] fortissimo atque optimo viro? quem habuit ille pestifer annus et maxime fidelem, et minime timidum, si dimicare[19] placuisset, defensorem salutis meæ: posteaquam[20] vobis potestas decernendi non est permissa per eum tribunum

dam. In Ms. ap. Græv. *imm. quid est et inf.* Mox, e Franc. 1. *debemus* edidit Ern. quem Wolf. Weiske, Beck. Schutz. et Orell. secuti sunt. Ceteri *debeamus.*—11 Pro *de me* ς *deinde.* Paulo post, χ *vobis.*—12 Pith. *ut quo multa.* Tum, *magna* in C χ, et *innumerabilia* in ς omittitur.—13 Ante *hæc* T ψ, Lamb. Grut. Oliv. Lall. addunt *quod.* Vid. Nott. Varr. Post *singula* ς repetit *debemus.*—14 *Recuperavimus* H S, Ven. 1480. *recuperarimus* T χ, Franc. 1. Barb. cum Lamb. Græv. Wolff. Beck. et Orell.

Cap. II. 15 Erf. et alius Ms. cum Lall. *esse ad. vid.* C H T χ, Dresd. Franc. 1. Pith. Barb. et Græv. *ad. esse vid.*—16 H *in quo vestr.* ς *ut cum vestr.* Mox, ς *moriantur.*—17 ς *cum in ferro, metu unius obs.* Tum, C supra lin. *teneremur.*—18 In χ deest *me.* Dein, C *provocavistis.* Pro *referente* C *referrem de;* T *referendo:* in S deest. Porro, Barb. *L. nimio.* In Franc. 1. *referente de me L. Mumio,* et placet Grævio inseri *de me. L. Mumio* est quoque in Pith. Dresd. et S: *Munio* in Pariss. et T, unde Lall. edidit *L. Mummio,* ut est in ed. Junt. *L. Munio* ς: *L. Mimmo* χ: *T. Annio* H et Ms. Mureti.—19 Pith. *et si dim.*—20 Græv. e Franc. 1. dedit *postea vero quam.* In Pith. legitur, *posteaquam vobis pot. decern. facta non est.* Verbum *permissa* non est

NOTÆ

[e] *Obsessi*] A difficili tempore auget beneficium, quia revocatus est cum Clodiani omnia armis circumsepta tenerent, et seditiones plurimæ ab eis in foro excitarentur, de quibus pluribus agit in orat. pro Sext.

[f] *L. Ninnio*] Ninnius ille Quadratus dictus est, qui tribunus plebis Kalend. Jun. ad senatum de revocando Cicerone retulit.

plebis,[g] qui, cum per se rempublicam lacerare non posset, sub alieno scelere[h] delevit;[1] nunquam de me siluistis, nunquam meam salutem[2] non ab his consulibus, qui vendiderant,[i] flagitavistis.[k] 4. Itaque vestro[3] studio atque auctoritate perfectum est, ut ille ipse annus,[4][l] quem ego mihi, quam patriæ, malueram esse fatalem, hos[5] tribunos haberet, qui et promulgarent de salute mea, et ad vos sæpenumero referrent:[6] nam consules modesti,[7] legumque metuentes, impediebantur lege,[m] non ea quæ de me, sed[8] quæ de ipsis lata erat, cum[9] meus inimicus promulgavit,[10][n]

in ϛ, Erf. et Colian.—1 Pith. Ms. Henr. Steph. et Mss. Lambini *delituit*. Gulielm. conjecit *posset suo, alieno scel. delevit*.—2 C H S, Barb. 2. Ven. 1483. *nonnunquam meam sal.* Ursini Ms. *nunquam non meam sal.* In χ deest *non* post *salutem*. Tum, Lamb. *ab iis cons.* Postea, C H χ *vendiderunt*.—3 Heumann. legi vult *Et ita vestro*.—4 C H T χ, Franc. 1. Dresd. Barb. *illo ipso anno: ϛ ut ipse ille minus:* al., teste Grævio, *ut ipse ille annus*.—5 Pro *hos* edd. Vict. Car. Steph. Manut. Hervag. Brut. Hotom. Lamb. Heumann. dederunt *octo:* C χ, Franc. 1. Barb. 2. *cum tribunos*. Post *tribunos* Franc. 1. addit *plebis*. In ed. pr. *cum tribunos haberem*. Pro *haberet* C *nominaret*. Postea, edd. nonnullæ omittunt copulam ante *promulg*.—6 χ *ad nos*, et Barb. 2. *sæpe ref.* —7 H *molesti*. Mox, ϛ *impediebunt*.—8 Post *sed* in edd. Naug. Manut. Lamb. Grut. Oliv. Lall. additur *ea*, sed Grævius cum edd. seqq. auctoritate Mss. Erf. Colin. Dresd. Franc. et ed. pr. (quibus accedunt C T ϛ χ, Barb.) delevit. In χ etiam *quæ* omittitur.—9 Lamb. *quam*.—10 Ern. conjecit *pro-*

NOTÆ

[g] *Per eum tribunum plebis*] Ælium Ligurem nominat in orat. pro Sextio, qui contra Ciceronem intercessit, corruptus a Clodianis.

[h] *Alieno scelere*] Scelere Pisonis et Gabinii, qui consules erant, rempub. delere conatus est, cum contra senatus et populi auctoritatem intercessit.

[i] *Vendiderant*] Clodius pretio provinciarum, Macedoniæ, quæ a Clodio Pisoni; Syriæ, quæ Gabinio data est, salutem vendiderat. Eas enim illis provincias promiserat, si Cicero in exilium ejiceretur.

[k] *Flagitavistis*] Flagitare, inquit Hotomannus, debitorem est acrius et vehementius appellare. Senatus autem a consulibus salutem Ciceronis, quasi proprio jure sibi debitam, postulaverat.

[l] *Ille ipse annus*] Anno 695. quo Piso et Gabinius gesserunt consulatum, decem tribuni fuerunt; sed tantum octo nominat, quia Sext. Attilius et Numerius Quintius ipsum læserunt.

[m] *Impediebantur lege*] Lex lata fuerat a Clodio ne quis ad senatum de Cicerone referret: quam legem non tam de se ait latam esse, quam de consulibus, quibus provinciæ promittebantur, si Cicero in exilium mitteretur.

[n] *Inimicus promulgavit*] Hanc legem de Cicerone ejiciendo non esse appellandam contendit, quia ab inimico suo lata est.

ut, si revixissent ii,[11] [o] qui hæc pæne delerunt,[12] tum ego redirem: quo facto utrumque confessus est,[p] et se illorum vitam desiderare, et magno in periculo[13] rempublicam futuram, si aut hostes atque[14] interfectores reipublicæ revixissent, aut ego non revertissem.[15] Itaque illo ipso tamen anno, cum ego cessissem, princeps autem civitatis,[16] [q] non legum præsidio, sed parietum, vitam suam tueretur; respublica sine consulibus esset,[r] neque solum parentibus perpetuis,[s] verum etiam tutoribus annuis[17] esset orbata; [*p.* 205.] sententias dicere prohiberemini; caput meæ proscriptionis[t] recitaretur;[18] nunquam dubitastis meam salutem cum

mulgavisset legend.—11 C et ς *revisissent hi.* In S deest *ii.*—12 C *delerent.* Ern. legi mavult *delerant.* Pro *tum* in χ *cum.*—13 C *magno peric.* sine præpositione. Post *futuram* C T χ addunt *esse.*—14 Pro *atque* H S T habent *aut;* et pro *reipublicæ* C *R. populi.*—15 C *revertissent.* Mox, pro *tamen*, quod edd. multæ omittunt, C T χ ψ, Franc. Dresd. et edd. vett. habent *tum.* Paulo post, H S, Ven. 1480. 1483. Med. *cecidissem,* prob. Grævio.—16 *Principes hujus civ. . . . tuerentur* C T χ: *principes civ. . . . tuerentur* Franc. 1. Dresd. Barb. et edd. nonnullæ. In S ψ *princeps hujus civ. . . . tueretur.* Pro *parietum* C et ς *parentum.* Tum, Ms. Vict. et Ms. ap. Lamb. *respubl. sine rep. sine consulibus.* Pro *consulibus* ς *consules.*—17 Pro *annuis* C *a meis.* Dein, ς *sed sententias.*—18 C *recitare.*

NOTÆ

[o] *Si revixissent ii*] Perniciosa fuit hæc lex a Clodio lata contra Ciceronem, qua videlicet aqua et igni interdicebatur, ut si revixissent qui socii Catilinæ in conjuratione fuerant, tum rediret ab exilio, ut eorum conatibus obsisteret.

[p] *Utrumque confessus est*] Dum ita ageret Clodius, confessus est se optare, ut redirent ad vitam, qui rempub. perdere voluerunt; aut reipub. perniciem desiderare, si ipsis redivivis, non rediret, quia fatebatur Clodius solum Ciceronem posse ipsis obsistere.

[q] *Princeps autem civitatis*] Pompeius, de cujus periculo in prima oratione dictum est, fuit ille princeps civitatis, qui appetitus est a Clodianis. Vide § 4. not.

[r] *Sine consulibus esset*] Sine consulibus erat respub. quia consulum est reipub. consulere; hi vero, Piso scilicet et Gabinius, eam funditus evertebant, unde consules non erant appellandi.

[s] *Parentibus perpetuis*] Parentes erant et tutores reipub. consules: annui autem dicuntur, quia singulis annis creabantur; perpetui vero, quia respublica nunquam sine consulibus fuit.

[t] *Caput meæ proscriptionis*] Statim atque discessit Cicero, Clodius de ejus exilio ad populum tulit, atque edictum proposuit, ut illi aqua et ignis interdiceretur, et ne intra quinquaginta millia passuum ab Italia tecto reciperetur. Ita Plutarchus in Cicerone. Dio hoc quoque legi adjectum fuisse tradit, ut si Tullius intra spatium definitum visus esset,

communi salute conjungere. III. 5. Postea vero quam[19] singulari et præstantissima virtute P. Lentuli consulis,[u] ex superioris anni caligine et tenebris lucem in republica Kal. Jan.[20] dispicere cœpistis; cum Q. Metelli, nobilissimi hominis atque optimi viri, summa dignitas, cum prætorum, tribunorum plebis[1] pæne omnium[x] virtus et fides, reipublicæ subvenisset; cum virtute, gloria, rebus gestis Cn. Pompeius, omnium gentium, omnium sæculorum, omnis memoriæ facile princeps, tuto se in senatum[2 y] venire arbitraretur; tantus vester consensus de salute mea fuit, ut corpus[3] abesset meum, dignitas jam in patriam revertisset.[4] 6. Quo quidem mense, quid inter me et meos inimicos interesset, existimare potuistis. Ego meam salutem deserui, ne propter me civium vulneribus respublica cruentaretur: illi meum reditum non populi Romani suffragiis,[5] sed flumine sanguinis[z] intercludendum putaverunt. Itaque postea nihil vos civibus, nihil sociis, nihil regibus[a] respondistis: nihil judices sententiis,[6] nihil populus suffragiis, nihil hic

Cap. III. 19 Pro *quam* C, Franc. 1. et ed. pr. *cum;* Dresd. *tum.*—20 ϛ *Kalendis Januarii:* al. *Kalendis Januariis.* In C pro *Januariis* est *Januarii.* Tum, *respicere* C T χ, Guelf. Barb. 2. Hervag. Manut. Lamb. Grut. Græv. Heumann. *despicere* alii. Porro, ϛ χ *cumque Metelli.*—1 In C T χ ψ, Barb. 2. Franc. 1. Dresd. et ed. pr. deest *plebis.*—2 χ *tantum se senatu.*—3 Edd. vett. *ut licet corpus.*—4 ϛ *reverteretur.*—5 ϛ *suffragio.* Mox, χ *interducendum.*—6 Pro *regibus ... sententiis* in ϛ tantum est *judicibus summis;* et pro *judices*

NOTÆ

et ipse, et qui eum recepissent, impune interficerentur. Lege Fabric. in vita Cic.

[u] *Lentuli consulis*] Lentulus et Metellus Pisoni et Gabinio successerunt in consulatu: et licet Metellus frater esset Clodii ex matre, et inimicus Ciceroni, eas tamen inimicitias se deponere dixit reipublicæ causa.

[x] *Pæne omnium*] E prætoribus solus obstitit Ciceronis reditui Appius Clodius, Pub. Clodii frater; e tribunis vero Attilius Serranus et Q. Numerius Quintius.

[y] *Tuto se in senatum*] Novis consulibus magistratum gerentibus, credidit Pompeius se tuto in senatum venire posse. Id in invidiam Clodianorum dicit.

[z] *Flumine sanguinis*] Seditio a Clodianis in foro tanta facta est, ut corporibus civium Tiberis repleretur. Hic autem colligit reipub. calamitatem a signis, quam repetitionibus et interpretationibus amplificat.

[a] *Sociis, regibus*] Reges et socii populi mittere legationes suas ad senatum solebant.

ordo auctoritate declaravit: [7] mutum forum, elinguem[d] curiam, tacitam et fractam civitatem videbatis. 7. Quo quidem tempore, cum is excessisset,[8] [b] qui cædi et flammæ, vobis auctoribus,[9] restiterat, cum ferro et facibus homines[10] tota urbe volitantes, magistratuum tecta impugnata,[11] Deorum templa inflammata, summi viri et clarissimi consulis[12] [c] fasces fractos, fortissimi atque optimi viri, tribuni plebis,[13] [d] sanctissimum corpus,[e] non tactum[14] ac violatum manu, sed vulneratum ferro confectumque vidistis. Qua strage nonnulli permoti[15] magistratus, partim metu mortis, partim desperatione reipublicæ, paulum[16] a mea causa recesserunt:[f] reliqui fuerunt,[17] quos neque terror, neque vis,[18] nec spes, nec metus, nec promissa, nec minæ,[19] nec tela, nec faces a vestra auctoritate,[g] a populi Romani dignitate, a mea salute depellerent. IV. 8. Princeps P. Lentulus, parens ac Deus nostræ vitæ,[20] fortunæ, memoriæ, nominis, hoc specimen[1] virtutis, hoc indicium animi, hoc lumen

[d] *Silentem.*

χ *judicum.* Tum, χ *nihil populi suffr.*—7 Wolf. conjecit *decrevit.*—8 In χ *excessissem.*—9 H et S *vestra auctoritate.* Dein, χ *restiterum.*—10 ς *omnes.*—11 *Oppugnata* Mss. pauci et edd. ante Grut.—12 Pro *consulis* in ς *cum hos.*—13 χ *plebis officii.*—14 *Non solum tectum* T: *non solum tactum* C H S, Barb. 2. et edd. ante Lamb. præter Junt. qui habet *tractum.*—15 χ *commoti.*—16 S ς et edd. nonnullæ *paululum.*—17 Heumann. conjecit *at aliqui fuerunt.*—18 Al. *nec vis:* Lamb. *nec terror, nec vis.*—19 Pro *minæ* C *mina;* H *rapinæ.* Tum, C H T *fasces.*

CAP. IV. 20 ς, Pith. Dresd. *decus nostræ vitæ:* χ *noster Deus vitæ:* Weiske, *Deus vitæ nostræ.*—1 ς *speculum.* Mox, C ς χ *judicium animi.*—

NOTÆ

[b] *Cum is excessisset*] De se loquitur Cicero, qui fuerat ejectus, quia auctoritate senatus socios conjurationis interfecerat.

[c] *Clarissimi consulis*] P. Lentuli. Fasces hoc tempore fracti sunt, sicut anno superiori Gabinii.

[d] *Tribuni plebis*] De Sextio loquitur, qui a gladiatoribus Clodii in foro vulneratus est, quando, voluntate senatus perspecta, causa revocandi Ciceronis ad populum octavo Kal. Febr. fuit delata.

[e] *Sanctissimum corpus*] Corpora tribunorum pleb. sacris legibus sacrosancta habebantur, adeoque ea violare nefas fuit.

[f] *Recesserunt*] Non prætores, sed fortasse e tribunis aliqui recesserunt, quos Cicero non appellat.

[g] *A vestra auctoritate*] Conjungit salutem suam cum auctoritate senatus, et populi dignitate, quia semper cum senatu sensit, et utilitati populi studuit.

consulatus sui fore putavit, si me mihi, si[2] meis, si vobis, si reipublicæ reddidisset. Qui ut est designatus,[3] [h] nunquam dubitavit sententiam de salute mea, se et[4] republica dignam, dicere. Cum a tribuno[5] plebis vetaretur, cum præclarum caput recitaretur, 'Ne quis ad vos[6] referret, ne quis decerneret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret,[i] ne scribendo[7] adesset;' [k] totam illam, ut ante dixi, proscriptionem, non legem putavit, qua civis optime de republica meritus, nominatim,[8] sine judicio,[l] una cum senatu, reipublicæ esset ereptus. Ut vero iniit[9] magistratum, non dicam, quid egit[10] prius, sed quid omnino egit aliud, nisi, ut, me conservato, vestram in posterum dignitatem auctoritatemque sanciret?[11] 9. Dii immortales! quantum mihi beneficium[m] dedisse videmini, quod hoc anno P. Lentulus[12] consul est! quanto majus dedissetis, si superiore

2 Verba *mihi si* in ς desunt.—3 Ante *designatus* Franc. 1. addit *consul.*—4 ς caret *mea, se et.* Pro *se et* in C H S T χ, Dresd. Barb. 2. Ven. 1480. 1483. *et de;* et pro *republica* ς *reipubl. summam.*—5 ψ *tribunis:* in C et T deest. Tum ς *vitaretur,* et Franc. 1. *ne præcl.*—6 T *ad nos,* et mox *decerneretur.*—7 χ *scriberet.* Post *illam* S et nonnullæ edd. vett. addunt *causam;* Naug. Oliv. Lall. *clausulam.* Lambinus conjecit legend. *totam illam rogationem, proscriptionem, ut ante dixi, non legem;* aut, *totam illam legem, proscriptionem, ut ante dixi, non legem;* aut, *totum illud caput, ut ante dixi, proscriptionem, non legem.* In C et ς *præscriptionem.* Verba *putavit ... ereptus* in C desunt.—8 ς *nominatus.*—9 C *Ut non iniit.*—10 C S T χ ψ, Barb. 2. Junt. Græv. Oliv. Lall. *egerit,* probante Heumanno. Pro *prius* ς *plus.* Tum, H, supra lin. *sed quod,* et H ψ *omnino nihil egit.* Pro *nisi ut* in C T χ, Franc. 1. *quam ut;* ed. pr. *quæ ut.* Denique, χ *me conservaret.*—11 χ *sanciretur.*—12 C *Lentulum.* In C T,

NOTÆ

[h] *Qui ut est designatus*] Designati consules in comitiis primi sententiam rogabantur, ita ut qui primus selectus esset, primus diceret.

[i] *Ne pedibus iret*] Inter senatores quidam pedarii dicti sunt, 'qui,' ut refert Gellius, 'non sententiam in senatu dicerent, sed ab aliis dictam moventes se loco approbarent.' Illi autem non curru ut ceteri, sed pedibus veniebant in senatum.

[k] *Ne scribendo adesset*] De scripto aliquando sententia ferebatur, ut in illa Ciceronis causa factum est a Pompeio.

[l] *Sine judicio*] Lege XII. tabularum sancitum est, ne de capite civis, nisi comitiis centuriatis, rogaretur.

[m] *Quantum mihi beneficium*] Deorum in se agnoscit beneficium, quod hoc anno consul fuerit Lentulus, quod longe majus extitisset si superiori factus esset; neque enim tantum a Gabinio et Pisone vulnus seu calamitatem accepisset.

anno fuisset! nec enim eguissem[13] medicina consulari, nisi consulari vulnere concidissem. Audieram ex sapientissimo homine, atque optimo civi[14] et viro, Q. Catulo,[n] non sæpe[15] unum consulem improbum, duos vero nunquam, post Romam conditam, excepto illo Cinnano tempore,[o] fuisse. Quare meam causam semper fore firmissimam, dicere solebat, dum vel unus in republica consul esset.[16] [*p.* 206.] Quod vere dixerat, si illud de duobus consulibus, quod ante in republica non fuerat, perenne ac proprium manere potuisset. 10. Quodsi Q. Metellus illo tempore consul fuisset unicus;[17] dubitatis, quo animo fuerit in me conservando futurus, cum in restituendo auctorem fuisse ascriptoremque[18] [p] videatis? Sed fuerunt duo[19] consules,[q] quorum mentes angustæ, humiles, parvæ,[20] op-

Barb. 2. et Ven. 1480. deest *consul.* Pro *est,* quod Grut. cum edd. seqq. dedit auctoritate plerorumque Pall., *præfuit* habent C H S T χ, Franc. 1. Barb. 2. Ven. 1480. 1483. Junt. et *fuit* Erf. Pal. 9. et nonnullæ edd. vett. cum Wolf. et Orell. Ante *quanto* C S T χ, Franc. 1. Barb. 2. ed. 1472. Junt. Græv. Wolf. Beck. et Orell. addunt *quo.*—13 χ *egissem.* Pro *nisi consulari* in ς *neque.*—14 C H S, Barb. 2. et edd. pleræque ante Lamb. *cive.*—15 In ς deest *sæpe.* Verba *post Romam conditam* omittunt C H S T ς χ, Barb. 2. et edd. ante Grut. cum Wolf. Mox, pro *Cinnano* C et Barb. 2. *Cesonii;* T *Cessonii;* H S *Cesonini;* ς *Censurino;* χ *Resonii;* Ven. 1480. 1483. *Cesonino.*—16 ς caret *esset.* In Franc. 1. Barb. 2. Ven. 1480. 1483. et Manut. legitur *esset consul.* Pro *Quod* Pith. habet *Quam.*—17 Pro *unicus* Dresd. Mss. Lambini, Ms. ap. Manut. habent *inimicus;* C H S T χ, Franc. 1. Barb. 2. Ms. Ursini, et edd. vett. *non inimicus.* In ς *cons. fuisset, in quo fuisset inimicus meus qui me exùlavit.* Garaton. legi maluit *cons. fuisset homo inimicus.* Ern. conjecit *unus* legend.—18 ς *scriptoremque:* χ *ad scriptoremque.* Tum, C *videratis.*—19 Pro *duo* Mss. Lambini et aliquot Pall. *hii* aut *ii,* quod Lamb. monuit e nota numerali *II.* extitisse. Lambinus autem, prob. Heumanno, *consules* deleri jussit.—20 *Pronæ* Mss. ap. Turneb. *parvæ* C T χ,

NOTÆ

[n] *Q. Catulo*] Hic Catulus illius filius fuit, qui cum Mario consul fuit.

[o] *Cinnano tempore*] Cinna et Papirius Carbo, sceleratissimi consules, discordiis et seditionibus rempub. vexarunt. Vide Appian. Tales autem reperti sunt hoc tempore Piso et Gabinius, qui Clodio tribuno plebis rempublicam vendiderunt.

[p] *Auctorem ascriptoremque*] Is Metellus affinis Clodii, Ciceronis fuerat inimicus; verum permotus tum P. Servilii incredibili dicendi gravitate, absens cum M. Tullio rediit in gratiam, atque auctor fuit ut rediret: ascriptor vero, quia senatusconsulto de Cicerone revocando subscripsit.

[q] *Duo consules*] Pisonis et Gabinii mores describit.

pletæ tenebris ac sordibus, nomen ipsum consulatus, splendorem illius honoris, magnitudinem tanti imperii, nec intueri,[1] nec sustinere, nec capere potuerunt: non consules, sed mercatores[r] provinciarum ac venditores vestræ dignitatis.[s] Quorum alter a me Catilinam, amatorem[2] suum,[t] multis audientibus, alter[u] Cethegum, consobrinum,[3] reposcebat: qui me duo sceleratissimi post hominum memoriam, non consules, sed latrones, non modo deseruerunt,[4] in causa præsertim publica et consulari,[5] [x] sed prodiderunt, oppugnarunt, omni auxilio,[6] non solum suo,[y] sed etiam vestro,[z] ceterorumque ordinum, spoliatum esse voluerunt: quorum alter[a] tamen neque me, neque[7] quenquam fefellit. v. 11. Quis enim[8] ullam ullius boni spem haberet in eo, cujus primum tempus ætatis palam fuisset ad omnium libidines[9] divulgatum?[e] qui ne a sanctissima quidem parte

[e] *Expositum.*

Guelf. Barb. 2. Pall. Ms. Ursini, ed. Wald. cum Ern. et Orell. *pravæ* ceteri.—1 H ς, Mss. Lallemandi et Turnebi, cum Lall. Beck. Orell. *tueri.*—2 Pro *amatorem* H *materterum.*—3 *Consobr. suum* ς, Ven. 1480. 1483. Hervag. Manut. Dein, ς *reposcebant.*—4 ς *censuerunt.*—5 C *consularum.*—6 ς *omnino aux.* Mox, idem Ms. *nostro.*—7 C et T *nec me, nec.*

Cap. v. 8 In H et S deest *enim.* Tum, C *illius.*—9 *Ad omnes libid.* C H

NOTÆ

[r] *Mercatores*] Suas provincias a Clodio, salute Ciceronis emerant.

[s] *Venditores vestræ dignitatis*] Non pertinebat ad solos consules, sed ad senatum universum cum illis, provincias decernere.

[t] *Amatorem suum*] Catilinam indicat; nam in oratione pro Domo, 'Catilinæ delicias' Gabinium vocat.

[u] *Alter*] Piso Cethegum reposcebat, cui damnato gula per vindices rerum capitalium fracta est in carcere.

[x] *In causa publica et consulari*] Quod gestum est a Cicerone in conjuratione Catilinæ, pro reipub. salute gestum est: quare ejus defensio maxime pertinebat ad consules, quorum est reipub. et periclitantibus pro causa publica civibus consulere.

[y] *Non solum suo*] His sedentibus, inspectantibus, atque adeo adjuvantibus, Cicero conservator patriæ a sceleratissimo tribuno plebis Clodio in exilium ejectus est.

[z] *Sed etiam vestro*] Dio lib. XXXVIII. tradit, audita lege de Ciceronis exilio, equites in Capitolium tunc convenisse, atque ad consules et senatum misisse legatos non solum e suo ordine, verum etiam senatores duos, Q. Hortensium et C. Curionem, qui pro Cicerone deprecarentur, sed eos a Gabinio fuisse repudiatos.

[a] *Quorum alter*] Gabinium increpat ab anteacta vita.

corporis potuisset hominum impuram intemperantiam [10] propulsare? qui cum suam rem non minus strenue,[11] quam postea publicam [b] confecisset; egestatem et luxuriam [12] domestico lenocinio sustentavit? [13] qui nisi in aram tribunatus confugisset,[c] neque vim prætoris,[d] nec multitudinem [14] creditorum, nec bonorum proscriptionem effugere potuisset. Quo in magistratu nisi rogationem [15] de piratico bello [e] tulisset; profecto egestate [16] et improbitate coactus piraticam ipse fecisset; ac minore quidem cum [17] reipublicæ detrimento, quam quod [18] intra mœnia nefarius hostis, prædoque versatus est: quo inspectante ac sedente, legem tribunus plebis [f] tulit, ne auspiciis obtemperaretur; [g] ne obnuntiare [h] concilio aut comitiis,[i] ne legi intercedere [19]

S T ϛ, Barb. 2. et al. cum Junt. Lamb. Wolf. Beck. Schutz. et Orell.—10 C *intemperationem.*—11 Pro *strenue* ϛ *si sene.*—12 ϛ *egestate*, et Lamb. *luxuriem.* —13 ϛ *sustentatam.*—14 Idem Ms. *multitudine.* Verba *cred. nec bon. proscript.* in C et χ desunt. In T est *creditorum*, reliquis omissis.—15 C H S T ϛ χ ψ, Barb. 2. et edd. ante Manut. *Qui.* Mox, C *rogatione.*—16 H S et edd. nonn. *prof. et egest.* Tum, pro *ipse* χ *ipsam.*—17 *Cum* omittunt C, Franc. 1. Barb. 2. et nonnullæ edd. vett. cum Græv. et Wolf.—18 *Quod* delendum judicavit J. F. Gronov. ad Liv. XXVIII. 43. In uno Ms. Paris. punctis subjectis notata erat ea particula. Weiske censet *quo* legend. Pro *infra* C ha-

NOTÆ

[b] *Postea publicam*] In Syria Gabinius equitatum et cohortes optimas perdidit.

[c] *In aram tribunatus confugisset*] Tribunatum obtinuit Gabinius A. U. C. 686. Metello et Marcio coss. sed ea tantum de causa, ne propter æs alienum quisquam ipsi molestus esset, quod nefas erat magistratibus: quare ait ad tribunatum confugisse quasi ad aram, ad quam qui confugiebant, servabantur.

[d] *Vim prætoris*] Apud prætorem urbanum citabantur qui ære alieno tenebantur.

[e] *De piratico bello*] Bellum piraticum Pompeio commissum est, lata lege a Gabinio.

[f] *Tribunus plebis*] Clodius tribunus plebis tulit, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cœlo servaret, ut omnibus fastis legem ferri liceret.

[g] *Auspiciis obtemperaretur*] Lex Ælia jubebat ut quoties cum populo ageretur, augures de cœlo servarent.

[h] *Obnuntiare*] Obnuntiare augurum fuit, et impedire ne lex statim ferretur, sed in aliud tempus differretur.

[i] *Concilio aut comitiis*] Concilium dicitur, cum pars tantum populi intra civitatem coit, aut legum ferendarum, aut civis judicandi causa: cum vero universus extra civitatem in Campo Martio ad creandos magistratus, comitia dicuntur.

liceret:[k] ut lex Ælia[20] et Fufia[l] ne valerent; quæ nostri majores certissima subsidia[1] reipublicæ contra tribunicios furores esse voluerunt. 12. Idemque postea, cum innumerabilis multitudo bonorum de Capitolio supplex ad eum sordidata venisset,[2] cumque adolescentes nobilissimi,[m] cunctique equites[3] Romani se ad lenonis impurissimi pedes abjecissent; quo vultu cincinnatus[4] ganeo[n] non solum civium lacrymas, verum etiam patriæ preces repudiavit! Neque eo contentus[5] fuit, sed etiam in concionem ascendit,[6] eaque dixit, quæ, si ejus vir Catilina revixisset,[7] dicere non esset ausus: se Nonarum Decembr.[8][o] quæ me consule fuissent,[9] clivique Capitolini[p] pœnas ab equitibus Romanis esse repetiturum: neque solum id dixit, sed quos ei com-

bet *in vestra.*—19 χ ψ *intendere.*—20 S χ *Alia.* Tum, *Fuffia* Franc. 1. *Sufficia* C: *Suffiana* χ: *Fusia* Junt. et Græv. In C et T deest *ne.* Denique, *valeret* C ς χ et edd. nonn.—1 Pro *certissima subsidia* ς *tutissima præsidia.* In C et T deest *reipublicæ.*—2 C *veste venissent.*—3 Pro *cunctique equites* ς *civesque Quirites.* Mox, *len. impudicissimi* H S ς, Erf. Guelf. Gembl. Pal. Ms. Vict. Ms. Lambini, cum Grut. *impudentissimi* Rom. 1480. Ven. 1483. Brix. Tum, C *objecissent.*—4 C S χ, Franc. 1. et ed. pr. *incincinnatus.*—5 Græv. *contentus eo.* Gruter. *eo* omisit.—6 Ms. Vict. *descendit*, unde Gulielm. conjecit *escendit.*—7 ς *revisisset.*—8 *Decembris* Mss. pauci cum Oliv. et Lall.—9 C *fuisset.* Dein, C H S T *clivi* sine copula. Postea, *Capitolii* C: *Capito-*

NOTÆ

k *Intercedere liceret*] Intercedere tribunorum fuit; nam cum lex ferebatur, antequam ferrentur suffragia, vetare poterat tribunus ne ferretur.

l *Lex Ælia et Fufia*] Lex illa Ælia lata est a Q. Ælio consule, ut quoties cum populo ageretur, augures de cœlo servarent; magistratus et obnuntiandi, id est denuntiandi agi per Jovem non licere, et legislationi intercedendi potestatem haberent: nam cum lex ferretur, augures de cœlo servabant: magistratus, si quid observatum erat, quo impediri comitia possent, nuntiabant.

m *Adolescentes nobilissimi*] Dio refert adolescentes numero ad viginti millia sordidatos, deprecatores salutis Ciceronis venisse.

n *Cincinnatus ganeo*] Pungit Gabinium, qui calamistro aut ferro calido tortim et undulatim crines inflexos habebat.

o *Nonarum Decembrium*] Eo die senatusconsultum de plectendis Catilinæ sociis factum est.

p *Clivi Capitolini*] Cum de supplicio conjuratorum ageretur in templo Concordiæ, equester ordo Clivum Capitolinum occupavit, ne quid tumultus a Catilinariis excitaretur contra senatum. Consul autem ille sceleratus respondit se ab equitibus ea de causa pœnas repetiturum.

modum fuit,[f] compellavit:[q] L.[10] vero Lamiam,[r] equitem Romanum, præstanti[11] dignitate hominem, et saluti meæ pro familiaritate, reipublicæ pro fortunis suis,[12] amicissimum, consul imperiosus exire urbe jussit:[s] et cum vos vestem mutandam censuissetis, cunctique mutassetis, atque idem omnes boni jam ante fecissent; ille unguentis oblitus,[t] cum toga prætexta,[u] quam omnes prætores ædilesque tum abjecerant, irrisit squalorem[13] vestrum, et luctum gratissimæ[14] civitatis: fecitque, quod[15] nemo unquam tyrannus,[x] ut, quo minus occulte vestrum[16] malum gemeretis, nihil diceret, ne aperte incommoda patriæ lugeretis, ediceret. VI. 13. Cum vero[17] in Circo Flaminio,[y] non a tribuno plebis consul in concionem, sed a latrone archipirata, productus esset; primum processit, qua auctoritate vir! vini, somni,[18] stupri plenus, madenti coma,[z] compo-

[f] *Quos libuit ei.*

lium ς.—10 χ *Lucium.* Ante *vero* H ς χ addunt *jam.* Tum, in C T χ deest *Lamiam.*—11 Ante *præstanti* C et T addunt *jam.*—12 ς *suum.* Mox, idem Ms. *consulem . . . urbem.* Ante *urbe* edd. nonn. inserunt præpositionem *ex.* Pro *jussit* in C *vixit*, et pro *cum* idem Ms. *eum.*—13 ς *abjicerent, arsit squal.* —14 Edd. nonnullæ *gravissimæ,* et sic Weiske, qui conjecit legend. *gravissime afflictæ civit.*—15 In C et S deest *quod.*—16 ς *nostrum.* In vocab. *nihil* desinit oratio in ς. Heumannus conjecit, *ut qui omnes occulte vestrum malum gemeretis, ne aperte incommoda patriæ lugeretis, eliceret.* Wetzelio etiam locus non sanus videtur. In Dresd. *incommodum patriæ.*

NOTÆ

[q] *Compellavit*] Proprio nomine appellavit, et acerbius increpuit quosdam.

[r] *Lamiam*] Lamia equestris ordinis princeps fuit, qui fortunas amplissimas habebat, et qui fuerat semper reipub. addictissimus. Ab urbe pulsus fuit a Gabinio, quod deprecari ausus esset pro Cicerone.

[s] *Exire urbe jussit*] Abesse jussit, nempe 'millia passuum ducenta,' ut ait in orat. pro Sextio.

[t] *Unguentis oblitus*] Per illa unguenta intelliguntur odores et liquores expressi e floribus, quibus perfusus erat Gabinius.

[u] *Toga prætexta*] De toga prætexta dictum est orat. I. in Verr. § 113. not. hanc autem abjecerant magistratus, ut fit in magna calamitate.

[x] *Unquam tyrannus*] Vetuit ne quisquam gemeret de Cicerone; quod ne vetant quidem tyranni.

[y] *Circo Flaminio*] Circus fuit Romæ, qui Maximus dictus est, ubi ludi exhibebantur et spectacula. Circus autem alius fuit in undecima urbis regione, qui Flaminius dictus est, ubi vitreorum operum officina fuit, in qua pocula fiebant punctis coloratis, quasi gemmis insignita, et crystallinis similia.

[z] *Madenti coma*] Describit Gabinium, quasi hominem mollem et effœ-

sito capillo, gravibus oculis, fluentibus buccis,[a] pressa voce et temulenta; [19] [*p.* 207.] quod in cives indemnatos [b] esset animadversum, id sibi dixit gravis auctor [c] vehementissime displicere. Ubi nobis[20] hæc auctoritas tamdiu tanta latuit? cur in lustris [d] et helluationibus [1] [e] hujus calamistrati [f] saltatoris [g] tam eximia virtus tamdiu cessavit? Nam ille alter Cæsoninus [2] Calventius,[h] ab adolescentia versatus est in foro, cum eum, præter simulatam versutamque [3] tristitiam, nulla res commendaret; non juris studium, non dicendi, non rei militaris, non cognoscendorum hominum, non liberalitas.[4] Quem præteriens cum incultum, horridum,



CAP. VI. 17 C caret *vero.*—18 C *soni.*—19 C et T *tumulenta:* ψ *tremulenta.*—20 C T et Franc. 1. *vobis.*—1 C *cum illustris et helii actionibus:* χ *cum illustris et elii actionibus:* Franc. 1. *cur in lustris et elii concionibus:* Dresd. *cur in lustris et elii actionibus:* Pith. *cur illustris etiam helluonis:* ed. pr. *cur illustris actionibus.* Postea, in H et S deest *tam.*—2 Mss. nonnulli et edd. vett. *Cæsonius:* χ *Censonius.*—3 Mss. plerique et edd. pr. *irritamque:* Pal. 9. *victamque:* Mss. ap. Turneb. Adv. XXXVIII. 17. *mutamque:* Mss. aliquot *fictamque;* unde Grævius conjecit *mimicamque.* Ceteri *versutamque.*—4 In C T χ, Barb. 2. Guelf. et ed. Wald. *non juris . . . liberalitas.* ‘ Antiqua lectio ante Grut. fuit, *non consulis studium, non discendi initia rei militaris non cognoscendorum hom.* In S *non consulis stud. non discendi vitia.* In Erf. *studium non dis-*

NOTÆ

minatum, a coma quam unguentis de more suo delibutam habebat.

[a] *Fluentibus buccis*] Bucca proprie est pars interior genarum, quæ inflari dicuntur ab arrogantibus, qui inde ‘buccones’ appellantur.

[b] *Cives indemnatos*] Designat participes et socios conjurationis Catilinariæ, qui a senatu damnati sunt, et quos indemnatos a Cicerone interfectos malitiose et falso objiciebant.

[c] *Gravis auctor*] Proprie auctores dicuntur illi senatores, qui primi in legibus ferendis ad eas suadendas aut dissuadendas adhibentur.

[d] *In lustris*] Lustra loca sunt abdita, quæ gulæ et aliis ejusmodi vitiis apta sunt. Arguit autem illum, quod tamdiu siluerit illud quod Ciceroni crimen modo objiciebat.

[e] *Helluationibus*] Helluationes sunt profusiones epularum et conviviorum, in quibus patrimonium omne consumitur.

[f] *Calamistrati*] Calamistrum acus ferrea est, qua calefacta capilli intorquentur.

[g] *Saltatoris*] Saltare apud Romanos vitiosum fuit: unde sæpe vitio dat multis Cicero saltavisse.

[h] *Nam ille alter Cæsoninus Calventius*] Jam Pisonem pingere aggreditur, quem omnibus ornamentis carere ait, quibus civis Romanus nobilitari debet. Hunc Calventium appellat a Calventio quodam, homine Gallo, qui venit in Italiam cum filia, quam, receptus in civitatem, Pisoni Cæsonino, hujus Pisonis patri, dedit in conjugem.

mœstumque vidisses; etiamsi agrestem et inhumanum existimares, tamen libidinosum et perditum non putares.[5] 14. Cum hoc homine,[6] an cum stipite Æthiope[i] si in foro constitisses, nihil crederes interesse: sine sensu, sine sapore,[g] elingue,[7] tardum, inhumanum negotium. Cappadocem[k] modo abreptum[8] de grege venalium diceres. Idem domi quam libidinosus![9] quam impurus! quam intemperans! non janua receptis, sed pseudothyro[l] intromissis[10] voluptatibus. Cum vero etiam[11] literis studere incipit, et

[g] *Jucunditate sermonis.*

cendi vitiari militaris. Vocabulo *viciari* alia manus puncta addiderat, et super illud posuerat *non rei.* Dresd. tum priora legit ut olim scribebantur, tum *vitia rei militaris.* Lamb. partim libris vett. adjutus, partim e conjectura, se locum ita restituisse ait, *non consilium, non dicendi facultas, non scientia rei militaris, non stud. cogn. hom.* Ita etiam Ursinus. Turnebus conjecerat, *non consulendi studium, non dicendi:* Hotom. etiam, *non dicendi initia, non rei milit.* Gruterus ita, ut nunc legitur locum edidit e Pal. 9. quocum Franc. 1. et Pith. consentiunt.' *Beck.*—5 *Putasses* H S et Ms. Ursini: *putasti* C χ, Dresd. Franc. 1. Barb. 2. nonn. Pall. et ed. Wald. sic etiam T, sed *sses* superscr. ab alia manu: Erf. *putastis,* sed al. man. *putares.* Edd. pleræque ante Grut. *dubitares.*—6 Pro *hoc homine* C *hæc hodie;* χ *homine.* Pro *an* C T χ *et;* S et edd. ante Lamb. *aut.* Ms. Erf. *cum vel Æthiope stipite;* unde Grævius putat scribendum *cum Æthiope vel stipite,* omisso *si,* quod Wolf. et Beck. deleverunt: Orell. uncis inclusit. Pro *stipite Æthiope* C χ *esope;* S *stipe Ethiope;* T *æsopo;* Franc. 1. *an cum Essopo.* Pith. *an cum stipite si in foro;* Dresd. *et cum exope, si in foro:* Barb. 2. *et cum Esope:* ed. 1472. *an cum Æsopo.* Dein, χ *constitisse.*—7 Ern. e conjectura, cum Weiske et Schutz. *elingue.* Pro *negotium* Junt. et al. *neglectum;* unde Weiske conjecit *elinguem, tardum, inhumanum, neglectum negotium.* Lamb dedit *elinguem, tardum, inhumanum, vecordem, Capp.* Edd. pleræque pos· *negotium* comma tantum ponunt.—8 χ *arreptum;* et sic suprascr. in C' Mox, *venantium* C et Franc. 1. *venarium* χ.—9 Verba *quam libidinosus* in χ desunt.—10 C T, Franc. 1. Dresd. et ed. pr. *non manere cœptis* (aut *ceptis*), *sed porro intermissis:* S *non navare ceptis, sed porro intermissis:* ψ *non manere ceptis porro intermissis:* H *non in avare cœptis sed porro intermissis;* et sic edd. ante Naug.—11 In C H S T χ deest *etiam.* Tum, χ, Barb. 2. ed. 1472.

NOTÆ

[i] *Stipite Æthiope*] Per stipitem, stupiditatem hominis notat; per Æthiopem, deformitatem; cum ille Piso subnigro esset colore: unde ait in orat. contra eum, irrepsisse ad honores 'commendatione fumosarum imaginum, quarum nihil habes præter colorem.'

[k] *Cappadocem*] Cappadox servus venalis dicebatur, cui similis potius quam homini liberali videbatur. Porro multi ex Æthiopia Romam vendendi mittebantur.

[l] *Pseudothyro*] Pseudothyron posticum est ostium, sed in posteriore tantum ædium parte. Vult autem indicare non aperte Pisonem libidinibus, sed occulte se dedisse.

belluo immanis[12] cum Græculis[m] philosophari, tum est Epicureus,[13] non penitus illi disciplinæ, quæcumque est,[n] deditus, sed captus uno verbo voluptatis. Habet autem magistros non ex istis ineptis,[o] qui dies totos de officio ac de virtute disserunt,[14] qui ad laborem, ad industriam, ad pericula pro patria subeunda adhortantur;[15] sed eos, qui disputent, horam nullam vacuam voluptate esse debere; in omni parte corporis semper[16] oportere aliquod gaudium delectationemque versari. 15. His utitur quasi præfectis libidinum suarum: hi voluptates omnes vestigant[17] atque odorantur: hi sunt conditores instructoresque[18] convivii: iidem expendunt atque æstimant voluptates, sententiamque dicunt, et judicant, quantum cuique[19] libidini tribuendum esse videatur. Horum ille artibus eruditus, ita contemsit hanc pudentissimam[20] civitatem, ut omnes suas libidines, omnia flagitia latere posse arbitraretur, si modo vultum importunum[1] in forum detulisset. VII. Is me, (quanquam me quidem non; cognoram enim, propter Pisonum affinitatem,[2] [p] quam longe hunc[q] ab hoc genere cognatio ma-

Ven. 1483. *literas.* Postea, C *incipis:* Colin. *incepit:* χ *cœperit.*—12 In C χ, Franc. 1. Barb. 2. et ed. 1472. desunt verba *helluo immanis.* Dresd. *belluus imm.* Erf. *helluus imm.* ubi quis superscripserat, ‘vel *beluam.*’ Lambinus, quia in Ms. invenit *bellus,* reposuit *bellua.*—13 χ et ed. 1472. *Epicurus.* Mox, Franc. 1. *ulli disc.*—14 C et χ *dixerunt.*—15 H *adhortentur:* T et Lamb. *cohortantur.* Tum, *disputant* T, Guelf. ed. Wald. 1480. Junt. Lamb.—16 C *sepe.*—17 C T χ, Franc. 1. Barb. 2. ed. 1472. *investigant.* Dein, H S, Dresd. *adorant:* ed. Med. *odorunt.*—18 H *structoresque,* prob. Orell. Mox, C *hidem,* et C H S, ed. 1472. *extimant.*—19 C *quantumque.*—20 C H S χ, Junt. Lamb. Schutz. et Orell. *prudentissimam.*—1 Franc. 1. *importunissimum.*

CAP. VII. 2 ‘*Is me, &c.*] Non præstiterim hunc locum sic, ut Gruterus

NOTÆ

[m] *Cum Græculis*] Per Græculos intelligit philosophos, qui sua tantum adulatione et garrulitate celebres sunt.

[n] *Quæcumque est*] Ait inter varia Epicureorum dogmata quædam optima fuisse, nec aliena a philosophiæ sanctitate; sed ea duntaxat amplexum fuisse, quæ ad voluptatem pertinebant.

[o] *Ex istis ineptis*] Ironice loquitur, et Pisonem quasi loquentem inducit, qui ineptos philosophos, qui de virtute disputabant; at præstantissimos habebat, qui omnia ad voluptatem corporis referebant, quos hic mirifice describit.

[p] *Propter Pisonum affinitatem*] Ostendit Cicero, Pisonis mores primum non agnovisse, licet ei fuisset affinis;

terna Transalpini sanguinis abstulisset) sed vos, populumque Romanum, non consilio, neque eloquentia, quod in multis sæpe accidit, sed rugis supercilioque decepit. 16. L. Piso, tune ausus es [r] isto oculo, non dicam isto animo, ista fronte, non vita, tanto supercilio,[3] (non enim possum dicere, tantis rebus[4] gestis) cum A.[5] Gabinio consociare consilia pestis [h] meæ? Non te illius unguentorum odor,[6] non vini anhelitus, non frons calamistri notata[7] vestigiis, in eam cogitationem[8] adducebat, ut, cum illius re similis fuisses,[9] frontis tibi integumento ad occultanda tanta fla-

[h] *Perditionis.*

constituit, fuisse a Ciceronis manu: sed libri ita variant, ut hic nil certi sit. Itaque sic reliqui. Grævius edidit sic, *Is me quidem minime; cognoram enim pr. Pis. affinitatem: quanquam longe hunc, &c.* quod mihi non placet; certe non *quanquam*, quod nullo modo verum esse potest.' *Ern.* 'Gruterus ita edidit e Mss. Pall. quibuscum S. Vict. fecit. Vetustissima lectio fuit. *Is me quanquam equidem* (et ita H χ ψ, Barb. 2. in C S T *quanquam quidem:* Franc. 1. *Is nunc me, quanquam equidem*) *non cognoveram* (aut *cognitoram*, ut Mss.) *eum* (ita Franc. 1. Barb. 2. utraque Ven. ex C H S T χ ψ affertur *cum*, nescio quam recte) *propt. Pis. aff.* Deinde vulgatum est, *Is non me, quanquam equidem non cognoram eum propt. &c.* Lambinus edidit *Is non me; namque equidem cognoram propt.* In Pith. fuit, *sed me, quanquam minime non cognoscatur a me propt. Pis. aff., quanquam longe hunc ab hoc gen. cogn.* Inde fluxit Græviana scriptura, quam in ordinem receperunt Lallem. et ex parte Weiske. Grævius docuit in Erf. esse, *Is me, quanquam equidem non cognora propter, &c.* sed aliam manum *e* in *equidem* notasse puncto, et ascripsisse *minime:* in *cognora* autem similiter ultimam syllabam punctis notasse, et ascripsisse *cognoscantur a me.* Heumann. edidit, '*Is non me, quanquam equidem non cognoram eum propt. . . . quam longe hinc, &c.* sed in nota emendat, *Is non me, quem equidem cogn. pr. Pis. aff. quam longe* (omissa partic. *hinc*) *ab hoc gen. &c.* ut sit, *quem quam longe . . . abstulisset, cognoram.*' Beck. Pro *Pisonum* in ψ *Pisonis.* Tum, edd. nonnullæ *quem longe.* Pro *hunc* Erf. *sed hunc;* C H S T ψ *hinc;* χ *huic.* Postea, C χ *cognitio.* Grævius maluit *contagio.*—3 In Pith. deest *supercilio.* —4 Omnes Mss. et edd. vett. cum Weiske et Beck. omittunt *rebus*, quod Orell. uncis inclusit.—5 Prænomen sex Oxonn. Mss. omittunt. Præterea in C T χ legitur *Gabino.*—6 C *odorum.* Pro *vini* in χ *vim.*—7 Nonnulli Pall. et ed. Junt. *torta:* Ven. 1483. et Lugd. *intorta*, prob. Gulielmio: Pal. 9. *non otata.* In Ven. 1480. *calamistrinis torta.*—8 C H S ψ, Barb. 2. et edd. vett.

NOTÆ

quia C. Pisoni filiam suam collocaverat.

[q] *Longe hunc*] Maternum genus trahebat e Gallia, et cum eo Gallicos mores assumserat hic Piso consul; quia, ut superius diximus, pater ejus nupserat Calventii filiæ, qui e Gallia Romam venerat.

[r] *Tune ausus es*] Insectatur Pisonem, quod hac severitatis specie usus sit ad societatem, de perdendo Cicerone, cum Gabinio faciendam.

gitia diutius uti non liceret? Cum hoc tu [10] coire ausus es, ut consularem dignitatem, ut reipublicæ statum, ut senatus auctoritatem, ut civis optime meriti fortunas provinciarum fœdere addiceres? Te consule, tuis edictis et imperiis, senatui populoque Romano non est licitum, non modo sententiis atque [11] auctoritate sua, sed ne luctu quidem ac vestitu reipublicæ subvenire.[s] 17. Capuæne te putabas,[12] in qua urbe domicilium quondam superbiæ [t] fuit, consulem esse [u] (sicut eras eo tempore), an Romæ, in qua [13] civitate omnes ante vos consules senatui paruerunt? Tu es ausus, in Circo Flaminio productus,[x] cum tuo illo pari [14] dicere, te semper misericordem fuisse? quo verbo senatum,[y] atque omnes bonos tum,[15] cum a patria pestem depellerent, crudeles demonstrabas [16] fuisse. [*p.* 208.] Tu misericors me, affinem tuum, quem [17] comitiis tuis, præro-

cognitionem.—9 χ *rei,* et C *simul fuisses.*—10 E Ms. Pith. *tu* addidit Græv. quem Ern. Weiske, Beck. Schutz. et Orell. secuti sunt. Ceteri omittunt.—10 In C *fœdera.*—11 A Pith. abest *atque,* pro quo alii, teste Heumanno, habent *neque.* Tum pro *luctu* Græv. e Ms. Pith. edidit *vultu,* ut in Erf. superscr.—12 χ *Capuæ ne reputabas.*—13 Naug. *consulem esse, an Romæ, sicut eras eo tempore, in qua, &c.* Pro *an* C et ψ *anne;* et pro *civitate* χ *urbe.* Tum, χ *ante nos,* et C *paraverunt.*—14 Pith. *pare.*—15 *Tum* deest in Ven. 1480. 1483. Med. Hervag. Postea, *expellerent* nonnullæ edd. vett. *depulissent* Lamb. et al. *depulissem* Mss. nonnulli cum Grut. Græv. Oliv. Lall. *depellerent* Heumann. Ern. Wolf. Weiske, Beck. Schutz. et Orell. Verba *tum . . . depellerent,* ut valde suspecta, Beck. uncis includunt; et absunt a C H S T χ, Franc. 1. Dresd. Guelf. Barb. 2. et ed. Wald.—16 C *demonstrabis.*—17 In χ

NOTÆ

[s] *Vestitu subvenire*] Impedivit cum Gabinio, ne senatus suis edictis et luctu reipub. laboranti subveniret, quando edixerunt illi ut senatores, qui pro salute Ciceronis vestem mutaverant, ad vestitum redirent.

[t] *Domicilium superbiæ*] Capua, de qua jam dictum est in Agraria II. § 73. inter maximas urbes cum Roma et Carthagine numerata fuit.

[u] *Consulem esse*] Capuæ duumvir erat Piso, putabatque sibi eodem modo consulatum gerendum esse, sicut eo tempore illum Capuæ gerebat. Capuæ autem se consulem, licet duumvir tantum esset, nominabat.

[x] *Productus*] A Clodio tribuno plebis productus cum Gabinio in concionem, dixit se semper misericordem fuisse erga cives.

[y] *Quo verbo senatum*] Ostendit Pisonis crudelitatem, qui se misericordem prædicabat; 1. quod senatum arguat crudelitatis, quia in conjuratos animadverterat; 2. quod se affinem suum inimicis suis tradiderit.

gativæ[z] primum custodem[a] præfeceras, quem Kalendis Jan. tertio loco sententiam rogaras,[18] constrictum inimicis reipublicæ tradidisti: tu meum generum, propinquum tuum; tu affinem tuam, filiam meam, superbissimis et crudelissimis[19] verbis a genibus tuis repulisti: idemque tu, clementia ac misericordia[20] singulari, cum ego una cum republica non tribunicio, sed consulari ictu concidissem, tanto scelere, tantaque intemperantia fuisti, ut ne unam quidem horam interesse paterere inter meam pestem et tuam prædam;[b] saltem dum conticesceret[1] illa lamentatio et gemitus urbis.[c] 18. Nondum palam factum erat occidisse[2] rempublicam, cum tibi arbitria[i] funeris solvebantur. Uno eodemque tempore domus mea diripiebatur, ardebat,[3] bona ad vicinum consulem de Palatio,[d] de Tusculano[e] ad item[4]

[i] *Præmia.*

deest *quem.* Dein, *tuis comitiis* e Pith. et Erf. dederunt Græv. et Orell. *comitiis tuis* Ern. Beck. et Schutz. *Tuis*, quod ceteri omittunt, Beck. uncis inclusit.—18 *Rogabas* C χ ψ, Erf. Franc. Barb. 2. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. Mox, Franc. 1. *reipublicæ inimicis*, et C *tradidistis.*—19 Verba *et crudelissimis* in C desunt. Mox, idem *a gentibus tuis.*—20 H *clem. et dignitate ac mis.*—1 χ *consentisceret.* Tum C *gemitibus urbis.* In H et S deest *urbis.*—2 Mss. pauci et edd. ante Lamb. *concidisse.* Mox, *arbitraria* C H χ, Grut.—3 χ *ardebant.* Tum, C *vicinium.*—4 In C χ Franc. 1. Dresd. Barb. 2. ed.

NOTÆ

[z] *Prærogativæ*] Ex Asconio Pædiano, 'prærogativæ sunt tribus, quæ primæ suffragium ferunt ante jure vocatas: mos enim fuerat, quo facilius in comitiis concordia populi firmaretur, bina de iisdem candidatis comitia fieri, quorum tribus primæ prærogativæ dicebantur, quod primo rogarentur quos vellent consules fieri: secundæ jure vocatæ, quod in his sequente populo, ut sæpe contigit, prærogativarum voluntatem, jure omina complerentur.' Prærogativæ autem distinguebantur ab aliis tribubus, quod sortitione et quasi divina voluntate legerentur, quæ primæ omnium suffragium ferrent.

[a] *Primum custodem*] Custos dicebatur qui numerum suffragiorum custodiebat, quæ in gratiam candidatorum data erant a prærogativa tribu.

[b] *Inter meam pestem et tuam prædam*] Statim atque Clodius rogationem de exilio Ciceronis tulit; aliam quoque tulit de provinciis, Macedonia videlicet Pisoni, et Syria Gabinio danda.

[c] *Gemitus urbis*] Tota respub. doluit de exilio Ciceronis, ut patet ex supplicationibus quæ in ejus gratiam factæ sunt.

[d] *De Palatio*] Cicero domum habebat in Palatio, quæ olim ad Crassum pertinuerat. Et hæc vicina fuit Pisonis, ad quam bona Ciceronis deferebantur.

[e] *De Tusculano*] In Tusculano villam habuit Cicero, ubi etiam Gabinius

vicinum alterum consulem deferebantur: cum, iisdem [5] operis suffragium ferentibus, eodem gladiatore latore,[f] vacuo non modo [g] a bonis, sed etiam [6] a liberis, atque inani foro, ignaro populo Romano quid ageretur, senatu vero oppresso et afflicto, duobus impiis nefariisque consulibus, ærarium,[h] provinciæ, legiones, imperia donabantur.

VIII. Horum consulum ruinas vos consules [7] [i] vestra virtute fulsistis, summa tribunorum plebis prætorumque fide et diligentia sublevati. 19. Quid ego de præstantissimo viro, T. Annio,[k] dicam? aut quis de tali cive satis digne unquam loquetur? [8] qui cum videret, sceleratum civem, aut domesticum potius hostem, si legibus uti liceret, judicio esse frangendum; sin [9] ipsa judicia vis impediret ac tolleret, audaciam virtute, furorem fortitudine,[10] temeritatem

1472. deest *item.*—5 *Hisdem* C: *idem* χ. Dein, C H χ *operi.*—6 C et χ omittunt *etiam.*

CAP. VIII. 7 χ *consule.* Pro *fulsistis* H in marg. habet *sustulistis.* Tum, *summaque* C T χ, Erf. Franc. 1. Dresd. Postea, C H S T χ, Erf. Franc. 1. omittunt *plebis.* Denique, *sublevastis* Erf. Franc. 1. Barb. 2. et edd. Manutt. —8 Franc. 1. *de tali cive digne unq. loquitur.*—9 Pro *sin* C T χ, Dresd. habent *ne;* H S *ni;* ψ *ne in;* Franc. 1. *sin si.* Tum, C *imp. aut toll.*—10 χ *forti-*

NOTÆ

magnificam postea exstruxit.

[f] *Latore*] Opera Clodii, qui gladiatores comparaverat, pariter bona reipub. et provinciæ iisdem consulibus deferebantur.

[g] *Vacuo non modo*] Interim dum hæc agebantur a Clodio, vacuum erat forum viris bonis, quia nemo se opponere ejus furoribus audebat.

[h] *Ærarium*] Cum Clodius legem tulit de provinciis his coss. decernendis, tulit quoque ut pecunia ex ærario illis daretur ad administrandas provincias, quam postea partitum cum illis fuisse sequenti oratione dicet.

[i] *Vos consules*] Lentulus et Metellus tunc consules illatas a superioribus consulibus reipubl. ruinas repararunt.

[k] *T. Annio*] Milo tribunus unice revocando Ciceroni studuit. Cum autem lex de ejus reditu ferenda esset ad populum, Clodius, acceptis a fratre gladiatoribus, impetum fecit in multitudinem, multosque vulneravit; Milonis et Ciceronis domum incendere conatus est: qua de causa Milo Clodium de vi reum fecit, quod ipsius domum oppugnasset, ut patet ex Dione lib. XXXIX. sed consules, prætor, et tribunus plebis edicta proposuerunt, ne reus adesset: quare Milo cum vidisset sublata esse judicia, gladiatores emit, a quibus Clodii furores compressi sunt, atque ita lata lex est de Cicerone revocando.

consilio, manum manu, vim vi esse superandam; primo de vi postulavit. Posteaquam[11] ab eodem judicia sublata esse vidit; ne ille omnia vi posset efficere, curavit: qui docuit, neque tecta, neque templa, neque forum,[12] neque curiam, sine summa virtute, ac maximis opibus[13] et copiis ab intestino latrocinio posse defendi: qui primus, post meum discessum, metum bonis, spem audacibus,[14] timorem huic ordini, servitutem depulit civitati. 20. Quam[15] rationem pari virtute, animo, fide, P. Sextius secutus, pro mea salute, pro vestra auctoritate, pro statu civitatis, nullas sibi inimicitias, nullam vim, nullos impetus, nullum vitæ[16] discrimen vitandum unquam putavit: qui causam senatus, exagitatam[17] concionibus improborum, sic sua diligentia multitudini commendavit, ut nihil tam populāre quam vestrum[18] nomen, nihil tam omnibus carum aliquando quam vestra auctoritas videretur: qui me cum omnibus rebus, quibus[19] tribunus plebis potuit, defendit, tum reliquis officiis, juxta[20] ac si meus frater esset, sustentavit: cujus ego clientibus,[l 1] libertis,[m] familia, copiis, literis ita sum sustentatus, ut meæ calamitatis[2] non adjutor solum, verum etiam socius videretur. 21. Jam ceterorum[3] officia, studiaque vidistis: quam cupidus mei C. Cestilius,[4] quam studiosus

tudinem. Pro *manum manu, vim vi* Erf. Pith. Gembl. et aliquot Pall. habent *manum copiis.* Gulielm. conjecit *vim viribus.* In T deest *vim.*—11 C T χ *Postquam.*—12 C *nec forum.* Tum, C H T *nec cur.*—13 C *operibus.* Mox, C *possem def.* Paulo post, C *primum.*—14 Verba *spem audacibus* omittunt C T χ, Barb. 2. Franc. 1. Dresd. *audacibus* tantum legitur in ψ, Pith. et ed. 1472. *et audacibus* habent H S, Ven. 1480. 1483. *spem etiam audacibus* Erf. *spem audacibus* e Pal. 9. dedit Grut. cum edd. seqq. *metum a bonis, tim. ab hoc ordine, serv. dep. a civitate* e conjectura edidit Lamb.—15 In T superscr. *Quem.* —16 In C T χ deest *vitæ.*—17 C *senatu,* et χ *agitatam.* Pro *concionibus* χ *contemptionibus;* C *conceptionibus;* Pith. *cogitationibus;* Dresd. et Franc. 1. *contentionibus.* Tum, C *sicut sua dil.*—18 C *nostri.*—19 In C deest *quibus.*—20 Pro *juxta* Franc. 1. habet *non aliter.*—1 χ *clientulis.*—2 C *ut non ex calamitatibus.*—3 C H S T χ *cetera.* Tum, *officii* χ, Guelf. et *studia* Guelf. Pith. Dresd. Barb. 2. Ms. Lamb. ed. 1472. et Grut.—4 χ et Dresd. *Testilius:* Erf.

NOTÆ

[l] *Clientibus*] De his dictum est pro Rosc. Amer. § 19. not.

[m] *Libertis*] De his in orat. eadem, not.

vestri, quam non varius fuerit in causa. Quid M. Cispius?[5] [n] cui ego ipsi, parenti, fratrique ejus, sentio quantum debeam; qui, cum a me[6] voluntas eorum in privato judicio esset offensa, publici mei beneficii memoria privatam offensionem obliteraverunt.[k] [7] Jam T. Fadius, qui mihi quæstor fuit, M' Curtius,[8] [o] cujus ego patri quæstor[9] fui, studio, amore, animo, huic necessitudini non defuerunt. Multa de me C. Messius,[10] [p] et amicitiæ et reipublicæ causa, dixit: legem separatim[11] initio de salute mea promulgavit. 22. Q. Fabricius,[12] [q] si, quæ de me agere conatus est, ea contra vim et ferrum perficere potuisset; [*p*. 209.] mense Januario nostrum[13] statum recuperassemus: quem ad salutem meam voluntas impulit,[14] vis retardavit, auctoritas vestra revocavit. IX. Jam vero prætores quo animo in

[k] *Deleverunt.*

Cestillius: Manut. *Sestilius,* unde Lamb. fecit *Sextilius.*—5 C S T χ, Barb. 2. et edd. vett. nonnullæ *Mosopius:* H *M. Osopius:* Ms. Lamb. *Molpius,* unde quidam conjecerunt *M. Olbius.* In Pall. plerisque *M. Opsius* aut *Mopsius.* Pro *cui* C et χ habent *cur.*—6 Pro *a me* C H S T, Franc. 1. Dresd. Barb. 2. *mihi;* Ven. 1480. 1483. *mea.* Mox, Erf. *publicis meis beneficiis.* Pro *beneficii* C *officii.*—7 C T χ, Dresd. Barb. 2. ed. 1472. et Ven. 1480. *obliteravit.* Dein, edd. pr. *Fabius.*—8 *M' Curius* C χ ψ, Lamb. Græv. Wolff. Beck. et Orell. *M. Curius* Franc. 1. Dresd. Barb. 2. Ven. 1480. et Schutz. *M' Curtius* H S T, Grut. Oliv. Lall. *M' Curcius* Erf. *M. Curtius* alii.—9 Pith. *quæstor patri.* In χ deest *fui.*—10 S, Junt. Lamb. *C. Messinius.* Ursinus legi maluit *C. Mescinius.*—11 Ven. 1483. *spatiatim:* H S, Dresd. Franc. 1. Erf. Pall. edd. Rom. Brix. Med. Junt. Ald. Græv. *speciatim.* Verba *Multa de me . . . promulgavit* non sunt in C T χ, Barb. ed. Wald. 1480.—12 C *Fabius.*—13 H ψ, Pith. Barb. ed. 1472. *vestrum.* Tum, Pith. *recuperasse si:* H S T χ ψ, Franc. 1. Dresd. Barb. 2. Ven. 1480. 1483. *recuperassem:* unde Garaton. conjecit *veterem statum recuperassem.*—14 χ *implevit.* Dein, C *auct. nostra.*

NOTÆ

[n] *M. Cispius* [*Mosopius*] Alii legunt *Q. M. Cippius.* Alienus hic erat a Cicerone propter judicium in quo judex additus fuerat.

[o] *M' Curtius*] Difficile est conjecturam facere quando et ubi Cicero huic Curtio quæstor fuerit, cum non appareat aut hunc unquam consulem, aut prætorem fuisse in aliqua provincia, sed tantum tribunum eo anno quo Cicero revocatus est ab exilio.

[p] *C. Messius* [*C. Messinius*] Messinius unus e tribunis fuit qui eodem anno creati sunt.

[q] *Q. Fabricius*] Fabricius tribunus plebis rostra summo mane occupavit, ut de Cicerone ageret cum populo, sed a Clodio prohibitus est.

me fuerint,[15] vos existimare potuistis, cum L. Cæcilius[16 r] privatim me suis omnibus copiis studuerit sustentare; publice promulgarit de mea salute cum collegis pæne omnibus;[s] direptoribus autem[17] meorum bonorum in jus adeundi potestatem non fecerit.[t] M. autem Calidius[u] statim, designatus, sententia sua, quam esset cara sibi mea salus, declaravit. 23. Omnia officia C. Septimii,[x] Q. Valerii, P. Crassi, Sex. Quintilii, C. Cornuti,[18] summa et in me, et in rempublicam constiterunt.[l]

Quæ cum libenter commemoro, tum non invitus nonnullorum in me[19] nefarie commissa prætereo. Non est mei temporis injurias meminisse; quas ego etiamsi ulcisci[20] possem, tamen oblivisci mallem. Alio transferenda mea tota vita est, ut bene[1] de me meritis referam gratiam, amicitias igne perspectas tuear,[2] cum apertis hostibus bellum geram, timidis amicis ignoscam, proditoribus meis non indicem dolorem profectionis meæ, defensores reditus dig-

[l] *Fuerunt.*

Cap. ix. 15 χ *quo an. nunc fuerint:* Dresd. *quo an. in me nunc fuerint.*—16 C *Exilius.* Mox, pro *copiis* edd. nonnullæ *studiis.*—17 C *aut.*—18 Idem *fecerint.* Mox, χ *Callidus:* ψ *Cladius.*—18 χ *Cornicii*, et paulo post *astiterunt.*—19 C χ *Quæ cum memorata nominentur nonnullorum in me, &c.* H *Quæ cum libenter commemorem non ingratus; nemo enim gratiarum immemor est gratus inventus nonnullorum in me, &c.* In Franc. 1. Dresd. et ed. 1472. *Quæ cum commemorata nominentur nonnullorum in me, &c.* in Franc. tamen Ms. est *libenter*, sed al. manus ascripserat, ‘Al. *quæ cum libenter commemorem, nonnullorum.*’ In aliis Mss., teste Grævio, legitur, *Quæ cum libenter commemoro, nemo enim gratiarum immemor, est gratus inventus, tum non invitus, nonnullorum in me, &c.*—20 C *quas si ego ulc.* χ *quas ego si ulc.* In Franc. 1. Dresd. Barb. 2. ed. 1472. Ven. 1480. deest *etiam.*—1 C *ut ut bene.*—2 Verba *amic. igne persp. tuear* non agnoscunt C H S T χ, Barb. 2. et edd. ante Grut. Pro *igne* in Erf.

NOTÆ

[r] *L. Cæcilius*] Prætor urbanus Cæcilius tunc temporis erat.

[s] *Collegis pæne omnibus*] Omnes prætores de Cicerone revocando promulgarunt; sed unus exceptus est, Appius Claudius, Pub. Clodii frater.

[t] *In jus adeundi potestatem non fecerit*] Non dedit ille potestatem de bonis Ciceronis veniendi in judicium. Nam penes erat prætorem urbanum judices dare, vel denegare: credibile videtur de bonis Ciceronis fuisse controversiam.

[u] *Calidius*] Calidius orator optimus fuit, de quo in Bruto; qui tum prætor erat.

[x] *Septimii, &c.*] Hi omnes prætores fuerunt.

nitate consoler.[3] 24. Quodsi mihi nullum aliud[4] esset officium in omni vita reliquum, nisi ut erga duces ipsos, et principes, atque auctores salutis meæ, satis gratus judicarer;[5] tamen exiguum reliquæ vitæ tempus non modo ad referendam, verum etiam ad commemorandam gratiam mihi relictum putarem. Quando enim ego huic homini[y] ac liberis ejus, quando omnes mei gratiam referent?[6] quæ memoria, quæ vis ingenii, quæ magnitudo observantiæ, tot tantisque beneficiis respondere poterit? qui mihi primus[7] afflicto et jacenti consularem fidem[m] dextramque porrexit; qui me a morte ad vitam, a desperatione ad spem, ab exitio ad salutem revocavit;[8] qui tanto amore in me, studio in rempublicam, fuit, ut excogitaret, quemadmodum calamitatem meam non modo levaret, sed etiam honestaret. Quid enim magnificentius, quid præclarius mihi[9] accidere potuit, quam quod, illo petente,[10] vos decrevistis, ut cuncti ex omni Italia, qui rempublicam salvam vellent, ad me unum, hominem fractum et prope[11] dissipatum,[n] restituendum et defendendum venirent? ut, qua voce ter omnino post[12] Romam conditam[z] consul usus esset pro universa republica apud

[m] *Præsidium.* [n] *Perditum.*

et Pal. 9. *digne;* Ms. Vict. *segni;* Pith. *dignas.*—3 Erf. Pal. 1. 9. Franc. 1. Dresd. Guelf. Barb. 2. duo Pariss. ed. 1472. Manut. Græv. Lall. *proditores non indicem, dolorem profectionis meæ reditus dignitate cons.* χ, Pal. 4. 8. et Ms. Hotomanni *proditores non vindicem:* C H S T χ ψ *proditores* (sine pronomine) et C T ψ *judicem.* Heumann. edidit *proditores meos non indicem; dol. prof. meæ red. dign. cons.* sed idem verba *prod. meis non indicem* spuria censet. In C H T χ, Pith. deest *defensores.* Tum, C *dignitatem.* Ceteri ut Ern.—4 C T χ omittunt *aliud.* Dein, C *reliqua.*—5 C *judicare:* χ *recusarer.* Postea, Pith. *reliquum.*—6 C *grati referrent:* χ *gratia referent.*—7 Alii *primus mihi.* Mox, H *consulares.*—8 C T χ ψ *vocavit.* Pro *qui tanto* C H S T χ ψ *quanto.*—9 χ caret *mihi.*—10 H *nullo pet.* Græv. e Ms. Pith. *illo referente:* Ms. Lamb. *illo suffragium ferente.*—11 χ *vel prope.* In Pith. desunt verba *et defendendum.*—12 C H S T χ, Franc. 1. Dresd. et plerique alii Mss. atque edd. vett. *qua*

NOTÆ

[y] *Huic homini*] De Lentulo loquitur, qui consul sedebat, et quem nutu vel gestu demonstravit.

[z] *Voce ter omnino post Romam conditam*] In more positum fuit apud Romanos, ut quotiescunque respub. graviter periclitaretur, consul diceret ex senatusconsulto, 'Qui rempub. salvam esse vult, me sequatur.' Id autem tantum ter ante hunc Ciceronis reditum dictum fuerat: 1. Publicola consule, cum App. Herdonius noctu

eos solum, qui ejus vocem exaudire possent; eadem voce senatus omnibus agris atque oppidis,[13] cives totamque Italiam ad unius salutem defendendam excitaret. X. 25. Quid ego gloriosius meis posteris potui relinquere, quam hoc senatum judicasse,[14] qui civis me non defendisset, eum rempublicam salvam noluisse? Itaque tantum vestra auctoritas, tantum eximia consulis[15] dignitas valuit, ut dedecus et flagitium[16] se committere putaret, si quis[17] non veniret. Idemque consul, cum illa incredibilis multitudo Romam, et pæne Italia[18] ipsa venisset, vos frequentissimos in Capitolium convocavit. Quo tempore quantam vim naturæ bonitas haberet,[19] aut vera nobilitas, intelligere potuistis: nam Q. Metellus, et[20] inimicus, et frater inimici,[a] perspecta[1] vestra voluntate, omnia privata odia deposuit; quem P. Servilius,[b] vir cum clarissimus,[2] tum vero opti-

voce te, Romule, post, &c. Ubaldinus Bandinellus correxit *qua voce antea semel post, &c.* prob. Manut. In duobus Mss. Lambini *qua voce semel omnino post, &c.* Ceteri ut Ern. Vid. Nott. Varr. Postea, pro *usus* in Pith. *visus.*—13 Post *oppidis* H S et Ven. 1483. addunt *vicis.* Postea inde a Naug. usque ad Grut. editum est, *sen. omnibus agris, vicis atque oppidis:* sed Gruter. delevit vocab. *vicis*, quod nec in suis Mss. reperit, nec est in Barb. atque ed. Ven. 1480. In Ms. Pith. *sen. omnis ex omnibus agr. atque opp. cives:* unde Græv. et Lall. dederunt *sen. omnis omnibus agr. &c.* Ceteri ut Ern.

Cap. x. 14 χ *indicasse.* Dein, pro *eum* in C T χ *cum*, et pro *noluisse* Heumann. conjecit *nolle* legend.—15 χ *nostra auct., tantum eximii cons.*—16 ψ, Pal. 9. Pith. cum Grut. et edd. seqq. præter Weiske *ut dedecus et flag.* In Ms. Vict. *ut deus flag.* Pal. 2. Erf. *ut reus flag.* sed in Erf. superscr. manu antiqua, 'vel *dedecus.*' A Naugerio inde usque ad Grut. editum est, *ut omne is flag.* et sic Weiske. In C H S T legitur *ut omne flag.* χ, Barb. 2. Ven. 1480. 1483. *ut omnis flag.* Hervag. *ut omnes his flag.* Franc. 1. *ut omnes se flag. comm. putarent*, et Ant. Augustinus conjecit *ut omnes flag. se comm. putarent*, ut habet Ms. Ursini.—17 C S T χ, Barb. 2. Beck. et Orell. *si qui.* Tum, S *venirent:* Pith. *venissent*, prob. Heumanno.—18 H *Italiam.*—19 Franc. 1. Hervag. Naug. Manut. Lamb. *vim haberet vera bonitas.* Ante *vera nob.* Erf. addit copulam *et.*—20 C, Pith. Dresd. omittunt copulam ante *inimicus.*—1 C

NOTÆ

Capitolium et arcem cum exulibus et servis occupavit; 2. L. Opimio, qui Gracchum; 3. C. Mario, qui Saturninum tribunum plebis et Glauciam prætorem interfecit. Hæc quidem verba solennia a consulibus apud præsentes pronuntiabantur. At eadem a toto senatu ad absentes per totam Italiam mittebantur.

[a] *Frater inimici*] Clodium designat, quia Publ. Clodius Cæciliæ filius erat, quæ hujus Metelli amita fuerat. Unde oratorie potius quam vere frater appellatur.

[b] *P. Servilius*] Servilius ille Isauricus dictus est a domitis Isauris in

mus, mihique amicissimus, et auctoritatis,[3] et orationis suæ divina quadam gravitate, ad sui generis communisque sanguinis[c] facta virtutesque revocavit, ut haberet in consilio[4] et fratrem ab inferis,[d] socium rerum mearum,[5] et omnes Metellos, præstantissimos cives, pæne ex Acheronte excitatos:[e] in quibus Numidicum[6] illum,[f] cujus quondam de patria discessus[7] molestus omnibus, ipsi ne luctuosus quidem visus fuit. 26. Itaque dimittitur[8] non modo salutis defensor, qui ante hoc unum[9] beneficium fuerat inimicus, verum etiam ascriptor[10] [g] dignitatis meæ. [*p.* 210.] Quo

et H *prospecta.*—2 C χ *tum clariss.*—3 C *mihique amic., et amantissimus auct.*—4 Lamb. legi maluit *adhiberet in consilium.* Tum, verba *ab inferis*, Lambino suspecta, delevit Heumannus.—5 In C et χ *rerum nostrarum.*—6 Iidem Mss. *Numiticum.* Post *illum* C H S χ, Barb. 2. et edd. ante Manut. addunt *Metellum.*—7 C T χ, Franc. 1. et edd. pr. *decessus.* '*Molestus omnibus, ipsi ne luctuosus quidem.* Sic erat in Mss. tribus optimis, Pal. 9. Erf. Pith. recteque recepit Grævius. Vulg. *honestus ipsi, omnibus luctuosus tandem visus est.*' Ern. 'Ernest. vero etiam scripsit *visus fuit.* Wolf. *visus est.* Equidem pressius secutus sum Pal. 9. et Pith. *est visus.* Grævius autem (cumque eo Lallem.) dedit *molestus omn. sane, ipsi ne luct. quidem visus est*, quoniam ita emendatum perantiqua manu in Ms. Erf. invenit: *tandem*, vulgo adjectum, quod tamen etiam in Pal. 9. et Pith. deerat, frigere recte censuit. Lectionem quam vulg. Ern. dicit, habent edd. Lamb. et Heumann. In ed. 1472. utraque Ven. Naug. et aliis, ut in Ms. Barb. Franc. 1. *honestis omnibus luctuosus tandem visus est.* Lamb. *bonis omn. luct. tandem visus est,* Oliv. cum Manut. *honestus ipsi, bonis omn. tamen luct. visus est.* Weiskius transposuit verba ita, *discessus, luctuosus omni, ipsi ne molest. quidem visus est.* Et Oxonn. adferunt hanc varietatem, C H S T χ *honestis: bonis* in χ deest: ex eodem χ *tandem.*' Beck.—8 Pro *dimittitur* Pal. 9. et Mss. Lambini, cum Græv. Oliv. Lall. Wolf. Beck. et Orell. habent *exstitit:* Franc. 1. Hervag. Manut. Lamb. et Heumann. *fuit is:* Junt. et al. *hic fuit:* C H S T χ, Barb. 2. Guelf. ed. Wald. *dimittit.* In duobus Mss. Lambini *dumittit is.*—9 Erf. a m. sec. *suum,* quod recepit Græv.

NOTÆ

Cilicia: gessit ille consulatum et censuram.

[c] *Communis sanguinis*] Ille Isauricus Q. Metelli Macedonici nepos fuit ex filia.

[d] *Fratrem ab inferis*] Notat Q. Metellum Celerem, qui prætor non mediocrem operam Ciceroni præstitit in exstinguenda Catilinæ conjuratione.

[e] *Acheronte excitatos*] Omnes istos Metellos, non tam antea amicos sibi, dicit poëtice ex Acheronte suscitatos fuisse ad suam defensionem: porro Acheron fluvius fuit apud inferos.

[f] *Numidicum illum*] Metellus ille Numidicus, duobus præliis Jugurtha devicto, totam Numidiam imperio Rom. subjecit. Is maluit in exilium voluntarium Rhodum abire, quam jurare in legem Agrariam, quam Saturninus tribunus plebis per vim tulerat.

[g] *Ascriptor*] Ascribebant nomina sua senatores omnes, cum quid ab illis senatusconsulto latum erat.

quidem die, cum CCCCXVII ex senatu essetis,[11] magistratus autem hi omnes[12] adessent, dissensit unus,[h] is,[13] qui sua lege conjuratos etiam ab inferis excitandos[i] putarat. Atque illo die, quo rempublicam[14] meis consiliis conservatam gravissimis verbis et plurimis judicassetis, idem consul curavit, ut eadem[15] a principibus civitatis in concione, postero die, dicerentur: cum[16] quidem ipse egit ornatissime causam meam, perfecitque, adstante atque audiente Italia tota, ut nemo cujusquam conducti aut perditi vocem acerbam[k] atque inimicam bonis posset audire.[17] XI. 27. Ad hæc[18] non modo adjumenta salutis, sed etiam ornamenta dignitatis meæ, reliqua vos iidem addidistis: decrevistis, ne quis ulla ratione rem[o] impediret;[19] qui id impe-

[o] *Reditum.*

—10 Pith. *adsertor.*—11 In Mss. paucis et ed. Wald. desunt verba *cum CCCCXVII. . . . Quid denique illo die.* Junt. Lamb. Heumann. *cum CCCCX senatores ess.* Weiske *cum CCCCXVII senatores ess.* Græv. auctoritate Erf. et Pith. addidit *vos*, legens *cum vos CCCCXVII ex senatu ess.* Beck. et Orell. *cum vos CCCCXVII senatores ess.* In H, Franc. 1. Ven. 1480. *cum quadringenti decem senatores ess.* Dresd. *cum CCCCX ess.* S *cum CCCC X* (Ven. 1480. *quadringenti X*) *S. ess.* quod Hervag. Manut. et Lamb. retinuerunt, nota *S* mutata in integrum vocab. *senatores.* Naug. edidit, *cum CCCCXVII ess.* Ms. ap. Hotom. *cum quadringenti nonaginta ess.* alius ap. Lamb. *cum CCCCX et septem ess.* *CCCCXVII* fuit in Pal. et Erf. Pith. *cum vos CCCCXVI magistratus autem adessent.* In Dresd. quoque desunt verba *ex senatu.*—12 S, Dresd. et Ven. 1480. *magistratus qui omnes:* H et edd. ante Grut. cum Heumann. *magistratusque omnes.*—13 H et S carent *is.*—14 H et Naug. *illo die quod remp.* Lamb. legi maluit *illo die, quo die remp.* Garaton. conjecit *illo die, cum remp.*—15 H *ne eadem.*—16 Pro *cum* Franc. 1. *tum*, et pro *quidem* ψ *quibus.*—17 Ven. 1480. et 1483. *ut vix cujusq. cond. atque perd. possent aud.*

CAP. XI. 18 Edd. nonnullæ, teste Heumanno, *At hic.* Tum, H S ψ, Ven. 1480. 1483. *adjumentum.*—19 Franc. 1. *remp. imped.* Dein, Pith. Naug. Cam. omittunt *id*, quod Orell. uncis inclusit. Ante *graviter* Græv. et Orell. auctoritate Ms. Erf. addiderunt *vos.* In Guelf. *qui id impediret.* Ern. conjecit

NOTÆ

[h] *Dissensit unus*] P. Clodius dissensit solus ab omnibus magistratibus.

[i] *Ab inferis excitandos*] Scripserat in lege sua Clodius, ut si revixissent ii quos Cicero morte mulctaverat, tum ab exilio in patriam revocaretur.

[k] *Vocem acerbam*] Si quid dictum esset in concione, quod populo displiceret, fiebat quædam admurmuratio. Sæpe vero contingebat, ut mercede homines improbi conducerentur ab adversariis, ut admurmuratione sua quasi dicenti exprobrarent.

disset, graviter molesteque laturos; illum contra rempublicam, salutemque bonorum, concordiamque civium facturum; et ut ad vos de eo statim referretur:[20] meque etiam, si diutius calumniarentur,[l] redire jussistis. Quid? ut agerentur gratiæ,[1] qui e municipiis venissent? quid? ut ad illam diem, cum res redisset,[2] rogarentur, ut pari studio convenirent? Quid denique illo die,[3] quem P. Lentulus, mihi, fratrique meo, liberisque nostris natalem constituit,[m] non modo ad nostram, verum etiam ad sempiterni[4] memoriam temporis? quo die[5] nos comitiis centuriatis,[n] (quæ maxime majores[6] comitia justa dici haberique voluerunt) arcessivit in patriam, ut eædem centuriæ, quæ me consulem fecerant,[7] consulatum meum comprobarent. 28. Quo die quis civis fuit,[8] qui fas esse putaret, quacumque aut ætate aut valitudine esset, non se de salute mea sententiam ferre? Quando tantam frequentiam in[9] Campo,[o] tantum

---

si quis impediret: Heumanno verba *grav. mol. laturos* ejicienda videntur, et leg. *qui id impedisset.*—20 Pith. *ut ad vos de eo referretur:* H, Ven. 1480. 1483. Manut. Lamb. *ut ad vos ea statim referrentur:* Hervag. Naug. *ut ad vos ea statim referretur.* Tum, pro *meque* in H *neque.*—1 Franc. 1. et Dresd. *ut audirentur gratiæ.* Post *gratiæ*, e conjectura *iis* addidit Ern. cum edd. seqq. In Guelf. *gratis.*—2 Junt. *res cum recidissent:* Hervag. *res cum redisset*, unde Ern. *cum res redisset.* Pro *redissent* H *reddidissent;* Ven. 1483. *recidissent.* Ceteri *res cum redissent.* Hotom. legi maluit *ad res cum redissent:* Manut. *Quid? ut iidem, ad res cum rediissent.* Vid. Nott. Varr.—3 *Quid denique ille dies* Pal. 9. Pith. Erf. duo Pall. cum Græv. Lall. Weiske, Beck. Schutz. et Orell. Lallemandus, quia in tertio Ms. Paris. invenit *qui den. illo die*, legendum conjecit *qui den. ille dies.* In Ven. 1480. quatuor hæc verba *qui den. illo die* desunt. Heumann. conjecit legend. *denique illo die, quem . . . temporis, nos comitiis, &c.* Post *non modo* Ern. censet excidisse *illustrius*, aut simile quid.—4 C H T χ, Barb. 2. et Ven. 1480. *sempiternam.*—5 *Quo die* in C T χ desunt, ut et mox verba *quæ . . . voluerunt.* Lamb. dedit *illo, inquam, die.*—6 Lamb. *majores nostri.* H S χ et edd. nonnullæ cum Heumanno *comitia* omittunt.—7 In C *consule feceram.*—8 ψ *fuerit.* Pro *fas* C χ, Franc. 1. Dresd. Barb. 2. ed. 1472. Ven. 1480. Græv. Beck. et Orell. habent *non nefas.*—9 χ caret præpositione.

NOTÆ

[l] *Calumniarentur*] Id est, astute et malitiose rem producerent, vel moras necterent.

[m] *Natalem constituit*] Diem significat quo Lentulus de Ciceronis reditu decrevit, quo quasi a morte revocatus est.

[n] *Comitiis centuriatis*] Vide orat. pro Rab. § 11. not.

[o] *In Campo*] In Campo Martio centuriata comitia habebantur, ubi a Lentulo lex de Cicerone revocando lata est.

splendorem Italiæ totius ordinumque omnium? quando illa dignitate[10] rogatores,[p] diribitores,[q] custodesque[r] vidistis? Itaque P. Lentuli beneficio excellenti atque divino non reducti[11] sumus in patriam, sicut nonnulli clarissimi cives; sed equis[12] insignibus et curru aurato reportati.

29. Possum ego satis in[13] Cn. Pompeium unquam gratus videri, qui non solum apud vos, qui omnes[14] idem sentiebatis, sed etiam apud universum populum Romanum, salutem reipublicæ[15] et conservatam per me, et conjunctam esse cum mea dixerit? qui causam meam prudentibus commendarit, imperitos edocuerit, eodemque tempore improbos auctoritate sua compresserit?[16] bonos excitarit? qui populum Romanum pro me, tanquam pro fratre, aut pro parente, non solum hortatus sit, verum etiam obsecrarit?[17] qui ipse cum propter metum[s] dimicationis et sanguinis, domo se teneret, etiam a superioribus tribunis[18] petierit, ut de salute mea et promulgarent[t] et referrent?[19] qui in co-

—10 H *quando ulla dign.* Pith. *quod illa dign.* Pro *rogatores, diribitores* C T χ, Franc. 1. *tutores;* H *tot rogatores dirivatores;* S *rogatores dirivatores;* Pith. *rogatores, directores;* Dresd. *rogatores custodesque:* edd. nonnullæ *rogatores, tutores, custodesque.*—11 C H S T χ, Franc. 1. Barb. 2. Ven. 1480. 1483. Junt. Lamb. *non solum red.* Verba *in patriam* in T, et verba *sicut cives* in C T χ desunt. Pro *sicut* Pith. *ita ut;* et pro *cives* H S et edd. nonnullæ ante Grut. *viri.*—12 Pro *equis* T *equis equius.* Tum, C T χ *aureato.*—13 χ præpositionem *in* omisit. Dein, in ψ *Pompeio,* et C T χ ψ *quam gratus.*—14 In C S T χ deest *omnes.*—15 Erf. duo Mss. Pariss. Barb. 2. Ven. 1480. 1483. cum Græv. et Lall. *ap. univ. pop. populi Romani salutem.* In C H S T, Franc. 1. *Romanum* deest, et pro *reip.* in C H S T χ legitur *populi Romani.* Pith. *universam salutem P. R. et conservatam.*—16 C *commendavit . . . eodem temp. . . . compressit.*—17 H *obsecravit.* Integer locus *qui ipse . . . putarit* in C T χ deest. In Barb. desunt omnia a verbis *qui ipse* usque ad initium cap. 12.—18 H *tenere, et a*

NOTÆ

[p] *Illa dignitate rogatores*] Ipsi senatores rogarunt populum pro salute Ciceronis.

[q] *Diribitores*] Diribitores illi sunt, qui tabulas suffragiorum populo per centurias diviso distribuunt.

[r] *Custodes*] Custodes observabant cujusque centuriæ suffragia, et punctis notabant, ne quid fraudis admitteretur. Voluerunt autem ipsi senatores se diribitores, custodesque constituere in gratiam Ciceronis, quod beneficium magnifice prædicat in orat. contra Pison.

[s] *Propter metum*] Deprehensus est homo cum sica, servus Publ. Clodii, in templo Castoris, quem ille ad Cn. Pompeium interficiendum collocarat. Vide superiorem orat. § 14. not.

[t] *Promulgarent*] Promulgari lex di-

lonia nuper constituta,[u] cum ipse gereret magistratum,[x] in qua nemo erat emtus intercessor,[20][y] vim et crudelitatem privilegii,[z] auctoritate honestissimorum hominum, et publicis literis consignarit,[a] princepsque, Italiæ totius præsidium ad meam salutem implorandum putarit? qui, cum ipse mihi semper amicissimus fuisset, etiam ut suos necessarios mihi amicos redderet, elaborarit?[1] XII. 30. Quibus autem officiis T. Annii beneficia remunerabor?[2] cujus omnis actio, ratio, cogitatio, totus denique tribunatus, nihil aliud fuit, nisi constans, perpetua, fortis, invicta defensio salutis meæ? Quid de P. Sextio[3] loquar? qui suam erga me benevolentiam et fidem non solum animi[4] dolore, sed etiam corporis vulneribus[b] ostendit?

Vobis vero, patres conscripti, singulis et egi et agam gratias. Universis egi ab initio,[5] quantum potui: satis or-



sup. trib.—19 Grut. et Lall. *ferrent.*—20 H S, Dresd. Pith. et edd. ante Grut. *intercessorum.*—1 Mss. plerique, ed. Junt. Grut. Græv. Oliv. Lall. *consignavit . . . putavit . . . elaboravit.* In Franc. 1. *princeps,* sine copula. Pro *ut* ante *suos* χ habet *et.*

Cap. XII. 2 Mss. plerique et nonnullæ edd. vett. cum Græv. Wolf. Beck. et Orell. *remunerabo.* Tum, *actio* omittunt C H S T χ, Barb. 2. Ven. 1480. 1483. Naug.—3 In C *Sestio.*—4 Pro *animi* χ *cum.* Dein, C *dolorem.*—5 C ψ,

NOTÆ

citur, cum primum ad populum proponitur cujus est leges probare. Petiit autem Pompeius a tribunis, ut legem de Ciceronis reditu promulgarent, et ad senatum referrent.

[u] *In colonia nuper constituta*] De Capua loquitur, quo Cæsar consul coloniam deduxerat.

[x] *Ipse gereret magistratum*] Cum Cæsar deduxisset coloniam Capuam, ibi duumviros præfecit, L. Pisonem socerum et Cn. Pompeium generum.

[y] *Emtus intercessor*] Hæc loquitur contra Ælium Ligurem, tribunum plebis, qui senatus decreto, quod de Cicerone, referente L. Ninnio, factum est, accepta a Clodio pecunia, intercessit.

[z] *Privilegii*] Legem Clodiam de se latam, et qua pulsus est, invidiose privilegium appellat. Privilegium autem jussum est populi aut plebis, rogante magistratu, non generale, neque de universis civibus; sed de singulis conceptum; ut de reditu Ciceronis.

[a] *Consignarit*] Id est, testatam esse voluit. Videtur hic loqui de decreto, quod Campani de Cicerone adjuvando fecerunt, a quibus lex Clodia privilegium appellata est, et tanquam violenta et crudelis notata.

[b] *Corporis vulneribus*] Vulnera plusquam viginti accepit Sextius in illa seditione, quæ a Clodio contra tribunos excitata est, cum causa Ciceronis ad populum delata est.

nate agere nullo modo possum.[6] [*p.* 211.] Et quanquam sunt in me præcipua merita multorum, quæ sileri nullo modo possunt,[7] tamen hujus temporis ac timoris mei non est, conari commemorare beneficia in me singulorum: nam difficile est, non aliquem;[8] nefas, quenquam præterire. Ego vos universos, patres conscripti, Deorum numero colere debeo. Sed, ut in ipsis Diis immortalibus non semper eosdem, atque alias alios solemus et venerari et precari; sic in hominibus[9] de me divinitus meritis, omnis erit ætas mihi ad eorum erga me[10] merita prædicanda atque recolenda.[11][p] 31. Hodierno autem die nominatim a me magistratibus[12] statui gratias esse agendas, et de privatis uni,[c] qui pro salute mea municipia coloniasque adisset,[13] populum Romanum supplex obsecrasset, sententiam dixisset eam, quam vos secuti, mihi dignitatem meam reddidistis. Vos me florentem semper ornastis; laborantem, mutatione vestis, et prope luctu vestro, quoad licuit,[d] defendistis. Nostra memoria senatores ne in suis quidem periculis mutare vestem solebant: in meo periculo senatus veste mutata fuit, quoad licuit per eorum edicta,[14] qui mea pericula non modo suo præsidio, sed etiam vestra deprecatione nudarunt.

[p] *Repetenda memoria.*

Barb. 2. *in initio.* H S ψ, Junt. Vict. Mannt. Lamb. Wolf. Beck. et Orell. præpositionem omittunt.—6 S *agere non possum.* Tum, ψ *Et quanquam fuit in me præcipue mem.*—7 Græv. e Ms. Erf. *non sileri ullo modo.*—8 C T χ ψ *aliquod.*—9 C χ ψ, Barb. 2. *honoribus.*—10 C *in me.* χ *erga me* omittit. Heumann. conjecit *omni erunt ætate mihi eorum, &c.*—11 χ *reddenda.*—12 Lamb. *et magistr.* Inter *gratias* et *esse* C inserit *statim.*—13 *Colonias ut adesset* Franc. 1. *coloniasque adessent* Dresd. *municipia coloniæque adessent* ed. 1472. *coloniasque adesset* C: *coloniasque adissent* χ. Heumannus conjecit, *qui cum pro sal. . . . adisset, et pop. Rom. . . . dixit eam, &c.* Pro *populum Romanum* C χ, Franc. 1. Dresd. ed. 1472. *populumque;* H S ψ *populum.*—14 ψ *dicta.* Dein,

NOTÆ

[c] *Uni*] Pompeio, qui tunc nullo magistratu fungebatur, præcipue agere gratias debere dicit.

[d] *Quoad licuit*] Senatus censuerat mutandam esse vestem propter exilium Ciceronis: consules vetuere, qui statim senatores redire ad vestem jusserunt.

32. Quibus ego rebus objectis, cum mihi privato confligendum viderem cum eodem exercitu,[15] quem consul non armis, sed vestra auctoritate superaram;[16] multa mecum ipse reputavi. XIII. Dixerat in concione consul,[e] se clivi[17] Capitolini pœnas ab equitibus Romanis repetiturum. Nominatim alii compellabantur,[q] alii citabantur, alii relegabantur.[18][f] Aditus templorum erant non solum præsidiis[19] et manu, verum etiam demolitione[g] sublati. Alter consul,[20] ut me et rempublicam non modo desererent, sed etiam hostibus reipublicæ proderent, pactionibus eos suorum præmiorum[h] obligarat.[1] Erat alius[i] ad portas cum imperio in[2] multos annos,[k] magnoque exercitu;[l] quem ego[3] inimicum mihi fuisse non dico; tacuisse,[4] cum diceretur esse inimicus, scio. 33. Duæ partes[5] esse in republica cum

q *Objurgabantur.*

Heumann. corrigit *qui me non modo.*—15 Al. *cum eorum exerc.*—16 C H χ ψ, Dresd. *superatum.*

CAP. XIII. 17 *Divi* C χ: *clivii* ψ. Mox, χ *repetiturus.*—18 Verba *alii relegabantur* in C T χ desunt.—19 Pro *præsidiis* Pith. *prædatione.*—20 Wolf. Weiske, Beck. et Orell. e conjectura Augustini et Lambini dederunt *consules,* prob. Ern. In Ms. Guelf. *consul.* Mox, C H S T χ, Erf. Barb. 2. Mss. Pariss. ed. 1472. Med. Junt. Græv. *desereret . . . proderet.* Lallem. e conjectura Grævii recepit *Alterum consulem ut me . . . desereret . . . proderet.* Pro *rempublicam* C *ro. populum,* et pro *reipublicæ* S *remp.* Postea, *eos* Grævio et Ernesto suspectum est. Vid. Nott. Varr.—1 χ *obligaret:* ψ *obligarent.*—2 C χ, Franc. 1. *inde.*—3 In iisdem Mss. deest *ego.* χ *mihi* omittit.—4 H *tacuisset.* Pro *cum* χ habet *non.* Vocab. *inimicus* Heumanno suspectum est.—5 Pith.

NOTÆ

e *In concione consul*] Gabinius dixerat in concione se pœnas de equitibus Rom. repetiturum, quod ad defensionem Ciceronis in seditione Catilinæ clivum Capitolinum armati occupassent.

f *Relegabantur*] Lamia, equestris ordinis princeps, relegatus est.

g *Demolitione*] Cum Clodius in templum Castoris ascendisset, ut legem per vim ferret, gradus evellendos curavit, ne quis huc ascenderet, eique adversaretur.

h *Pactionibus suorum præmiorum*] In præmium ejecti Ciceronis, Clodius Macedoniam Pisoni, Syriam Gabinio dedit.

i *Erat alius*] Cæsar tunc extra urbem erat, qui licet Galliam utramque cum imperio teneret, tamen ad bellum non prius profectus est, quam Cicero abiisset ex Italia.

k *In multos annos*] Contra legem Semproniam per annos quinque imperium obtinuit.

l *Magnoque exercitu*] Ad bellum Gallicum Cæsar cum quatuor legionibus profectus est.

putarentur; altera[m] me deposcere, propter inimicitias; altera[n] timide defendere, propter suspicionem cædis putabatur.[6] Qui autem me deposcere videbantur,[7] in hoc auxerunt dimicationis metum,[o] quod nunquam inficiando[p] suspicionem hominum curamque minuerunt. Quare cum viderem senatum ducibus orbatum, me a magistratibus partim oppugnatum, partim proditum, partim derelictum; servos simulatione collegiorum[q] nominatim esse conscriptos, copias omnes Catilinæ pæne iisdem ducibus ad spem cædis et incendiorum esse revocatas;[8] equites Romanos, proscriptionis;[r] municipia, vastitatis; omnes, cædis metu esse permotos; potui, potui, patres conscripti, multis auctoribus fortissimis viris, me vi[9] armisque defendere: nec mihi ipse[10] ille animus idem meus, vobis non incognitus, defuit. Sed videbam, si vicissem præsentem adversarium, nimium multos mihi alios esse vincendos; si victus essem, multis bonis



Scio duas partes: Franc. 1. Dresd. Ven. 1480. 1483. *Duas partes esse* (in Ven. 1480. deest *esse*) *in rep. cum putaretur.* Verba *Duæ partes . . . cum viderem* in C T χ, Barb. 2. desunt.—6 Ven. 1480. *suspicabantur.*—7 Græv. e Ms. Pith. recepit *dicebantur.* Pro *in hoc* Ven. 1480. 1483. Hervag. habent *ii hujus.*—8 Verba *servos . . . revocatas* absunt a C T χ, Barb. et Guelf. Tum, Franc. 1. Dresd. et Barb. 2. multis omissis, habent *equites Romanos proscriptionis, cædis metu esse perterritos.* In Ven. 1480. 1483. tantum omittuntur verba *municipia* et *omnes.* In C H S T χ deest *omnes.* Pro *vastitatis* χ *vastationis.* Denique, *potui* semel tantum legitur in Franc. 1. Pith. Dresd. Barb. 2. Ven. 1480. 1483. et Oliv.—9 C χ *me in vi.*—10 Heumann. legi mavult *ipsi.* Pro *animus* χ *Arrius.* Barb. 2. omittit verba *idem meus,* non improb. Garaton. In Pith.

NOTÆ

m *Altera*] Clodius et consules Piso et Gabinius nocere Ciceroni volebant.

n *Altera*] Boni cives favebant ei, at timide, ne quid tumultus et seditionis oriretur in repub.

o *Dimicationis metum*] Id est, effecerunt ut viri boni dimicationem timerent; quia Cæsar, qui Ciceroni inimicus credebatur, tacebat.

p *Inficiando*] Id est, cum inimici Ciceronis tacerent, augebatur in bonis civibus dimicationis metus et periculum.

q *Simulatione collegiorum*] Clodius collegia, id est conventus artificum, a Numa rege instituta, et jam ex magna parte, tum a legibus, tum a senatu sublata, in tribunatu suo restituit, ut homines sibi devotos, et paratos semper ad seditiones excitandas haberet.

r *Proscriptionis*] Exemplo Lamiæ, equestris ordinis principis, qui relegatus est, defendere equites Ciceronem non audebant.

et pro me, et mecum, etiam[11] post me esse pereundum; tribuniciique sanguinis[s] ultores esse præsentes; meæ mortis[12] pœnas judicio et posteritati reservari.[13] XIV. 34. Nolui,[14] cum consul communem salutem sine ferro[t] defendissem, meam privatus armis defendere: bonosque viros lugere malui meas fortunas, quam suis desperare; ac, si[15] solus essem interfectus, mihi turpe; si cum multis, reipublicæ funestum fore[16] videbatur. Quodsi mihi æternam esse ærumnam propositam arbitrarer;[17] morte me ipse potius, quam sempiterno dolore mulctassem. Sed cum viderem, me non diutius, quam ipsam rempublicam ex hac urbe[18] abfuturum; neque ego illa exterminata[19] mihi remanendum amplius putavi; [*p.* 212.] et illa, simul atque revocata est,[20] me secum pariter reportavit. Mecum leges, mecum quæstiones,[r] mecum jura magistratuum, mecum senatus auctoritas, mecum libertas, mecum etiam frugum ubertas, mecum Deorum et hominum sanctitates omnes et religiones abfuerunt.[1] Quæ si semper abessent; magis vestras fortunas lugerem, quam desiderarem meas. Sin aliquando revocarentur; intelligebam, mihi cum illis una esse redeundum. 35. Cujus mei sensus certissimus testis est hic idem, qui custos

[r] *Judicia.*

deest *vobis.*—11 Pro *etiam* Ven. 1483. habet *et.* In C T χ deest *post me.* Mox, C *tribunitiisque.*—12 Pith. *esse præsentissimæ mortis.*—13 Dresd. *reservare.* H T *reservare volui,* et Franc. 1. *reservari volui,* omisso verbo *Nolui,* quod sequitur. 'Melius cohæreret oratio, si supra esset *Sed quia videbam,* aut *sed cum viderem . . . reservari nolui.*' Ern.

Cap. xiv. 14 χ ψ *Volui.* In C deest.—15 C H χ *at si.*—16 C *esse.*—17 Edd. nonnullæ *esse propos. ærumn. arb.* Mox, Barb. *potius ipse.* In Pith. *morte mei ipsius potius.*—18 H *in hac urbe.*—19 χ *exterminatione.* In C T χ deest *mihi.* C H S T χ, Barb. 2. Mss. Pariss. et edd. ante Grut. cum Lallem. omittunt *amplius.* In Pal. 9. deest *putavi.*—20 C T χ *simul ac rev. est.* Dein, Græv. et Lall. e Ms. Pith. et Erf. receperunt *pariter revocavit.*—1 C H

NOTÆ

[s] *Sanguinis*] Si Cicero ad arma venisset suæ defensionis causa, et pœnas a Clodio repetiisset, multi cives scelerati ejus mortem, non sine manifesto reipub. periculo, defendissent.

[t] *Sine ferro*] Vicit sine ferro Catilinarios, quia decreto senatus et auctoritate, laqueo jussit frangi gulam in carcere condemnatis.

capitis fuit, Cn. Plancius,[u] qui, omnibus provincialibus ornamentis[x] commodisque depositis, totam suam quæsturam in me sustentando et conservando collocavit: qui[2] si mihi quæstor imperatori fuisset, in filii loco fuisset: nunc certe erit[3] in parentis, cum fuerit quæstor non imperii, sed doloris mei.

36. Quapropter, patres conscripti, quoniam in rempublicam[4] sum pariter cum republica restitutus; non modo in ea defendenda nihil minuam[5] de libertate mea pristina, sed etiam adaugebo. XV. Etenim, si[6] eam tum defendebam, cum mihi[7] aliquid illa debebat; quid nunc me facere oportet, cum ego illi plurimum debeo?[8] Nam quid est, quod animum meum frangere aut debilitare possit, cujus ipsam calamitatem non modo nullius delicti, sed etiam divinorum in rempublicam[9] beneficiorum testem esse videatis? nam et importata[10] est, quia defenderam civitatem: et mea voluntate suscepta est,[11] ne a me defensa respublica[12] per eundem me extremum in discrimen vocaretur. 37. Pro me[13] non, ut pro P. Popillio,[y] nobilissimo homine, adolescentes filii, non propinquorum multitudo populum Romanum est deprecata: non, ut pro Q. Metello,[z] summo et clarissimo[14] viro, spectata jam adolescentia filius: non[15]

T χ *affuerunt.*—2 ψ *quin.* Verba *in filii loco fuisset* desunt in χ.—3 In C χ *erat.* —4 C, Erf. et Ven. 1483. *in rep.*—5 Lallem. e Pith. edidit *imminuam.* Tum, C *de liberalitate me prist.* Postea, C χ *sed etiam augebo.* Heumann. scribi jussit *sed eam adaug.*

CAP. XV. 6 Erf. *Et si.*—7 In C H S T χ, Barb. 2. deest *mihi.* Ven. 1483. omittit *aliquid.* In nonnullis edd. vett. *cum aliquid mihi illa.*—8 C H S T χ *debeam.*—9 C *in republica.* Post *beneficiorum* C et T addunt *divinorum.*—10 C H S T χ *nam imp.* sine copula.—11 C χ *in ea voluptate est.* In ψ quoque *voluptate.*—12 C *republica,* et mox *extraneum in discr.*—13 χ *Per me.* Tum, C *P. Pupilio.*—14 Ms. ap. Lamb. *summo ac clariss.* Dein, H S et al. *spectatæ*

NOTÆ

[u] *Cn. Plancius*] Plancius in Macedonia quæstor erat, cum exulabat Cicero, cujus summam in se pietatem commemorat. Hunc postea defendit in judicio.

[x] *Provincialibus ornamentis*] Hic ad Ciceronem Dyrrachium, lictoribus dimissis, et veste mutata, venit.

[y] *Popillio*] Vide orationem superiorem § 9. not.

[z] *Pro Q. Metello*] De hoc aliisque sequentibus, orat. superiore § 9.

L. et C. Metelli, consulares, non eorum liberi, non Q. Metellus Nepos, qui tum consulatum petebat, non Luculli, Servilii, Scipiones, Metellorum[16] filii, flentes ac sordidati, populo Romano supplicaverunt: sed unus frater (qui in me pietate filius, consiliis parens, amore, ut erat, frater inventus est) squalore et lacrymis, et[17] quotidianis precibus, desiderium mei nominis renovari,[18] et rerum gestarum memoriam usurpari coëgit. Qui cum statuisset, nisi per vos me[19] recuperasset, eandem subire fortunam, atque idem[20] sibi domicilium et vitæ et mortis deposceret;[1] tamen nunquam nec[2] magnitudinem negotii, nec[3] solitudinem suam, nec vim inimicorum ac tela pertimuit. 38. Alter fuit propugnator mearum fortunarum, et defensor assiduus, summa virtute et pietate, C. Piso, gener; qui minas inimicorum meorum, qui inimicitias affinis mei, propinqui sui, consulis,[4] qui Pontum et Bithyniam[a] quæstor[b] pro mea salute[5] neglexit. Nihil unquam[6] senatus de P. Popillio decrevit, nunquam in hoc ordine Q. Metelli[7] mentio facta est. Tribuniciis sunt illi rogationibus,[c] interfectis inimicis,[d] denique[8] nulla auctoritate senatus, restituti; cum

jam adolescentiæ.—15 Quater *non* omittit Lamb.—16 C H S T χ ψ, Manut. Oliv. Lallem. Heumann. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *Metellarum.* In C T χ desunt verba *non propinq. . . . Metellorum filii.*—17 H omittit copulam ante *lacrymis*, et χ ante *quotidianis.*—18 C et edd. nonnullæ *revocari.* Mox, in C T χ deest *memoriam.* Tum, C *usurpare.*—19 Al. teste Grævio, *nisi vos per me*: al. teste Lamb. *nisi me per vos.*—20 C H T χ *eidem.* Post *sibi* H T ψ addunt *idem.*—1 Edd. nonnullæ *deposcere.* Lamb. Wolf. Beck. et Orell. deleverunt *tamen.* Pro *nec* ante *magnitud.* C habet *me.*—2 Pro *nec* C *ne.* Dein, C H S T *solicitudinem.*—3 Ms. Lamb. *virt. ac piet.*—4 C *consulis sui.*—5 Lamb. *præ mea sal.*—6 C *nunquam*, et mox *Pupilio.*—7 Pith. *de Q. Metello.*—8 Verba *interfectis inimicis denique* C T χ omittunt. Pro *interf. inim.* Pith. habet *refecti nimis.* Verba *nulla auctor. senatus* in Pith. desunt. Postea, χ *restitui.*—

NOTÆ

[a] *Pontum et Bithyniam*] De his regionibus dictum est in orat. pro Lege Manil.

[b] *Quæstor*] Piso, gener Ciceronis, mittebatur quæstor in Pontum et Bithyniam, quo, exule Cicerone, mitti noluit, ut pro ejus salute supplicaret.

[c] *Tribuniciis rogationibus*] Popillius rogatione L. Bestiæ restitutus est.

[d] *Interfectis inimicis*] Gracchus interfectus est, et Saturninus.

alter eorum[9] [e] senatui paruisset, alter vim cædemque[f] fugisset. Nam C. quidem[10] Marius, qui hac hominum memoria tertius ante me consularis,[g] tempestate civili expulsus est, non modo a senatu non est restitutus,[11] sed reditu suo senatum cunctum pæne delevit. Nulla de illis magistratuum consensio,[h] nulla[12] ad rempublicam defendendam populi Romani convocatio, nullus Italiæ motus, nulla decreta municipiorum et coloniarum extiterunt. 39. Quare cum me vestra auctoritas arcessierit, populus Romanus revocarit, respublica implorarit, Italia cuncta pæne suis humeris reportarit; non committam, patres conscripti, ut, cum ea mihi sint restituta, quæ in potestate mea non fuerunt, ea non habeam, quæ ipse præstare possim,[*] [13] præsertim cum illa amissa recuperarim, virtutem et fidem nunquam amiserim.

* *Quæ sunt in mea potestate.*

9 Hotom. legi voluit *cum tamen alter.* Mox, Dresd. *vim cædis fug.* In C T χ desunt verba *cum alter . . . Nam.*—10 C T χ carent *quidem.*—11 In C *a sen. restitutus non.*—12 Idem Ms. *nullam.* Mox Ms. Pith. *implorante.*—13 Weiske *possum,* ut est in marg. Lamb.

NOTÆ

[e] *Alter eorum*] Popillius videlicet paruit senatui ; quo tamen invito discessit.

[f] *Alter vim cædemque*] Metellus, ut fugeret vim Saturnini, sponte abiit e patria.

[g] *Tertius ante me consularis*] Expulsus primus fuit Popillius, Gracchi seditione : secundus Metellus, Saturnini violentia : tertius Marius, armis Sullæ, qui rempublicam vastabat.

[h] *Nulla de illis magistratuum consensio*] Inter suum et Marii reditum discrimen affert, quod Marius sine ulla lege, et magistratuum auctoritate ; ipse vero et lege lata, et communi totius Italiæ et reipublicæ voce redierit.

M. TULLII CICERONIS

PRO DOMO SUA,

AD PONTIFICES,

ORATIO XXIX.

ARGUMENTUM.

Restitutus in patriam Cicero, statim habuit hanc orationem ad pontifices, in qua nervos omnes intendit, ut domum suam, eadem lege publicatam et eversam, deinde (ne profana unquam fieri posset) Libertati consecratam, neque publicari, neque consecrari potuisse ostenderet. Est autem omnis hæc in septem partes distributa oratio. Prima respondet Clodio, qui apud pontifices ea vituperaverat, quæ per eos dies Cicero in senatu de republica, id est, de Cn. Pompeio rei frumentariæ præficiendo senserat. Secunda de jure publico agit, et in ea ostenditur, legibus iis, quibus Romana civitas utatur, non posse quenquam civem ejici, aut de capite ejus, vel de bonis quicquam detrahi, sine judicio senatus, aut populi, aut eorum qui de quaque re constituti judices sint. In eadem rationes afferuntur, cur tribunus pl. esse Clodius non potuerit: quo modo enim, cum patricius esset, ad plebem transivit? adoptione? at ea rata esse non potest; primum, quia servatum adoptandi jus non est: nam cum adoptare debeat is, qui neque procreare jam liberos possit, et, cum potuerit, sit expertus; adoptavit Clodium senatorem annos viginti natus; qui liberos non modo procreare potest, cum habeat uxorem, sed procreavit etiam. Et cum quæri a pontificum collegio soleat, quæ causa sit adoptionis, quæ ratio generum ac dignitatis, quæ sacrorum; nihil horum in illa adoptione quæsitum est. Atque hæc de non servato adoptionis jure (quæ omnis notio pontificum esse debuit) apud ipsos pontifices dicuntur. Ad augures autem, qui aderant, de curiata lege disputat, qua Clodius est adoptatus. Nefas, inquit, est, agi cum populo, cum de cœlo servatur: at quo die lata lex est, Bibulus consul de cœlo servavit: rata igitur esse non potest: quodsi rata non est, qui

potuit Clodius, contra auspicia adoptatus, tribunus pl. esse? Accedit ad infirmandam curiatam legem altera ratio. Quid servatur in ferendis legibus? trinundinum, id est, ut promulgata lex per tres nundinas, antequam perferatur, populo pateat: quod spatium, tantum abest, ut servatum sit, ut eam legem Cæsar consul vix per tres horas promulgatam pertulerit. Tertia pars, vel si tribunus pl. et per auspicia, et per leges Clodius esse potuerit, quod utrumque jam negatum est, ab eo tamen legem nominatim de capite civis indemnati ferri non potuisse, demonstrat:- id enim privilegium est; quod sacratæ leges et XII tabulæ vetant. Neque vero hoc tantum contra leges, sed illud etiam, quod de ejus capite fortunisque omnibus, qui neque adesse jussus erat, neque citatus, neque accusatus, legem illam Clodius tulit: cum judicia populi ita moderata essent a majoribus constituta, primum, ut ne pœna capitis cum pecunia conjungeretur; deinde, ne, nisi prodicta die, quis accusaretur; tum, ut ante magistratus accusaret, intermissa die, quam mulctam irrogaret, aut judicaret: postremo, ut esset accusatio trinum nundinum, id est, ab eo die, quo quis ad populum accusari cœptus esset, ad diem judicii trinæ nundinæ intercederent, prodicta die, qua die judicium esset futurum: eamque diem si qua res auspiciis aut excusatione sustulisset, tota causa judiciumque tolleretur. Nec verba legis vitio carent; sunt enim hæc: 'Velitis, jubeatis, ut M. Tullio aqua et igni interdictum sit;' cum ferri debuerit, 'ut interdicatur,' non 'ut interdictum sit.' Quomodo enim, quod factum non est, id ut sit factum, ferri ad populum, aut verbis ullis sanciri, aut suffragiis confirmari potest? Peccatum est igitur in forma legis: quid in ipsa veritate? non minus: scriptum est enim, 'Quod M. Tullius falsum S. C. retulerit:' qui si falsum retulit, recte scripta lex est; si verum, nulla est. Verum autem retulisse, nec ipsum pro suo imperio, sed senatus jussu in conjuratos animadvertisse, senatus ipse, cum eum restituit, indicavit. Sunt igitur hæc in lege vitia; primum quod lata nominatim est de capite civis indemnati: alterum, quod imperite, ut interdictum esset aqua et igni, cui nondum interdictum esset: tertium, quod simul de pluribus rebus: quartum, quod per vim. Id quod Lentulus consul in lege vidit, quam de Ciceronis reditu tulit: non enim tulit, 'ut ei venire Romam liceret,' sed 'ut veniret.' Quarta pars Clodii maledictum, exulem, &c. Ciceronem appellantis, refellit duabus causis, vel quod ex peccato, vel quod ex damnatione subeatur exulis nomen. Peccasse me, inquit, negant omnes: optime de patria meritum, senatus, equestris ordinis, scribarum, plebis urbanæ, id est, paganorum, et montanorum, denique etiam municipiorum, coloniarum, et totius Italiæ de meo reditu decreta declarant. In ferenda vero lege, quæ celebritas unquam major populi Romani? quantus omnis generis hominum, ætatum, ordinumque splendor? Quod ad damnationem attinet, exul non sum: indemnatus enim discessi; nemo me ullá unquam lege interrogavit; nemo postulavit; nemo diem dixit. Libertatem vero, aut civitatem amittere civis Romanus nemo potest, nisi auctor ipse factus sit. Infirmatur Clodii maledictum ea quoque ratione, quod in ipsa rogatione nihil tulerat, quo minus Cicero esset non modo in civium, sed etiam in senatorum numero; et quod in lege illa suffragium tulerant non populus Romanus, sed multitudo homi-

num e servis conductis, et facinorosis, et egentibus congregata. Quinta primum eidem Clodio respondet, accusanti Ciceronem, quod de se ipse gloriosius prædicaret: deinde iis, qui objicerent ei discessum e patria. Sexta, de domo recuperanda quantum laboret, quamque improbe Clodius fecerit in ea dedicanda, et quid spectarit, ostendit. Dedicatio improbatur, quod non affuerit collegium pontificum, sed unus tantum pontifex, isque frater uxoris Clodii, adolescens imperitus, novus sacerdos, sororis precibus, matris minis adductus, mente et lingua titubante. In extrema parte preces ad Jovem, Junonem, Minervam, ad patrios Penates et familiares, ad Vestam continentur; ut, si nefariam flammam ab eorum templis ac delubris depulerit; si suum caput pro eorum cærimoniis atque templis perditissimorum civium furori ferroque objecerit; si nihil unquam magis, quam de reipublicæ salute laboraverit; hunc fructum ferat, ut sibi redire in suas sedes liceat. Iisdemque precibus, conversus ad pontifices, utitur, ut ab ipsis jam in patriam restitutus, nunc, auctore senatu, manibus eorum in suis sedibus collocetur.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 213.] CUM multa divinitus, pontifices,[a] a[1] majoribus nostris inventa[b] atque instituta sunt;

In Ms. Barb. hæc Oratio inscribitur, *M. Tullii Ciceronis in Clodium, causa cujus erat domus ejus Diis dedicata, oratio incipit.*

NOTÆ

[a] *Pontifices*] Varro L. L. lib. IV. de hac voce sic scribit: 'Pontifex, ut Q. Scævola pontifex maximus dicebat, a 'posse' et 'facere' dictus est: Pontifices ego,' inquit Varro, 'a 'ponte' arbitror; nam ab iis sublicius est factus primum, et restitutus sæpe. Cum ideo sacra, et uls et cis Tiberim non mediocri ritu fiant.' 'Facere' autem est offerre, vel sacrificare. Porro hic pons, unde dictus pontifex, plane ligneus erat, nullo ære aut ferro compactus, quem Romani adeo sacrum existimarunt, ut, si collaberetur, non nisi cæsa victima, et perfecto sacrificio, eum reficere pontifex posset. A pontifice vero pontificium dicitur, quod licentiam sive potestatem significat. Pontifex unus duntaxat a Numa institutus est, inquit Livius, Marcus Marci filius, cui sacra omnia exscripta exsignataque attribuit; quibus hostiis, quibus diebus, ad quæ templa sacra fierent; atque unde in eos sumtus pecunia erogaretur. Cetera quoque omnia publica privataque sacra pontificis scitis subjecit; nec cœlestes modo cærimonias, sed justa quoque funebria, placandosque Manes, ut idem pontifex edoceret. Non multo post, quatuor sunt creati pontifices, quos 'minores' Livius appellat, et unum maximum: qui numerus ad M. Valerium et Q. Apuleium coss. id est, annos amplius quadringentos permansit: quo tempore octo primum lege Ogulnia pontifices, omnes de plebe creati sunt. Hic numerus ad Sullam usque dictatorem permansit, quem tandem ad quindecim ampliavit.

[b] *Inventa*] Inventa dicuntur leges, quæ a nobis proficiscuntur, et in

tum nihil præclarius, quam quod [2] eosdem et religionibus Deorum immortalium, et summæ reipublicæ,[c] præesse voluerunt; ut amplissimi et clarissimi [3] cives rempublicam, bene gerendo, [pontifices[4]] religiones sapienter interpretando,[d] [rempublicam] conservarent. Quodsi ullo tempore magna causa in [5] sacerdotum populi Romani judicio ac potestate versata est; hæc profecto tanta est, ut omnis reipublicæ dignitas, omnium civium salus, vita, libertas, aræ,[e] foci,[f] Dii penates,[g] bona, fortunæ, domicilia, vestræ sapientiæ, fidei, potestatique [6] commissa creditaque esse videantur. 2. Vobis hodierno die constituendum est,[7] utrum posthac amentes ac perditos magistratus [h] improborum ac

CAP. I. 1 Duo Mss. Lambini præpositionem omittunt.—2 Post *quod* vulgo inseritur *vos*, quod Ern. et Schutz. deleverunt auctoritate duorum Mss. Lambini.—3 H et S *carissimi*. Tum, ψ *reipublicæ*.—4 *Pontifices*, et paulo post *rempublicam* Ern. conjecit delend. In Pall. nonnullis deest *pontifices*. Pro *sapienter* C et χ *religionibus*. In S, Franc. 1. Barb. Pall. aliquot, ed. 1472. Ven. 1480. *religiones religionibus sapienter int.* Pantagathus scribi jussit *religiosissimi religiones sap. int. eamque conserv.* Lamb. 1566. *religiosissimi religiones sap. int. remp. conserv.* A Dresd. absunt verba *religiones sap. int.*—5 Nonnullæ edd. vett. cum Grutero *in* omittunt. Dein, C *sacerdotis.*—6 Lamb. e Mss. suis edidit *potestati*, copula omissa.—7 T *Vobis hodie const.*

NOTÆ

nostra repub. natæ sunt; instituta vero, quæ ab exteris nationibus ad nos pervenerunt: Romani enim partim suis legibus, partim alienis utebantur.

[c] *Et summæ reipublicæ*] Summa reipub. agebatur in religione et criminibus. Inter pontifices plerique erant senatores, atque adeo publici consilii principes. Certe ad Att. lib. IV. sic ait: 'Kal. Octob. habetur senatus frequens, adhibentur omnes pontifices qui erant senatores.'

[d] *Religiones interpretando*] Dionys. lib. II. pontifices ait de omnibus causis ad sacra pertinentibus judicare, tam inter magistratus sacrificos, quam inter privatos homines; et a profano etiam et imperito vulgo de cultu Deorum ac geniorum, aliisque religionibus consuli.

[e] *Aræ*] Ara nomen habet ab 'ardendo,' quod in ea victimæ incensæ ardeant; vel a similitudine arearum; quod sicut illæ in urbe puræ sunt, ita et aras Deorum puras esse oportet.

[f] *Foci*] Foci ponuntur pro re nobis maxime cara, qualia sunt propria bona.

[g] *Penates*] Penates quasi penites dicti sunt, quod penitissimi Dii sint et proprii, per quos spiramus.

[h] *Amentes ac perditos magistratus*] Clodium intelligit, qui tribunus plebis domum ejus incendit, et in ejus area Libertatis templum exstruxit.

sceleratorum civium[i] præsidio nudare, an etiam Deorum immortalium religione armare[k] malitis. Nam si illa labes ac flamma[8][l] reipublicæ suum illum pestiferum et funestum tribunatum, quem æquitate humana tueri non potest, divina religione defenderit; aliæ cærimoniæ[m] nobis[9] erunt, alii antistites[n] Deorum immortalium, alii interpretes religionum[o] requirendi. Sin autem vestra auctoritate sapientiaque, pontifices, ea, quæ furore improborum in[10] republica, ab aliis oppressa,[p] ab aliis deserta,[q] ab aliis prodita,[r] gesta sunt, rescinduntur;[11] erit causa, cur consilium majorum in amplissimis viris ad sacerdotia[s] deligendis,[12] jure

est. Mox, Franc. 1. *am. et perd.*—8 C *labes et flamma.*—9 In C et χ deest *nobis.*—10 Mss. ap. Ursin. carent præpositione ante *republica.*—11 Pantagathus conjecit *rescindentur*, et Ern. *rescindantur.* Mox, pro *cur* in C H χ legitur *qua.*—12 Ms. ap. Lamb. *diligendis*, unde is conjecit *dilegendis.* In C H S

NOTÆ

[i] *Sceleratorum civium*] Clodius, opera sceleratorum civium, multa contra viros bonos molitus est in tribunatu suo; immo quo die lata lex est de reditu Ciceronis, cædibus multis in foro factis per gladiatores, voluit illum prohibere comparatis ad cædem gladiatoribus.

[k] *Religione armare*] Clodius scelus suum specie religionis texit, cum incensam a se Ciceronis domum in templum convertit.

[l] *Nam si illa labes ac flamma*] Ostendit quam fatalis fuerit Clodii tribunatus, qui instar labis affert dedecus, instar flammæ exitium.

[m] *Cærimoniæ*] De cærimoniis Isidorus lib. VI. cap. ult. sic loquitur: 'Cærimoniæ apud Latinos dicuntur sacra omnia quæ apud Græcos ὄργια vocantur.'

[n] *Antistites*] Antistites sunt qui in administranda religione principem locum tenent.

[o] *Interpretes religionum*] Antistites sunt pontifices, ad quos pertinet religiones interpretari: alios autem cum cærimoniis quærendos interpretes religionis dicit; quia, qui funguntur his modo muneribus, favere sceleri non possunt et impietati.

[p] *Ab aliis oppressa*] Clodius oppressit rempublicam, cum per vim et cædes prohibere voluit, ne lex de Ciceronis reditu ad populum ferretur.

[q] *Ab aliis deserta*] Pompeius, Cæsar, et Crassus deseruerunt rempublicam, cum passi sunt impune Ciceronem ab ea ejici.

[r] *Prodita*] Prodiderunt Piso et Gabinius consules, cum supplicantem totum senatum pro Cicerone, et equestrem ordinem, cum multitudine quæ ex tota urbe et universa Italia convenerat, superbissime repulerunt.

[s] *Sacerdotia*] Conciliat sibi pontifices, suaviterque impellit a consilio majorum, ut tantis malis illatis a Clodio resistere velint, cum ab illis ideo instituti sint, ut quæ contraria sunt religioni, rescindant.

ac merito laudare possimus. 3. Sed, quoniam ille demens, si ea,[13] quæ ego per hos dies in senatu de republica sensi,[t] vituperasset,[14 u] aliquem se aditum[x] ad aures vestras esse habiturum putavit; omittam[15] ordinem dicendi meum: respondebo hominis furiosi non orationi, qua ille uti non potest,[y] sed convicio,[z] cujus exercitationem cum intolerabili petulantia, tum etiam diuturna impunitate munivit.

II. Ac primum[16] illud a te, homine vesano ac furioso,[a] requiro,[a] quæ te tanta pœna tuorum scelerum flagitiorumque vexet, ut hos tales viros,[b] qui non solum consiliis suis, sed etiam specie ipsa[b] dignitatem reipublicæ sustinent, quod ego, in sententia[17] dicenda, salutem civium[c] cum ho-

[a] *Peto.* [b] *Majestate sua.*

χ *eligendis.*—13 Dresd. *si omnia.*—14 H *vituperassent.* Pro *aliquem* in C H χ ψ *aliquando.*—15 Dresd. et Guelf. *non omittam:* sic quoque edidit Grævius. Ern. conjecit legend. *omittam consuetudinem dicendi meam.*

NOTÆ

[t] *Per hos dies in senatu de republica sensi*] Quo tempore rediit Cicero ab exilio, facta est summa annonæ caritas, adeo ut tumultuaretur multitudo, et consulares non auderent in senatum venire, quod tuto negarent posse se sententiam dicere: at factum est senatusconsultum, suadente Cicerone, atque ex eo lex promulgata, ut Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur.

[u] *Vituperasset*] Videtur Clodius orationem habuisse apud pontifices, quo se muniret contra Ciceronem, quem oraturum esse prospiciebat.

[x] *Aliquem aditum*] Quia Pompeii gloriæ Clodius invidebat, credidit se in odium adducturum Pompeium, quod sine consularibus senatus illud consultum factum esset. Plerique autem ex pontificibus illis erant consulares.

[y] *Qua ille uti non potest*] Habere orationem pertinet ad hominem prudentem, non ad dementem et furiosum, qualis est Clodius, a quo nihil sapienter dici potest.

[z] *Sed convicio*] Convicium, inquit Ulpianus, dicitur vel a concitatione, vel a conventu, hoc est a collatione vocum: cum enim in unum plures voces conferuntur, convicium appellatur, quasi convocium; aut etiam cum unius plures et repetitæ voces in unum aliquem jactantur.

[a] *Homine vesano ac furioso*] Vesanus est qui parum judicio sanus est; furiosus, qui judicium omnino corruptum habet: talis autem fuit Clodius.

[b] *Tales viros*] Clodius dictitabat pontifices Ciceroni iratos esse, quod Pompeio annonæ procurationem committendam esse censuerat.

[c] *Salutem civium*] Contendit Cicero non sibi ea de causa esse iratos pontifices; quia salus civium annonæ

nore Cn. Pompeii conjunxerim, mihi esse iratos, et aliud de summa hoc tempore[18] religione[d] sensuros, ac me absente senserint, arbitrere. 4. Fuisti tu,[19] inquit, apud pontifices superior:[e] sed jam,[20] quoniam te ad populum contulisti, sis inferior, necesse est. Itane vero? quod in[1] imperita multitudine[f] est vitiosissimum, varietas et inconstantia, et crebra, tanquam tempestatum, sic sententiarum, commutatio, hoc tu ad hos transferas, quos ab inconstantia gravitas, a libidinosa sententia[g] certum et definitum jus religionum, vetustas exemplorum, auctoritas[2] literarum monu-

Cap. ii. 16 χ *At primum.*—17 C et χ *cum sent.*—18 Verba *hoc tempore* non agnoscunt T, Franc. Barb. Pal. 4. et ed. 1472. In Pal. 9. *hujus temporis.* Naug. Manut. Lamb. *de summa relig. hoc temp.* et sic duo Mss. Lambini. Mox, pro *absente* C H χ, Franc. Barb. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. Junt. et Hervag. habent *præsente.* Paulo post, *arbitrare* C H S T χ: *arbitrarere* Franc. 1.—19 Hotom. conjecit *tum* legendum, prob. Ern. Lambinus dedit *Fuisti, inq., tum ap. pontif.* Dein, C χ *superiores.*—20 C H S T χ ψ *sed etiam.* Pro *populum* Lamb. e conjectura dedit *Pompeium.*—1 T caret præpositione.—2 χ *auc-*

NOTÆ

caritate periclitabatur: quare ipsis erat subveniendum: at nemo melius Pompeio id poterat.

[d] *De summa religione*] Consecrata fuit domus Ciceronis, impellente Clodio, cujus in area templum exstrui curavit Libertati sacrum. Respondet Cicero, quod si se absente domus consecrationem improbarunt pontifices, jam tum se ipso præsente eam improbabunt. Nam cum in senatu a Clodio de domo Ciceronis absentis consecranda actum est, nemo ei assensit.

[e] *Superior*] Objicit Ciceroni Clodius quod revera fuerit apud pontifices superior, quando consecratio domus ejus ab eis est improbata; at inferior, quando de annona committenda Pompeio apud populum effecit; quasi hæc procuratio pontificibus, qui optimates erant, displicuisset.

[f] *Quod in imperita multitudine*] Clodium increpat, qui tam parum sanæ mentis est, ut, et vitia imperitæ multitudinis, ac præsertim levitatem et inconstantiam in viros tam graves cadere credat.

[g] *Libidinosa sententia*] Libidinosa sententia est quam non ratio, sed libido temere regit; qua abduci pontifices non possunt: 1. Quia certum jus habent et definitum, quod in rebus religionis sequi necessario debent. 2. Quia idem jus multis veteribus exemplis confirmatum est. 3. Habent literarum auctoritatem, in quibus ea omnia continentur, quæ scripta sunt de jure dedicandi, et quæ in inferenda vel tollenda religione facienda sunt. 4. Habent monumenta rerum quæ religionis indicio conservatæ sunt. A quibus omnibus cum in jure decernendo deflectere pontifices non possint, regi inconstantia non posse manifestum est.

mentorumque deterret? Tune es ille, inquit,[h] quo senatus carere non potuit? quem boni luxerunt? quem respublica desideravit? quo restituto, senatus auctoritatem restitutam putabamus?[3] quam primum adveniens prodidisti? Nondum de mea sententia dico: impudentiæ primum respondebo tuæ. III. 5. Hunc igitur, funesta reipublicæ pestis, hunc tu civem ferro, et armis, et exercitus terrore,[i] et consulum scelere,[k] et audacissimorum hominum minis, servorum delectu,[4] obsessione templorum,[l] occupatione fori,[m] oppressione curiæ, domo et patria, ne cum improbis boni ferro[5] dimicarent, cedere curasti;[c 6] quem a senatu, quem a bonis omnibus, quem a cuncta Italia desideratum, arcessitum, revocatum,[7] conservandæ reipublicæ causa, confiteris? [*p.* 214.] At enim in senatum venire, in Capitolium intrare turbulento illo die[n] non debuisti.[8] 6. Ego vero

[c] *Coëgisti.*

tores.—3 χ ψ *putamus.*

Cap. III. 4 χ *deletu.* Lamb. e Mss. *dilectu.*—5 In C H S χ deest *ferro.*—6 Lamb. e conjectura dedit *coëgisti.*—7 In χ *renovatum.*—8 Idem Ms. *debu-*

NOTÆ

[h] *Tune es ille, inquit*] Cum vidisset Clodius rogante Cicerone delatam fuisse Pompeio annonæ procurationem, id ei objecit tanquam quod indignum eo cive, quo carere non potuit senatus, quem boni luxerant, &c. quia eam eo tempore suaserat cum multi senatores et consulares aberant, et liberæ propter seditiones non erant senatus sententiæ. At hæc eadem verba Clodii arripit, atque iis utitur ad eum convincendum impietatis, quod se civem eum, quo carere rempub. non posse fatebatur, cedere patria et domo coëgerit: ab ea autem abire maluit Cicero, quam ut pro se motus aliquis excitaretur in repub. Coëgit autem abire, 1. terrore exercitus; 2. consulum scelere; 3. minis impiorum civium; 4. gladiatorum armis; 5. obsessione templorum, &c.

[i] *Exercitus terrore*] Cæsar comparatum habebat exercitum ut proconsul in Gallias abiret, quo Clodius, quasi Cæsaris amicus, ad injiciendum suis adversariis timorem utebatur. De hoc loquitur in orat. pro Sext.

[k] *Et consulum scelere*] Pisonis et Gabinii scelere et avaritia, quibus provincias et pecuniam pollicitus fuerat Clodius, Cicero abire compulsus est.

[l] *Obsessione templorum*] A Clodianis palam in templum Castoris arma deportata sunt.

[m] *Occupatione fori*] Quo die, ut scribit Dio lib. XXXIX. lex ad populum ferebatur, Clodius, acceptis a fratre Appio gladiatoribus, quos ille in funere Marci propinqui sui daturus erat, impetu in multitudinem facto, multos vulneravit, multosque occidit.

neque veni, et domo[9] me tenui, quamdiu turbulentum tempus fuit; cum servos tuos ad rapinam,[10] ad bonorum cædem paratos, cum illa tua consceleratorum[11] ac perditorum manu, armatos,[12] in Capitolium tecum venisse constabat. Quod cum mihi nuntiaretur, scio[13] me domi mansisse, et tibi, et gladiatoribus tuis instaurandæ cædis[o] potestatem non fecisse. Posteaquam mihi nuntiatum est, populum Romanum in Capitolium, propter metum atque inopiam rei frumentariæ,[p] convenisse; ministros autem scelerum tuorum perterritos, partim amissis gladiis, partim ereptis, diffugisse;[14] veni non solum sine ullis copiis ac manu, verum etiam cum paucis amicis. 7. An ego,[q] cum P. Lentulus consul, optime de me ac de republica meritus, cum Q. Metellus,[r] qui, cum meus inimicus esset, frater tuus,[15] et dissensioni nostræ, et precibus tuis, salutem ac

istis.—9 Nonnullæ edd. vett. *domi.*—10 Mss. pauci et edd. vett. cum Beck. Schutz. et Orell. *ad rapinas.* Lamb. e Ms. edidit *cum servos tuos a te jampridem ad bon. cædem par.* In Pal. 9. et Erf. *ad impiam prædam par.*—11 Franc. 1. *sceleratorum.*—12 Post *armatos* C H S T, Dresd. Franc. Barb. Guelf. cum Græv. Oliv. Beck. et Orell. addunt *etiam.*—13 Wolf. legi mavult *scito.*—14 Franc. 1. Dresd. et Barb. *defugisse.*—15 Franc. 1. omittit verba *frater*

NOTÆ

[n] *Turbulento illo die*] Cum L. Cæcilius Rufus prætor ludos Apollinares daret populo, infima multitudo annonæ caritate concitata tumultuata est; atque illa non solum eos expulit, qui in theatro spectandi causa consederant; sed etiam Capitolii incensionem minata est.

[o] *Instaurandæ cædis*] Fatetur Cicero se non venisse in senatum, ne eadem tempestas et seditio propter se exoriretur, quæ nuper excitata est a Clodio per suos gladiatores, ut jamjam diximus.

[p] *Inopiam rei frumentariæ*] Cum Clodii improbitate frumenti inopia in Ciceronem rejiceretur, sententiam dixit, et in eam factum est senatusconsultum: atque ex eo lex promulgata, ut Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur. Vide epist. 1. lib. IV. ad Att.

[q] *An ego*] Reddit jam rationem quare venerit in Capitolium; quia nempe vocatus est a consulibus, quibus parere debuit; tum maxime propter beneficium quo fuit ab illis affectus, cum Romam ab exilio revocatus est.

[r] *Q. Metellus*] Q. Metellus Nepos, qui sororem Clodii uxorem duxerat, consul Ciceroni vel maxime ex magnis contentionibus reipublicæ fuerat inimicus, permotus cum auctoritate senatus, qui Ciceronem revocari optabat, tum P. Servilii incredibili gravitate dicendi, absens cum M. Tullio rediit in gratiam.

dignitatem meam prætulisset, me arcesserent in senatum; cum tanta multitudo civium, tam recenti beneficio[16] suo, me ad referendam gratiam nominatim vocarent,[17] non venirem; cum præsertim te jam illinc cum tua fugitivorum manu discessisse constaret? Hic tu me etiam, custodem defensoremque Capitolii,[s] templorumque omnium, hostem Capitolinum appellare ausus es, quod, cum in Capitolio senatum duo consules haberent, eo venirem?[18] Utrumne est tempus aliquod, quo in senatum venisse turpe sit? an res illa talis erat, de qua agebatur,[t] ut rem ipsam repudiare,[19] et eos, qui agebant, condemnare deberem? IV. 8. Primum dico senatoris esse boni, semper in senatum venire: nec cum his[20] sentio, qui statuunt minus bonis temporibus in senatum ipsi non venire;[1] non intelligentes, hanc suam[2] nimiam perseverantiam vehementer iis, quorum animum offendere voluerunt, gratam et jucundam fuisse. At enim[3] nonnulli,[u] propter timorem, quod se in senatu tuto non esse arbitrabantur, discesserunt. Non reprehendo:[4] nec quæro, fueritne aliquid pertimescendum. Puto, suo quemque arbitratu[5] timere oportere. Cur ego



tuus. In H est *frater ejus.* Dein, Ms. Hotomanni *discessioni nostræ.*—16 Pro *officio* Ern. e conjectura recepit *beneficio.*—17 In χ, Barb. Ven. 1480. Junt. *vocaret.*—18 Garaton. legi mavult *eo venissem,* et mox *venire turpe sit.* Schutz. omisit *aliquod.* Verba *de qua agebatur* desunt in C H S T χ, Franc. Dresd. Ms. Hotomanni, Ven. 1480. 1483.—19 H *repudiarem:* S *repudiaret.* Pro *et eos* T habet *aut eos.*

CAP. IV. 20 Orell. conjecit *cum iis* legend.—1 C H S T χ, Guelf. Dresd. Franc. Barb. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. *ut ipsi non venirent.*—2 Franc. non habet *suam.* Mox, in C H S χ, Franc. deest *vehementer.* In Dresd. legitur *hanc sententiam nimia perseverantia iis, &c.* Pro *iis* C *his.*—3 Ed. 1472. *Atque enim.* Mox, C *tutos.*—4 χ *reprehendendo.*—5 C H S T χ, Franc. 1. Dresd.

NOTÆ

[s] *Defensorem Capitolii*] Cicero Capitolium defenderat ab incendio in Catilinæ seditione.

[t] *De qua agebatur*] Agebatur tum in senatu de annonæ caritate sublevanda.

[u] *At enim nonnulli*] Respondet Clodio, qui Ciceroni objiciebat, quod aliqui discesserint, ipse vero venerit in senatum. Aliqui certe viri consulares, et plurimi senatores, cum illis diebus senatus de annona habebatur, a senatu abfuerunt, quod tuto se negarent posse sententiam dicere.

non timuerim, quæris? quia te illinc abiisse constabat. Cur, cum viri boni nonnulli putarint, tuto se[6] in senatu esse non posse, ego non idem senserim? Cur, cum ego me[7] existimassem tuto omnino in civitate esse non posse, illuc irem?[8] an aliis licet, et recte licet, in meo metu sibi nihil timere; mihi uni necesse erit et meam et aliorum vicem[9] pertimescere?[d]

9. An, quia non condemnavi[10][x] sententia mea duo[11] consules, sum reprehendendus? Eos igitur[12] ego potissimum damnare debui, quorum lege perfectum est, ne ego indemnatus, atque optime de republica meritus, damnatorum pœnam sustinerem? quorum etiam delicta, propter eorum egregiam in me conservando voluntatem, non modo me, sed omnes bonos ferre oporteret; eorum optimum consilium ego potissimum, per eos in meam pristinam dignitatem restitutus, consilio repudiarem meo?[13] At quam sententiam dixi?[y] 10. Primum eam, quam populi sermo in animis nostris[14] jam ante defixerat: deinde eam, quæ erat superioribus diebus agitata in senatu: deinde eam, quam senatus frequens, tum, cum mihi est assensus, secutus est; [*p.* 215.] ut neque allata[15] sit a me res inopi-

[d] *Timere pro me, et pro aliis.*

Barb. *suo quemque arbitrio:* edd. ante Lamb. *arbitrio suo quemque:* Naug. tamen et Hervag. *suo quemque arbitrio.* Lamb. et Græv. dederunt *arbitratu suo quemque.*—6 In H deest *se.*—7 H *mei.* Pro *existimassem* Pal. 9. habet *sensissem.* Tum, C *tutos.*—8 Pro *illuc irem* Erf. et Pal. 9. habent *illi senserunt:* Ms. ap. Manut. cum Manut. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *illi non item.* Vir doctus in marg. ed. Lamb. ap. Orell. conjecit *illi remanserint* legend.—9 Pro *vicem* C et χ *cedem;* Dresd. Barb. Ven. 1480. *cædem.* In Franc. 1. legitur *necesse non erit . . . cædem pertim.*—10 Franc. 1. *An quod condemnavi.*—11 Al. *duos.*—12 Pro *igitur* in Franc. 1. *autem.* Mox Oliv. *pœnas.*—13 C, Barb. Ven. 1480. Naug. Hervag. Lamb. *meo cons. rep.* T *me cons. rep.*—14 Beck. et Orell. *in animis vestris,* ut habent Dresd. Guelf. Ms. Ursini, sex Oxonn. Mss.

NOTÆ

[x] *Non condemnavi*] Si Cicero non venisset in senatum vocatus a consulibus, visus esset eos condemnare, a quibus ipse lata lege tanquam indemnatus civis fuerat revocatus ab exilio, quod erat damnatorum pœna.

[y] *At quam sententiam dixi*] Jam æquitatem suæ sententiæ, allatis rationibus, proponit.

nata ac recens, nec, si quod in sententia vitium est, magis[16] sit ejus qui dixerit, quam omnium qui probarint. At enim liberum[z] senatus judicium, propter metum, non fuit. Si timuisse eos facis, qui discesserunt; concede, non timuisse eos, qui remanserunt. Sin autem sine iis, qui tum abfuerunt,[17] nihil decerni libere potuit; cum omnes adessent,[a] cœptum est referri de inducendo[e] [18] senatusconsulto. Ab universo senatu reclamatum est. v. Sed quæro, in ipsa sententia, quoniam princeps[b] ego sum ejus atque auctor, quid reprehendatur. Utrum causa capiendi novi consilii[19] non fuit? an meæ partes in ea causa non præcipuæ fuerunt? an alio potius confugiendum fuit? Quæ[20] res, quæ causa major esse, quam fames, potuit? quam seditio? quam consilia[1] tua tuorumque; qui, facultate[f] oblata,[c] ad imperitorum[2] animos incitandos, renovaturum te tua

[e] *Abolendo.* [f] *Occasione.*

edd. Ven. 1483. Hervag.—15 χ *ablata.*—16 C H S ψ *majus.*—17 *Affuerunt* C H S χ, Barb. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. *defuerunt* Dresd. Franc. In Dresd. *tum* omittitur. Dein, edd. Manut. et Car. Steph. *discerni.*—18 *Indicendo* C H S χ: *incendio* Franc. 1. Dresd. et ed. 1472.

Cap. v. 19 Barb. et Mss. Lambini, atque Ven. 1480. Hervag. Naug. Junt. *novi cons. cap.* Græv. *novi cap. cons.*—20 In C H χ ψ, Barb. Ms. Vict. Pall. Ven. 1480. 1483. deest *Quæ.* Pro *res* Mss. plerique et edd. Junt. Naug. Manut. Lamb. Oliv. Lall. Beck. et Orell. habent *vis.* In S *visque:* in T et ed. 1472. *jusque.* Dein, C T, Barb. et Mss. Lambini, atque ed. 1472. Ven. 1480. Hervag. Naug. Lamb. Græv. Beck. et Orell. *major, quam fames, esse pot.*—1 T *quoniam cons.*—2 χ *imperatorum.* Mox, *renovantur* C χ: *revocaturum* Barb. Pro *illa* C χ, Barb. *illis,* et sic edd. nonnullæ, teste Garaton. Verba *ob annonæ* in T desunt. Denique, *putavisti* Franc. 1. ed. 1472. Junt.

NOTÆ

[z] *At enim liberum*] Aliam proponit objectionem, nempe propter metum populi, qui minas circa curiam intentabat, liberum non fuisse senatus judicium. Hanc Cicero diluit enthymemate a repugnantibus.

[a] *Cum omnes adessent*] Postquam metus remissus est, et omnes senatores affuerunt, de illo decreto abolendo, quo annona Pompeio commissa est, actum est: at illud retinendum nemo non judicavit.

[b] *Princeps*] Princeps sententiæ dicitur, qui primus sententiam aperit, quam alii sequuntur. Quærit autem a Clodio quid in illa sententia reprehendendum est, quam ipse prior aperuit de Pompeio.

[c] *Qui facultate oblata*] Rejicit præcipuam causam in famem, ex qua Clodius occasionem motus excitandi in repub. arripuerat.

illa funesta latrocinia ob annonæ causam putarunt? 11. Frumentum provinciæ frumentariæ[d] partim non habebant; partim in alias terras, credo, propter varietatem venditorum,[3][e] miserant; partim, quo gratius[4] esset, tum, cum in ipsa fame subvenissent, custodiis suis clausum continebant, ut subito novum mitterent. Res erat non in opinione dubia, sed in præsenti[5] atque ante oculos proposito periculo: neque id conjectura prospiciebamus, sed jam experti videbamus: nam, cum ingravesceret annona, ut jam plane inopia ac fames, non caritas timeretur; concursus[6] est ad templum[7] Concordiæ factus, senatum illuc[8] vocante Metello consule. Qui si verus[9] fuit,[f] ex dolore hominum et fame; certe consules causam suscipere, certe senatus aliquid consilii capere potuit.[10] Sin in causa fuit annona, seditionis quidem instimulator[11][g] et concitator tu fuisti; nonne id agendum nobis omnibus fuit, ut materiem[g] subtraheremus[h] furori tuo? 12. Quid, si utrum-

[g] *Causam.*

Græv. *putavit* C χ, Dresd. Barb. Vid. Nott. Varr.—3 Grævius conjecit legend. *propter avaritiam vend.*—4 ψ *gratus.*—5 *Præsentia* C H S T χ, Barb. Pall. et edd. vett. cum Græv. Beck. et Orell. Mox, Lamb. conjecit *posito peric.*—6 C *concursum.*—7 *Templum* Gulielmio suspectum est.—8 χ *illic.*—9 Pro *verus* H et S *vetus.* Lamb. dedit *qui si verus timor fuit.*—10 Pro *potuit* Lamb. 1566. *debuit.* Tum, *Si in causa* Barb. *Sin autem causa* T: *Sin causa* Mss. nonnulli, ed. 1472. Ven. 1480. Naug. Hervag. Græv. Oliv. Lall. Beck. et Orell. Hotomannus legi maluit *Sin cassa fuit, &c.*—11 H S et edd. ple-

NOTÆ

[d] *Provinciæ frumentariæ*] Provinciæ frumentariæ sunt, quæ vectigal frumenti singulis annis populo Rom. pendunt: his autem temporibus provinciæ frumento carebant.

[e] *Varietatem venditorum*] Aliam rationem caritatis affert, quod in alias terras missum erat frumentum, quod cum aliis mercibus commutabatur; ideoque Romam non afferebatur.

[f] *Qui si verus fuit*] Si verus fuit, id est, si justa de causa factus est ille concursus, nempe propter famem, consul providere, et senatus de remediis deliberare debuit.

[g] *Seditionis quidem instimulator*] Rejicit causam tumultus et seditionis in Clodium, qui Ciceronis causa hanc inopiam frumenti fuisse populo persuasit.

[h] *Materiem subtraheremus*] Materia seditionis Clodio subtrahebatur procuranda populo per Pompeium annona: quia et ea suppeditabatur, et Pompeius Clodii furoribus opponebatur.

que fuit, et ut[12] fames stimularet homines, et tu in hoc ulcere,[i] tanquam unguis, existeres? nonne fuit eo major adhibenda medicina, quæ et illud nativum et hoc delatum[13] malum[k] sanare posset? Erat igitur et præsens caritas, et futura fames. Non est satis:[14] facta lapidatio est. Si ex dolore plebei,[15] nullo incitante; magnum malum: si P. Clodii impulsu; usitatum hominis facinorosi scelus: si utrumque, ut et[16] res esset ea, quæ sua sponte multitudinis animos incitaret, et parati atque armati seditionis duces; videturne ipsa respublica[l] et consulis auxilium implorasse, et senatus fidem?[h][17] Atqui utrumque fuisse perspicuum est, difficultatem annonæ, summamque inopiam rei frumentariæ, ut homines non jam diuturnam caritatem, sed ut[18] famem plane timerent: nemo negat. Hanc istum[19] otii et pacis hostem causam[20] arrepturum fuisse ad incendia, cædem,[1] rapinas, nolo, pontifices, suspicemini, nisi videritis.[2] 13. Qui sunt homines a Q. Metello, fratre tuo,[3] consule, in senatu palam nominati, a

[h] *Auxilium.*

ræque ante Grut. *stimulator.*—12 χ ψ, Barb. Lall. Beck. et Orell. *ut et.* Mox, in H S χ deest *tu.* Tum, Ms. Vict. *in hoc viscere.* Pro *unguis* Pal. 9. et Ms. Vict. habent *inguen ;* C H S *unguem ;* χ *unguentum.*—13 *Delectum* C H S χ et edd. pleræque ante Lamb. *delictum* Franc. 1. Barb. et Mss. Lambini.—14 Pro *non est satis* T *inde ;* C H S χ, Franc. 1. Barb. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. *inde satis.*—15 Edd. vett. cum Oliv. *plebeio :* C χ *plebis :* T *plebe :* ψ et Ven. 1483. *plebi :* Barb. *plebeo.* Vid. Nott. Varr.—16 C H S T χ carent copula ante *res.*—17 Barb. *fidem senatus.* Tum, C H S *Atque.* Porro, Franc. 1. Dresd. ed. 1472. *utrumque fuisse ad incendia persp. est.*—18 Lamb. *ut* omittit.—19 Mss. nonnulli et edd. ante Lamb. *Hunc istum.*—20 Quidam ap. Lamb. conjecerunt *ansam* legend.—1 C H S χ ψ. Barb. Ven. 1483. Naug. Hervag. Manut. Beck. Schutz. et Orell. *cædes.* Tum, Franc. 1. Barb. Ven.

NOTÆ

[i] *In hoc ulcere*] Ait Clodium fuisse concitatorem illius doloris, similitudine sumta a vulnere.

[k] *Nativum et hoc delatum* [*delectum*] *malum*] Per nativum et delectum malum intelligit internum et externum seu adventitium malum. Nativum autem dicitur, quasi fomes; et delectum, quasi excitatum seditione et furore Clodii.

[l] *Videturne ipsa respub.*] Et propter famem et propter metum seditionis excitandæ a Clodio, respub. debuit consulis, ad quem pertinet ipsi prospicere, et senatus auctoritatem implorare, cujus est edicere consuli in rebus periculosis, ut videat ne quid respubl. detrimenti patiatur.

quibus ille se lapidibus appetitum, etiam percussum esse dixit? L. Sergium et M. Lollium nominavit. Quis est iste Lollius? [m] qui sine ferro ne nunc quidem tecum est: qui, te tribuno plebis, nihil de me dicam, sed qui Cn. Pompeium interficiendum depoposcit. Quis est Sergius? [4] [n] armiger Catilinæ, stipator tui corporis, signifer seditionis, concitator tabernariorum, [o] damnatus injuriarum, percussor, lapidator, fori depopulator, [i] obsessor curiæ. [5] His atque hujusmodi ducibus, cum tu in annonæ caritate in consules, in senatum, in bona fortunasque locupletium, [6] per causam inopum atque imperitorum, [k] repentinos impetus comparares; cum tibi salus esse in otio nulla posset; cum, desperatis ducibus, decuriatos [p] ac descriptos [7] haberes exercitus perditorum; nonne providendum senatui fuit, ne in hanc tantam materiem seditionis [q] ista funesta fax [r] adhæresceret?

VI. 14. Fuit igitur causa capiendi novi consilii. [9] Videte nunc, fuerintne partes meæ pæne præcipuæ. [*p.* 216.]

[i] *Destructor.* [k] *Prætextu salutis et conservationis inopum.*

1480. 1483. *rapinas. Nolo.*—2 χ *videtis.*—3 Franc. 1. *fratre suo.* Tum pro *etiam* H S χ, Barb. et nonnullæ edd. vett. habent *et.*—4 T *Quis est iste Sergius.* —5 Pro *curiæ* in C S T χ, Barb. Ven. 1480. 1483. *patriæ.* Mox, C T χ, Barb. et Ven. 1480. *ejusmodi.*—6 Al. *locupletum.* Dein, Barb. et Ven. 1480. *per causas.* Pro *imperitorum* C H S T χ et nonnullæ edd. vett. *peregrinorum.*—7 H *dec. et descr.*—8 Pro *adhæresceret* Guelf. habet *ardesceret;* Franc. et ed. Wald. *adolesceret.* Paulo ante, Wolf. conjecit *ad hanc tantam mat.* In Barb. *in hac tantam materiem:* alii ap. Garaton. *ne hæc tanta materies sed. ista funesta face adolesceret.* Grævius legi jussit *ne in hac tanta materia . . . adolesceret.*

CAP. VI. 9 Ms. ap. Lamb. *cons. novi.* Mox, in C H S T χ deest *pæne.*—

NOTÆ

[m] *Quis est iste Lollius*] Lollium describit ab adjunctis.

[n] *Quis est Sergius*] Describit Sergium tanquam hominem natum ad seditiones excitandas.

[o] *Tabernariorum*] Tabernarii dicuntur, qui res venales exponunt in tabernis.

[p] *Decuriatos*] Distributos in decurias. Decuria manipulus est decem hominum, cui præest decurio. Objicit autem Clodio eum distributos in decurias homines sceleratos habuisse semper ad seditiones paratos.

[q] *Materiem seditionis*] Seditio ex fame et annonæ caritate proveniebat.

[r] *Ista funesta fax*] Clodius fax dicitur, qui cum suis paratus ad incendia semper fuit.

Quem tum Sergius [10] ille tuus, quem Lollius, quem ceteræ pestes in lapidatione illa nominabant? quem annonam præstare [l] oportere dicebant? nonne me? quid? puerorum [s] illa concursatio nocturna tum [11] a te ipso instituta? Me frumentum flagitabant. Quasi vero ego aut rei [12] frumentariæ præfuissem, aut compressum [m] aliquod frumentum tenerem, aut in isto genere omnino quicquam, aut curatione, aut potestate valuissem. Sed homo ad cædem imminens, meum nomen operis [13] ediderat, [t] imperitis injecerat. Cum de mea dignitate in templo Jovis Optimi Maximi senatus frequentissimus, uno isto [u] dissentiente, decrevisset; subito, illo ipso die, carissimam annonam nec opinata [14] vilitas consecuta est. 15. Erant, qui Deos immortales (id quod ego sentio) numine suo reditum meum dicerent comprobasse. Nonnulli autem illam rem ad illam rationem [15] conjecturamque revocabant, qui, [16] quod in meo reditu spes otii et concordiæ sita videbatur, in discessu autem quotidianus seditionis timor, jam pæne belli depulso metu, commutatam esse annonam dicebant: [17] quæ quia rursus in meo reditu facta erat durior, a me, cujus adventu fore vilitatem boni viri dictitarant, [18] annona flagitabatur.

[l] *Subvenire inopiæ.* [m] *Absconditum.*

10 H S *Quem tu quoque Serg.*—11 Pro *tum*, quod e conjectura dedit Ern. quem Wolf. Beck. et Schutz. secuti sunt, *non* habent Lamb. et Orell. *num* ceteri. —12 In χ deest *rei.*—13 *Operariis* C H S χ, Pall. aliquot, Ven. 1480. 1483. *peritis* Pal. 9. *obæratis* conjecit Gulielm.—14 C *illo ipso, car. ann. inopinata.* —15 Ern. conjecit legend. *nonnulli autem rem ad illam rat.* Gesner. legi maluit *nonnulli autem illam rem ad aliam rat.*—16 *Qui* J. F. Gronovio suspectum est. In ed. Junt. *revocabant. Quid quod.*—17 Ms. Lamb. Barb. Ven. 1480. Naug. Hervag. Car. Steph. *comm. ann. esse dic.* In S deest *annonam.* Edd. nonnullæ *esse* omittunt, errore typographico.—18 Ern. e conjectura dedit *dictita-*

NOTÆ

[s] *Puerorum*] Apposita fuerat multitudo puerorum et servorum, qui de caritate quererentur, et Ciceroni invidiam crearent, quasi calamitatis auctori.

[t] *Operis ediderat*] Per operas, homines operarios intelligit, per quos indicaverat Clodius Ciceronem auctorem esse annonæ; quia tanta eorum undequaque multitudo ad comitia, et ad legem de eo revocando jubendam confluxerat, ut multo gravior annona facta fuerit.

[u] *Uno isto*] Clodius semper Ciceronis dignitati opponebatur.

VII. Ego denique non solum ab operis [19] tuis, impulsu tuo, nominabar, sed etiam, depulsis [20] ac dissipatis tuis copiis, a populo Romano universo, qui tum in Capitolium convenerat, cum illo die minus valerem, nominatim in senatum vocabar.[1] 16. Veni expectatus. Multis sententiis jam dictis, rogatus sum sententiam. Dixi reipublicæ saluberrimam, mihi necessariam.[2] Petebatur a me frumenti copia, annonæ vilitas; quasi possem aliquid in ea re gerenda: non habebatur.[3] Flagitabar bonorum expostulatione: improborum convicia sustinere non poteram. Delegavi amico[x] locupletiori, non quo illi, ita de me[4] merito, onus illud imponerem (succubuissem enim potius ipse); sed quia videbam id,[5] quod omnes: quod nos de Cn. Pompeio polliceremur, id illum fide, consilio, virtute, auctoritate, felicitate denique sua facillime perfecturum.[6] 17. Itaque, sive hunc Dii immortales fructum mei reditus populo Romano[7] tribuunt, ut quemadmodum discessu meo frugum inopia, fames, vastitas, cædes, incendia, rapinæ, scelerum impunitas, fuga, formido, discordia fuisset; sic reditu meo ubertas agrorum, frugum copia, spes otii, tranquillitas animorum, judicia, leges, concordia populi, senatus auctoritas, mecum simul reducta videantur; sive egomet aliquid adventu meo,



rant. Omnes aliæ edd. *dictitabant.* Dein, Pithœus conjecit legend. *ann. flagellabatur.*

CAP. VII. 19 C H S χ *operariis.*—20 Lamb. conjecit *dispulsis.*—1 T *revocabar.*—2 *Salub. ac necess.* C H S χ, Ven. 1480. 1483. probante Grævio: *salub. ac mihi necess.* Naug. et al.—3 Pal. aliquot *non debebatur,* unde Grut. olim conjecit *annona debebatur:* Pal. 9. omissa partic. *quasi,* habet *possem aliquod mea regere accusatione habebatur.* In Pal. 8. emendatum est *hærebatur.* Franc. 1. *non hærebatur.* Unus Paris. partic. *quasi* omissa, *possem aliquid in ea re generatio non habebatur.* Lall. e conjectura Grævii recepit *num poss. in ea re gerenda, ratio non hab.* Ant. Augustinus conjecit *gerenda: nominabar, flagitabar, &c.* Pantagathus ap. Ursin. *quasi possem aliquid in ea re gerenda præ ceteris,* aut, ut ex antecedd. verbis Ursini videtur colligi, *gerenda boni præ ceteris.* Lambinus olim reposuerat, *meæ valetudinis ratio non habebatur.* Quidam ap. eundem conjecerunt *meæ personæ rat. non hab.* Beck. legi mavult *gerendæ ratio non hab.* Vid. Nott. Varr.—4 In T deest *me.*—5 Hotom. censuit *id* redundare. Mox C et χ *pollicemur.*—6 T *profecturum.*—7 Lamb. Grut. et

NOTÆ

[x] *Delegavi amico*] Pompeio munus annonæ commisit Cicero.

consilio, auctoritate, diligentia, pro tanto beneficio populi Romani præstare debui, præsto, promitto, spondeo: nihil dico amplius; hoc, quod satis est huic tempori, dico, rempublicam annonæ nomine, in id discrimen, quo vocabatur,[8] non esse venturam. VIII. 18. Num igitur in hoc officio, quod fuit præcipue meum, sententia mea reprehenditur?[9] Rem maximam eripui e peste[10] summi periculi, non solum eam, sed etiam vos a cæde, incendiis, vastitate; nemo negat: cum ad causam caritatis accederet iste[11] speculator[y] communium miseriarum, qui semper in reipublicæ malis sceleris sui faces inflammarit.[12]

Negat oportuisse quicquam uni extra ordinem decerni.[z] Non jam tibi sic respondebo, ut ceteris; Cn. Pompeio plurima,[13] periculosissima, maxima, terra marique bella extra ordinem esse[14] commissa; quarum rerum si quem pœniteat, eum victoriæ populi Romani pœnitere.[15] Non ita tecum ago. 19. Cum his hæc a me[16] haberi oratio potest, qui ita disputant, se, si qua res ad unum deferenda sit,[17] ad Cn.



Ern. *populi Romani.* Omnes aliæ edd. et Mss. *populo Romano.*—8 *Quod vocab.* sex Oxonienses Mss. Ven. 1483. Naug. *in quod vocab.* Barb. et Ven. 1480.

CAP. VIII. 9 S *reprehendatur.*—10 Mss. plerique et edd. vett. cum Græv. Oliv. Lall. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *a peste.* Ms. Vict. et Mss. Lambini *Rem maximam potuisse summi periculi non solum ea me, sed etiam a cæde, &c.* Pal. 9. *Rem maximam fuisse suum periculum, non solum eam, sed etiam a cæde, &c.* Lamb. dedit *Non solum rem. max. eripui e peste summi peric., sed etiam vos.* Gulielm. conjecit *po. fuisse et summi periculi non solum jam me, sed, &c.*—11 *Accedit et iste* C H S χ ψ, Franc. 1. Dresd. ed. Med. *accedat et iste* T et ed. 1472.—12 Lamb. *inflammaret.* Ern. conjecit scribendum *inflammavit* vel *inflammarat:* unde Schutz. dedit *inflammavit*, ut Wolf. volebat.—13 In Franc. 1. et Dresd. deest *plurima.*—14 Pro *esse* C H S T χ, Barb. Dresd. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. habent *sunt.* In Franc. 1. *commissa sunt.*—15 C H S T χ, Franc. 1. Dresd. Ms. Hotomanni, Guelf. et edd. ante Vict. cum Græv. Wolf. Schutz. et Orell. *necesse est pœnitere.* Lamb. *pœnitere necesse est.* In Ms. Ursini legitur *eum victoris populi Romani necesse est pœnitere.*—16 C H S χ omittunt voces *a me.* Tum, in C S χ *ratio.* Mox, pro *se* C T χ habent *sed.*—17 *Res est ad unum def.* Dresd. et ed. 1472. *res ad unum est def.* Barb. Ven. 1480.

NOTÆ

[y] *Speculator*] Quia Clodium delectabat publica urbis calamitas, eum vocat speculatorem communium miseriarum, quod ex iis occasionem tumultus excitandi nanciscebatur.

[z] *Extra ordinem decerni*] Extra ordinem fieri dicuntur, quæ legitimo et usitato ordine non observato fiunt.

Pompeium delaturos potissimum;[18] sed se extra ordinem nihil cuiquam dare: [*p.* 217.] cum Pompeio datum sit, id se, pro dignitate hominis, ornare ac tueri solere.[19] Horum ego sententiam ne laudem, impedior Cn. Pompeii triumphis;[a] quibus ille, cum esset[20] extra ordinem ad patriam defendendam vocatus, auxit nomen populi Romani, imperiumque honestavit: constantiam probo, qua mihi quoque utendum fuit,[b] quo ille auctore[c] extra ordinem bellum cum Mithridate Tigraneque gessit. 20. Sed cum illis tamen possum aliquid disputare: tua vero quæ tanta impudentia est, ut audeas dicere, extra ordinem dari nihil cuiquam oportere? qui cum lege nefaria[d] Ptolemæum,[e] regem Cypri, fratrem regis Alexandrini, eodem jure regnantem, causa incognita, publicasses,[f] populumque Romanum scelere obligasses; cum in ejus regnum, bona, fortunas, latrocinium[1][g] hujus imperii immisisses, cujus cum patre, avo, majoribus societas nobis et amicitia fuisset; hujus pecuniæ deportandæ, et, si quis suum defenderet,[2] bello gerendo

1483. In ψ *deferendum.* Franc. 1. *sit* omittit.—18 Lamb. *potiss. del.*—19 C H S *orn. et tueri sol.* Tum, Ms. Lamb. *Hor. autem sent.*—20 In Manutii Comment. legitur *tribus triumphis.* Dein, Barb. et Ven. 1480. *quibus cum ille esset.*—1 *Patrocinium* Mss. omnes, Junt. Grut. Oliv. *latrocinium* ceteri.—2 *Si is suum jus def.* Lamb. *si quis suum jus def.* C H S T ψ et edd. vett. paucæ

NOTÆ

[a] *Cn. Pompeii triumphis*] Triumphavit ex Hispania Pompeius, Sertorio et Perpenna; ex Africa, Hierba et Domitio; ex Asia, Mithridate et Tigrane superatis.

[b] *Utendum fuit*] Cicero opus habuit patientia, ut committeret Pompeio negotium hoc necessarium, quia similes Clodio viri resistebant.

[c] *Quo auctore*] Cicero suasit ut Pompeius Mithridaticum bellum gereret, qua de causa habuit orationem pro Lege Manilia.

[d] *Lege nefaria*] Lex nefaria est, quæ lata est contra jus vel humanum vel divinum. Clodium autem hic suomet facto refellit.

[e] *Ptolemæum*] Ptolemæus Ptolemæi Auletis Ægypti regis frater fuit; qui cum Catonem Clodii rogatione adversus se armatum venire audisset, vim non expectavit, sed veneno mortem sibi intulit. Id a Clodio factum est ulciscendæ injuriæ causa, quod rex eum olim a piratis captum neglexisset.

[f] *Publicasses*] Clodius legem tulit, ut Cypri regnum, universaque Gaza regia publicaretur.

[g] *Latrocinium*] Vere ista publicatio latrocinium dici potest, quia contra fidem societatis patri et avo datam, bonis suis lege Clodii spoliatus est.

M. Catonem præfecisti.[h] 21. Dices, Quem virum? Sanctissimum, prudentissimum, fortissimum, amicissimum reipublicæ, virtute, consilio, ratione vitæ, mirabili[3] ad laudem, et prope singulari. Sed quid ad te,[4] [i] qui negas esse verum, quenquam ulli rei publicæ extra ordinem præfici? IX. Atque in hoc solum inconstantiam redarguo tuam; qui in ipso Catone, quem tu non pro illius dignitate produxeras,[n] sed pro tuo scelere subduxeras;[5] quem [k] tuis Sergiis, Lolliis, Titiis,[6] ceterisque cædis et incendiorum ducibus, objeceras; quem carnificem civium, quem indemnatorum necis principem, quem crudelitatis auctorem fuisse dixeras; ad hunc, honorem et imperium extra ordinem nominatim rogatione tua detulisti; et tanta fuisti intemperantia,[l] ut illius tui sceleris rationem occultare non posses. 22. Li-

[n] *Nominaras palam.*

cum Græv. Oliv. Lall. Vocem *jus* omittunt χ, Barb. Dresd. Franc. 1. edd. ante Ald. cum Ern. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. Legendum conjecit Ern. *si is suum def.*—3 *Ratione, vita mirab.* C H S T χ ψ, Franc. 1. Barb. edd. 1472. Ven. 1480. 1483. Junt. Med. Oliv. *ratione vitæ, mirab.* Dresd. Ald. Vict. Manut. Cam. Car. Steph. Lamb. Græv. Lall. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. —4 Ern. legi maluit *quid id ad te.* Mox, pro *verum* Franc. 1. Dresd. ed. 1472. Med. habent *juris;* χ et Barb. *virum.* Tum, H *ulli negotio reip.* Denique *præfeci* χ: *præficiendum* H.

CAP. IX. 5 ‘*Qui in ipso Catone, quem . . . subduxeras*] Hic est vitium orationis, quod nemo vidit superiorum. Nihil est, quod respondeat verbis *qui in ipso Catone.* Aut excidit aliquid, ut *inconstans fuisti*, vel simile quid; aut *qui* delendum est. Deinde punctum scripsi post *subduxeras;* nam in seqq. plena et propria est sententia, *quem . . . objeceras, quem . . . dixeras: ad hunc, &c.*’ Ern. Post *non* H S, Ven. 1480. 1483. addunt *modo.* Ms. Lamb. Naug. Cam. et al. *quem tu in eo non, &c.* Pal. 9. *quem tu meo prod.* T caret particula negativa. In C *perduxeras:* χ *prædixeras.*—6 In C H S T χ, deest *Titiis.*—

NOTÆ

[h] *Præfecisti*] Extra ordinem Catonem huic expeditioni præfecit, cujus auctoritate Clodius suum scelus tegebat: ne vero Catonem læderet, in ejus laudes excurrit occupatione.

[i] *Sed quid ad te*] Ait Cicero non excusari Clodium Catonis virtutibus, quod imperium extraordinarium ei dederit; sed prodere Clodium suam inconstantiam, dum conqueritur decretum fuisse ejusmodi Pompeio imperium, quod ipse Catoni decrevit, non propter ejus virtutes, sed ut eum removeret a republica.

[k] *Quem*] Sententiam dixit de conjuratis ultimo supplicio afficiendis, quam senatus secutus est.

[l] *Intemperantia*] Intemperantia est rerum agendarum perturbatus ordo, qui maxime se prodit in Clodio, qui tam sceleratus fuit, ut Catonem amandarit a republica.

teras in concione recitasti, quas tibi a C. Cæsare missas diceres: 'Cæsar Pulchro:[7] cum etiam es argumentatus, amoris esse hoc signum, cum nominibus[8] tantum uteretur, neque ascriberet, 'proconsul,'[9] aut 'tribuno plebis:' deinde gratulari tibi, quod idem in posterum M. Catonem tribunatu tuo removisses,[10] et quod idem in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem ademisses. Quas aut nunquam tibi ille literas misit; aut, si misit, in concione recitari noluit:[11] [m] aut, sive ille misit, sive tu finxisti, certe consilium tuum de Catonis honore, illarum literarum recitatione patefactum est. Sed omitto Catonem,[n] cujus eximia virtus, dignitas, et in eo negotio, quod gessit, fides et continentia, tegere videntur[12] improbitatem et legis et actionis tuæ.[o] 23. Quid? homini[13] post homines[p] natos turpissimo, sceleratissimo, contaminatissimo,[14] quis illam

7 Pro *Pulchro* in Barb. ed. 1472. Ven. 1480. Hervag. Lamb. legitur *P. Clodio.*—8 Lamb. *quod nom.* prob. Wolfio.—9 *Proconsuli* C S T χ, Barb. ed. 1472. Ven. 1480. Naug. Lamb. *proconsule* e Ms. Franc. edidit Græv. quem Oliv. Wolf. Lall. Beck. et Orell. secuti sunt: sic quoque in H et ψ. Vid. Nott. Varr.—10 Verba *quod idem . . . removisses* in T desunt. Lamb. dedit *grat. tibi, quod M. Catonem a trib. &c.* Pro *idem* (posteriori loco), quod in ψ deest, Ursinus, Gulielm. Gesner. Ernest. maluerunt *eidem.*—11 χ *voluit.* Pro *aut* Ern. conjecit *at* legend. ut est in ed. vet. ap. Wolf.—12 C H S χ *videretur.* In H deest *et* ante *legis.*—13 *Quis provinciam hom.* Junt. Lamb. Grut. *quis homini* Græv. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. Pro *quid*, quod in S et edd. Rom. 1480. Brix. legitur, H habet *qui;* C T χ ψ Dresd. Pall. plerique *quod;* Franc. 1. Barb. ed. 1472. Ven. 1483. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *quis.* Post *quis* edd. vett. a Junt. usque ad Græv. cum Oliv. Lall. addunt] *provinciam,* quod abest a Mss. omnibus. In Pal. 3. legitur *Quis hominum post, &c.*—14 In T deest *contaminatissimo.* Mox, *optimam* C χ, Franc.

NOTÆ

[m] *Recitari noluit*] Clodium adducit in invidiam, quod ad se scriptas a Cæsare literas divulgarit: nam habebatur injuriosum apud Romanos literas publicare. Certe Phil. II. Cic. ostendit Antonium fecisse contra bonos mores, quod literas, quas ei amicus scripserat, aliis legendas dederit, postquam ei factus est inimicus.

[n] *Sed omitto Catonem*] Jam aliis exemplis aggreditur Clodium reprehendere, quæ interrogationibus et repetitionibus amplificat.

[o] *Legis et actionis tuæ*] Tulit Clodius ut M. Cato quæstor cum jure prætorio, adjecto etiam quæstore, mitteretur in insulam Cyprum, et regis Ptolemæi bonis vendendis, et pecuniæ deportandæ præficeretur.

[p] *Homini post homines, &c.*] Gabinium significat, cui Syriam provinciam decreverat Clodius.

opimam fertilemque Syriam, quis bellum pacatissimis[15] gentibus,[q] quis pecuniam[r] ad emendos agros constitutam, ereptam vi ex Cæsaris rebus actis,[16] quis imperium infinitum[s] dedit? Cui quidem cum Ciliciam dedisses,[17] mutasti pactionem,[t] et Ciliciam ad prætorem item extra ordinem transtulisti; Gabinio, pretio amplificato,[u] Syriam nominatim dedisti. Quid? homini teterrimo, crudelissimo, fallacissimo,[18] omnium scelerum libidinumque maculis notatissimo, L. Pisoni, nonne nominatim populos liberos, multis senatusconsultis, etiam recenti lege generi[19] ipsius[x] liberatos, vinctos, et constrictos tradidisti?[o] nonne, cum ab eo merces tui beneficii, pretiumque[20] provinciæ, meo sanguine tibi esset persolutum, tamen ærarium cum eo partitus es? 24. Itane vero? tu provincias consulares,[y] quas C. Gracchus,[1] qui unus maxime popularis fuit, non modo non abstulit ab senatu, sed etiam, ut necesse esset quotannis constitui[2] per senatum, decreta[3] lege sanxit;

[o] *Redegisti in servitutem.*

1. Dresd. et edd. vett. nonnullæ.—15 Post *pacatissimis* Lambinus addidit *inferendum.*—16 *Erept. in Cæs. rebus actis* Franc. 1. *erept. Cæs. rebus actis* Dresd. *erept. vi Cæs. rebus actis* Barb. Ven. 1480. 1483. *erept. ex vi Cæs. rebus actis* χ, Pall. et Ms. Vict. unde Gruter. quærit annon legendum sit *erept. ex Sex. Cæs. rebus actis.* Græviuls conjecit *erept. vi Cæs. rebus.* Lamb. dedit *vi erept. ex Cæs. rebus.*—17 C *dedisset:* χ *dedissem.*—18 C H S T χ *fallacissimo* omittunt.—19 *Soceri* Mss. omnes, Junt. Grut. Græv. *generi* ceteri, e conjectura Manutii.—20 C *pretium.*—1 Al. *Graccus* semper.—2 T *constare.*—3 Hotom. aut

NOTÆ

[q] *Pacatissimis gentibus*] Pacatæ gentes dicuntur, a quibus nullum bellum metuitur, et quibuscum pax inita est.

[r] *Quis pecuniam*] Ex ærario publico pecuniam Gabinio et Pisoni dedit, qua emi debebant agri Campani, lege Cæsaris populo dividendi.

[s] *Imperium infinitum*] Imperium infinitum dicitur, quod nullo termino circumscriptum est.

[t] *Pactionem*] Extra ordinem fecit pactionem.

[u] *Amplificato*] Majore quam pro Cilicia pretio, Gabinio Clodius Syriam dedit.

[x] *Generi* [*soceri*] *ipsius*] Tulit legem Cæsar consul cum Bibulo, ut Achaia, Thessalia, cuncta Græcia liberæ essent; neque, in his, magistratibus pop. Rom. jus dicere liceret: at has provincias cum Macedonia Pisoni Clodius dedit.

[y] *Provincias consulares*] Dicuntur provinciæ consulares, quæ administrari a consulibus debebant.

[*p.* 218.] eas, lege Sempronia [z] per senatum decretas, rescidisti? [a] extra ordinem, sine sorte, nominatim dedisti, non consulibus, sed reipublicæ pestibus? Nos, quod nominatim rei maximæ,[p] pæne jam desperatæ, summum virum sæpe ad extrema reipublicæ discrimina [4] delectum, præfecimus, a te reprehendemur? X. Quid tandem? si, quæ tum [5] illis reipublicæ tenebris,[b] cæcisque nubibus et procellis, (cum senatum a gubernaculis dejecisses, populum e navi exturbasses; ipse archipirata,[c] cum grege prædonum impurissimo, plenissimis velis navigares) [6] si, quæ tum promulgasti,[7] constituisti, promisisti, vendidisti, perferre potuisses, qui locus in orbe [8] terrarum vacuus extraordinariis fascibus [d] atque imperio Clodiano fuisset? 25. Sed excitatus aliquando Cn. Pompeii (dicam, ipso audiente, quod sensi, et sentio, quoquo animo me auditurus est [9]) excitatus,[e] inquam, aliquando Cn. Pompeii nimium diu

[p] *Frumentariæ.*

tolli *decreta* aut legi *rogata* vult. Tum, in S χ ψ, Franc. 1. Barb. Ven. 1480. 1483. Med. *eas leges Sempronias:* C H *eas lege Sempronias:* T *eas lege Sempronia:* Dresd. *illas leges Sempronias:* ed. 1472. *eas leges sempiternas.* Paulo post, pro *decretas* C et χ *decreta.* Vid. Nott. Varr.—4 Pro *discrimina* χ *subsidia*, et mox *reprehenderemur.*

Cap. x. 5 Pro *quæ tum* H habet *tu quas;* χ ψ *quæ tu.* Ante *illis* C H S T χ ψ, Junt. Lamb. Wolf. Beck. et Orell. addunt *in.*—6 χ ψ, Franc. 1. Dresd. et edd. vett. *navigasses.*—7 Franc. 1. *permisisti.* In Dresd. deest. Mox, *perficere potuisti* Franc. 1. Dresd. Barb. et edd. pleræque ante Lamb.—8 Franc. Dresd. Barb. sex Oxonn. Mss. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. *locus orbi.* Garaton. conjecit *locus orbis.*—9 In S desunt verba *dicum . . . auditurus est.* Pro *me*

NOTÆ

[z] *Lege Sempronia*] Sempronius Gracchus tulit, ut senatus quotannis ante comitia consularia, designandis consulibus provincias arbitratu suo decerneret, quas deinde ipsi designati inter se sortirentur: quod ante, vel post designatos, vel post initum consulatum facere solebat: præterea cum antea senatus decreto per tribunos intercedi posset, ne deinceps liceret.

[a] *Decretas rescidisti*] Rescidit legem Sempronii Clodius, quia sine sorte extra ordinem provincias sceleratis consulibus Pisoni et Gabinio dedit. Sorte autem provinciæ ducebantur.

[b] *Illis reipublicæ tenebris, &c.*] Per allegorias sumtas a tempestatibus tristem reipublicæ statum describit.

[c] *Archipirata*] Dux prædonum est archipirata.

[d] *Fascibus*] Magistratus intelligit, quibus fasces, insignia dignitatis, præferebantur.

[e] *Excitatus*] Pompeius veluti sopi-

reconditus, et penitus abstrusus animi dolor, subvenit subito reipublicæ,[10] civitatemque fractam malis, mutam, debilitatam,[11] abjectam metu, ad aliquam spem libertatis et pristinæ dignitatis erexit. Hic vir extra ordinem rei frumentariæ præficiendus non fuit? scilicet tu[12] helluoni[f] spurcissimo, prægustatori libidinum tuarum, homini egentissimo et facinorosissimo, Sex. Clodio,[13] socio tui sanguinis,[g] qui sua lingua etiam sororem tuam a te abalienavit,[14] omne frumentum privatum et publicum, omnes provincias frumentarias, omnes mancipes,[h] omnes horreorum claves lege tua[i] tradidisti. Qua ex re primum caritas nata est; deinde inopia. Impendebat fames, incendia, cædes,[15] direptio: imminebat tuus furor omnium fortunis et bonis. 26. Queritur etiam importuna pestis, ex ore[k]

C H χ ψ habent *modo.* Ante *excitatus* C H χ addunt *vi.*—10 C *remp.*—11 *Mutatam ac debil.* C H S T χ, Barb. Franc. 1. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. Med. *mutilatam* vel *mutilam* Manut. correxit: *nudatam* conjecit Græv.—12 T caret *tu.* Pro *spurcissimo* Ms. Vict. *purgatissimo;* unde Lamb. conjecit *impuratissimo*, Gulielm. *spurcatissimo.*—13 Pro *Clodio* Pal. 9. *Delio;* Ms. Vict. *Clælio;* Dresd. *Celio.* Tum, Pantagathus maluit *socio tui facinoris.* In marg. ed. Gothofred. conjicitur *socio, tuique sang.*—14 C et χ *alienavit.*—15 Franc.

NOTÆ

tus fuerat, cum Ciceronem deseruit, et abire permisit in exilium. Verum Pompeius cum vidisset frequentem senatum dissentiente nullo de ejus reditu retulisse, referente L. Mummio tribuno plebis, se accusans quod Ciceronem prodidisset, ut Plutarchus scribit, de illius reditu, amicorum opera adjutus, agere cœpit, resistente Clodio.

[f] *Helluoni*] Quia omnia consumit fœdissime, helluo dicitur.

[g] *Socio tui sanguinis*] Sextus Clodius socius fuit P. Clodio in turpi suæ sororis consuetudine.

[h] *Omnes mancipes*] 'Manceps,' inquit Festus, 'dicitur, quod manu capiat. Manceps dicitur, qui quid a populo emit, conducitve, quia manu sublata significat se auctorem emtionis esse: qui quidem præs dicitur, quia tam debet præstare populo quod promisit, quam qui pro eo præs factus est.'

[i] *Lege tua*] Tulit P. Clodius trib. pleb. Pisone et Gabinio coss. ut frumentum populo, quod antea senis æris ac trientibus in singulos modios dabatur, gratis daretur, et Sexto Clodio frumentaria procuratio mandaretur: atque ex illa lege adducendo in odium Clodio, concludit annonæ caritatem natam esse.

[k] *Ex ore*] Queritur Clodius, ex impudenti consilio, (per os autem impudentiam sæpe Cicero significat) e Sex. Clodii administratione ereptam esse rem frumentariam, et datam Pompeio.

impurissimo Sex. Clodii rem frumentariam esse ereptam, summisque in periculis, ejus viri auxilium implorasse rempublicam,[16] a quo sæpe se et servatam et amplificatam esse meminisset. Extra ordinem ferri [17] [l] nihil placet Clodio. Quid? de me quod tulisse te dicis, patricida,[18] fratricida, sororicida, nonne extra ordinem tulisti? An de peste [q] civis, quemadmodum omnes jam Dii [m] atque homines judicaverunt, conservatoris reipublicæ, quemadmodum autem tute ipse confiteris, non modo indemnati, sed ne accusati quidem, licuit tibi ferre, non legem, sed nefarium privilegium,[n] lugente senatu, mœrentibus bonis omnibus, totius Italiæ precibus repudiatis, oppressa captaque republica? mihi, populo Romano implorante, senatu poscente, temporibus reipublicæ flagitantibus, non licuit de salute populi Romani sententiam dicere?[19] 27. Qua quidem in [20] sentenția, si Cn. Pompeii dignitas aucta est, conjuncta cum utilitate communi, certe laudandus essem, si ejus dignitati suffragatus viderer, qui meæ saluti opem et auxilium tulisset. XI. Desinant, desinant [1] homines, iisdem machinis,[o] sperare me restitutum posse labefactari, quibus

[q] *De capite.*

1. *Impendebant cædes, fames, incendia.*—16 C χ *reip.* Sex Oxonn. Mss. omittunt præpositionem ante *quo.* Dein, in T deest *sæpe*, atque etiam copula ante *servatam.*—17 T *fieri.* In C et H deest.—18 C *paricida:* Vict. Manut. *parricida:* χ *patricidia, fratricidia, sororicidia.*—19 Ms. Gembl. *de sal. publicam sent. dic.* unde Grut. scribi maluit *de sal. publica sent. dic.*—20 Wolf. præpositionem ante *sententia* deleri mavult. Lambinus præpos. *cum* ante *utilitate* omisit. Ms. Barb. ita locum exhibet, *Qua quidem in sent. sic Gn. Pomp. dign. aucta est, ut conj. sit cum util. comm.* In Franc. 1. Dresd. ed. 1472. *certe laud. essem . . . tulisset. Desinant.*

NOTÆ

[l] *Extra ordinem ferri*] Accusat Clodium impudentiæ singularis, qui nihil velit ferri extra ordinem, cum extra ordinem de Ciceronis exilio tulerit.

[m] *Omnes Dii*] Dii reditui Ciceronis favere visi sunt, quia tunc viliorem annonam reddiderunt.

[n] *Privilegium*] Privilegium jussum populi est, aut plebis, rogante magistratu, non generale, neque de universis civibus, sed de singulis conceptum, ut de imperio Pompeii, de reditu Ciceronis. Vide Gellium x. 20. illud autem frequentatione per dissolutionem amplificat.

[o] *Iisdem machinis*] Per machinas, calumnias insidiosas intelligit.

antea stantem perculerunt.[2] [p] Quod enim par amicitiæ [q] consularis [3] fuit unquam in hac civitate conjunctius, quam fuimus inter nos, ego et Cn. Pompeius? quis apud populum Romanum de illius dignitate industrius,[4] quis senatui sæpius dixit? qui tantus fuit labor, quæ simultas, quæ contentio, quam ego non pro illius dignitate susceperim? qui ab illo in me honos, quæ prædicatio de mea laude, quæ remuneratio benevolentiæ prætermissa est? 28. Hanc nostram conjunctionem, hanc conspirationem in republica bene gerenda, hanc jucundissimam vitæ atque officiorum omnium societatem, certi homines fictis sermonibus et falsis criminibus diremerunt;[5] cum iidem illum, ut me metueret,[6] me caveret, monerent; [*p.* 219.] iidem apud me, mihi illum esse [7] uni inimicissimum, dicerent; ut neque ego, ab illo quæ mihi petenda essent, satis audaciter [8] petere possem; neque ille, tot suspicionibus certorúm hominum et scelere exulceratus,[9] quæ meum tempus [r] postularet, satis prolixe mihi polliceretur. 29. Data merces est [s] erroris mei magna, pontifices, ut me non solum pigeat stultitiæ meæ, sed etiam pudeat; qui, cum me non repentinum aliquod meum tempus,[10] sed veteres multo ante suscepti et provisi labores, cum viro fortissimo et clarissimo conjunxissent, sim passus [t] a tali amicitia [11]

Cap. xi. 1 *Desinant* semel tantum legitur in C T.—2 ψ *pertulerunt.*—3 *Consularis* omittunt C H S T, Franc. 1. Dresd. Barb. et edd. pr.—4 C S χ, Manut. et Lamb. *illustrius*, prob. Ern. Mox, Guelf. *senatus:* Lamb. *in senatu*, prob. Ern.—5 C *dirimerint.*—6 χ *metuerent:* ψ *metuerunt.* Lamb. *metueret, sibi a me.*—7 χ *illum idem esse.*—8 Al. *audacter.*—9 *Sceleratus* C χ: *scelere exvisceratus* Franc. 1. Dresd. ed. 1472. Mox, C et χ *mecum tempus.*—10 Mss.

NOTÆ

[p] *Perculerunt*] A voce 'percello,' in præterito 'percellui' et 'perculi.' Proprie est de statu mentis dejicere.

[q] *Quod enim par amicitiæ*] Suam cum Pompeio amicitiam ex signis commendat.

[r] *Meum tempus*] Adversum suum tempus intelligit.

[s] *Data merces est*] Confitetur hic errorem suum, et pudere facti sui ostendit.

[t] *Sim passus*] Fictis et falsis sermonibus passus est se in errorem induci.

distrahi; neque intellexerim, quibus aut ut apertis[12] inimicis obsisterem, aut ut insidiosis amicis non crederem. Proinde desinant aliquando me iisdem inflammare[13] verbis: 'Quid sibi iste vult?[u] nescit, quantum auctoritate valeat, quas res gesserit, qua dignitate sit restitutus. Cur ornat eum, a quo desertus est?' 30. Ego vero neque me tum desertum puto, sed pæne[14] deditum: nec, quæ sint in illa reipublicæ[15] flamma[r] gesta contra me, neque quomodo, neque per quos, patefaciundum mihi esse arbitror. Si utile reipublicæ fuit, haurire[s] me unum pro omnibus illam indignissimam calamitatem; etiam hoc utile sit,[16] quorum id scelere conflatum sit, me occultare et tacere. Illud vero est hominis ingrati tacere. Itaque libentissime prædicabo, Cn. Pompeium studio et auctoritate, æque ut[17] unumquemque vestrum, opibus, contentione, precibus, periculis denique, præcipue pro salute mea laborasse. XII. Hic tuis, P. Lentule, cum tu nihil aliud, dies et noctes, nisi de salute mea cogitares, consiliis omnibus interfuit: hic tibi gravissimus auctor ad instituendam, fidelissimus socius ad comparandam, fortissimus adjutor ad rem perficiendam fuit: hic municipia[18] coloniasque adiit: hic Italiæ totius auxilium cupientis imploravit:[19] hic in senatu princeps sententiæ fuit: idemque cum dixisset,[t][20] tum etiam pro salute mea populum Romanum obsecravit. 31. Quare istam orationem, qua es usus,[1] omittas licet; post illam sententiam, quam dixeram[2] de annona, pontificum animos

[r] *Incendio.* [s] *Pati.* [t] *Perorasset.*

Lambini *aliquod tempus meum.*—11 Lamb. *passus sim me a tali amic.*—12 Naug. et Cam. *apertissimis.*—13 *Inflare* C H S χ, Barb. Dresd. Mss. Memmian. Ven. 1483. Lamb.—14 Quidam ap. Lamb. *pœnæ.* Ursinus maluit *plane.*—15 C *rep.*—16 Lamb. *utile est.*—17 Sex Oxonn. Mss. non agnoscunt *ut.*

CAP. XII. 18 C *municipius.*—19 C et χ *adoravit.*—20 Quidam, teste Lamb., legunt *cum dixit.* Lallemando videtur deesse *in concione;* et Garaton. censet locum corruptum.—1 C S T χ *est unus.* Tum, Dresd. *amittas.*—2 *Qui dix-*

NOTÆ

[u] *Quid sibi iste vult*] Id est, cur adeo Pompeium extollit? quid spectat, cum ab ipso desertus sit?

esse mutatos: perinde,[3] quasi isti aut de Cn. Pompeio aliter, atque ego existimo, sentiant; aut, quid mihi pro expectatione populi Romani, pro Cn. Pompeii meritis erga me, pro ratione mei temporis faciendum fuerit, ignorent: aut etiam, si cujus forte pontificis[4] animum (quod certo scio aliter esse) mea sententia offendit, alio modo sit constituturus,[5] aut de religione pontificum, aut de republica,[6] quam eum aut cærimoniarum jus, aut civitatis salus coëgerit.

32. Intelligo, pontifices, me plura extra causam dixisse, quam aut opinio[7] tulerat, aut voluntas mea: sed cum me purgatum vobis esse cuperem, tum etiam vestra in me attente audiendo benignitas provexit orationem meam. Sed hoc compensabo brevitate ejus orationis, quæ pertinet ad ipsam cognitionem vestram:[8] quæ cum sit in jus religionis, et in jus reipublicæ distributa, religionis partem, quæ multo est verbosior, prætermittens,[9] de jure reipublicæ dicam. 33. Quid est enim aut tam arrogans, quam de religione, de rebus divinis,[10] cærimoniis, sacris, pontificum collegium docere conari; aut tam stultum, quam, si quis quid[11] in vestris libris invenerit, id narrare vobis; aut tam curiosum, quam ea scire velle, de quibus majores nostri vos solos et consuli et scire voluerunt? XIII. Nego potuisse jure pub-



eram C χ: *qua dixeram* H: *quam qui dixeram* ψ: *qui dixerant* Dresd. *quam dixerim* Lamb. In T illa verba omnino desunt.—3 S T χ, Vict. Manut. Lamb. *proinde*. Pro *quasi* in χ *quas*, et paulo post, *pro Cn. Pompeio*.—4 H et S *pontifices*. Mox, C, Franc. 1. et ed. 1472. *certe*.—5 C S χ *constitutus*.—6 *Aut de religione pontifex, aut de rep. civis* e conjectura Gulielmii dederunt Beck. Schutz. et Orell. probb. Gruter. Garaton. Wolf. Pro *pontificum* T χ, Barb. Pall. plerique, Ven. 1480. et 1483. *pontificis*; Ms. Vict. et Pal. 9. *pontifices*. Pro verbis *de rep. quam eum* Ms. Vict. et Pall. habent *de rep. cujusquam*; Barb. *de republ. civis quam meum aut cær.* sed in marg. ascribitur 'Alii *cujusquam*.' C *de reip. cujusquam*: H *de reip. jure quam eum*: S χ, Ven. 1483. *de r. p. cujusquam meum*: T *de rep. cujusque meum*: Ven. 1480. *de rep. cujusquam metus: aut cær.* Denique in χ deest *salus*.—7 C H S ψ *ut opinio*: Franc. 1. *aut opinio nostra*. Dein, *tulerat* e Franc. 1. dederunt Græv. Lall. Ern. *tulerit* ceteri.—8 Lamb. e Mss. dedit *ad causam cognitionemque vestram*. In Barb. et Ven. 1480. *ad ipsam rem cognitionemque vestram*.—9 Lamb. e Ms. *prætermittam*. —10 Post *divinis* χ addit *dicere*. Tum, Grævius e Ms. Franc. recepit *de cærimoniis, sacris*: Lall. *de cærimoniis sacris*. In Dresd. deest præpositio ante *rebus divinis*.—11 H S T χ *si quis quod*. Mox, C caret *id*.

lico,[x] legibus iis,[12] quibus hæc civitas utitur, quenquam civem ulla ejusmodi calamitate affici, sine judicio: hoc juris in hac civitate, etiam tum,[13] cum reges essent, dico fuisse; [*p.* 220.] hoc nobis esse a majoribus traditum; hoc esse denique proprium liberæ civitatis, ut nihil de capite civis, aut de bonis, sine judicio senatus, aut populi, aut eorum, qui de quaque re constituti judices sint, detrahi possit. 34. Videsne, me non[14] radicitus evellere omnes actiones tuas? neque illud agere, (quod apertum est) te omnino nihil gessisse jure, non fuisse tribunum plebis? hoc dico,[15] esse parricidium.[y] Dico apud pontifices: augures[z] adsunt: versor in medio jure publico. Quod[16] est, pontifices, jus adoptionis?[a] nempe ut is adoptet, qui neque

Cap. xiii. 12 C et H *leg. his.* Mox, χ *quemque civem.*—13 In Ms. Lamb. deest *tum.*—14 Junt. et Lamb. *non* omittunt. Mox, pro *neque* Lamb. habet *me.*—15 In Pal. 9. desunt verba *hoc dico*, quæ Beck. uncis inclusit. Mss. in marg. ed. Lamb. ap. Orell. *hodie.* Tum, Hotom. e Mss. suis dedit *esse te patricium:* Manut. Græv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *esse patricium,* ut in Pal. 9. et duobus Mss. Pariss. Garatonus conjecit Ciceronem scripsisse *adhuc esse patricium.* In ed. Junt. legitur *non fuisse tribunatum plebis tuum, sed*

NOTÆ

[x] *Jure publico*] Jus publicum est, quod ad statum reipublicæ Romanæ spectat, et quod in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit.

[y] *Esse parricidium*] Plerique codices habent *esse patricium.* Certe hanc vocem requirere videtur sententia: ostendit enim non esse legitimum Clodii tribunatum, utpote qui a patriciis descendit ad plebeios: nam inter leges sacratas, hæc adeo custodita est, ut tribunatum nunquam patricii fere ceperint, nisi ad plebem, vel adoptione, vel alia fortasse ratione, (ut de Minutio Augurino tradit cum Plinio Livius) se contulerint.

[z] *Augures*] Augures primum a Romulo instituti et creati tres numero fuerunt, qui suum habuerunt collegium. Deinde quartus a Servio Tullio additus est, tum plures diversis temporibus, adeo ut eorum numerus ad viginti quatuor pervenerit. Qui inter ceteros major, et reliquos ætate superabat, iisque præerat, magister collegii dicebatur. Munus eorum fuit, ex avibus vaticinia observare, signaque rerum futurarum, et a Diis monita contemplari. Aderant autem et augures in hoc judicio, qui pontifices erant, quia hæc causa ad solos pontifices pertinebat.

[a] *Quod est, pontifices, jus adoptionis? &c.*] Ex hoc Ciceronis loco apparet, causas ante legitimas adoptionis quæri, de iisque pontificum collegium cognoscere oportuisse: quas si illi probassent, tum auctoribus pontificibus, lex curiata ad populum a magistratu aliquo, ut a consule, ferebatur: in qua ferenda omnia ser-

procreare jam liberos possit, et, cum potuerit, sit expertus.[b] Quæ deinde causa cuique sit adoptionis, quæ ratio generum ac dignitatis,[c] quæ sacrorum,[d] quæri a pontificum collegio solet. Quid est horum in ista adoptione quæsitum?[x] Adoptat annos viginti[e] natus, etiam minor, senatorem.[17] [f] Liberorumne causa? At procreare potest: habet uxorem: suscepit[18] etiam liberos. Exhæredabit[g] igitur pater filium. Quid? sacra Clodiæ gentis[h] cur intereunt, quod[19] in te est? quæ[20] omnis notio[z] pontificum, cum adoptarere,[1] esse debuit. 35. Nisi forte ex te ita quæsitum est,[i] num perturbare[2] rempublicam seditionibus

[x] *Examinatum.* [z] *Totum collegium.*

parricidium, hoc dico et dico apud pontif.—16 C *Quid.*—17 C *senatorum:* χ *e natorum.* Tum, χ *Liberorum causa.* Pro *At* C habet *Ac.*—18 Schutz. e Pal. 9. et Erf. recepit *suscipiet*, probb. Grut. Garaton. et Wolf. Mox, *Exheredarit* H S T, Pal. S. Dresd. Barb. Ven. 1480. 1483. Junt. *Exhereditarit* C χ et Dresd.—19 H *quo.*—20 C H, Franc. Dresd. ed. 1472. *quia.* Dein, *natio* H T χ, Franc. Dresd. ed. 1472. et aliæ.—1 S ψ et Ms. Lamb. *adoptare:* C *adoptant:* H T χ, Franc. Dresd. Barb. et edd. vett. *adoptaret.*—2 C H T χ ψ

NOTÆ

vari oportebat, quæ in ceteris ferendis legibus de more servanda erant. Modestinus addit aliquid de ætate; nempe non tantum eum qui adoptat, sed et eum qui arrogat, majorem esse debere eo, quem sibi per adoptionem, vel per arrogationem filium fecit; sed utique plena pubertate, id est decem et octo annis, eum præcedere debere.

[b] *Sit expertus*] Debuit experiri, cum liberos procreare potuit, an revera potuerit.

[c] *Generum ac dignitatis*] Qui adoptantur, amittunt nomen patrium, et nomen accipiunt ab iis a quibus adoptantur.

[d] *Quæ sacrorum*] Sacra privata gentis cujusque fuerunt; quare adoptati, qui in alterius gentem transibant, in ejus gentis sacra transire dicebantur. Vide Val. Max. vii. 7.

[e] *Annos viginti*] Ab ætate reprehendit adoptionem; Clodius enim major fuit natu Fonteio: ergo adoptari ab eo non potuit.

[f] *Senatorem*] Ex dignitate senatoria ætatem ejus arguit: nemo autem in senatu legebatur, nisi saltem annum ætatis vigesimum septimum attigisset.

[g] *Exhæredabit*] Exhæredare, proprie est eum, qui ipso jure hæres designatus erat, ab hæreditate removere. Exhæredabit igitur, seu potius emancipabit pater adoptans filium adoptivum Clodium.

[h] *Sacra Clodiæ gentis*] Sacra patriciæ gentis a Clodio jam retineri non poterant: quia transierat ad sacra familiæ Fonteii, qui plebeius erat.

[i] *Ex te ita quæsitum est*] Cum nulla esset ratio justa cur Clodius adoptaretur, eam refundit in seditiones quas

velles; et ob eam causam adoptari,[3] non ut filius esses, sed ut tribunus plebis fieres, et funditus everteres civitatem.[4] Respondisti, credo, te ita velle. Pontificibus bona causa visa est: approbaverunt. Non ætas ejus,[k] qui adoptabat, quæsita est, ut in [5] Cn. Aufidio, M. Pupio;[l] quorum uterque nostra memoria, summa senectute, alter Orestem, alter Pisonem adoptavit. Quas adoptiones, sicut alias innumerabiles, hæreditates nominis,[m] pecuniæ, sacrorum [6] secutæ sunt. Tu neque Fonteius es,[n] qui esse debebas; neque patris hæres;[7] [o] neque, amissis sacris [p] paternis, in hæc adoptiva [y] venisti.[8] Ita perturbatis sacris, contaminatis gentibus,[q] et quam deseruisti,[r] et quam polluisti,[s] jure Quiritium [9] [t] legitimo tutelarum et hæreditatum relicto,[10] factus es ejus filius contra fas, cujus per ætatem pater esse potuisti.[11] XIV. 36. Dico apud ponti-

[y] *In jus adoptionis.*

perturbari.—3 Ms. Vict. et Pal. 9. *optari.* Mox, in H et S deest partic. *ut.* Ante *filius* Pal. 9. et Ms. Vict. cum Beck. Schutz. et Orell. addunt *ejus,* probb. Grut. Garaton. et Ern. In ed. Hervag. legitur *non ut filius ejus esses.* —4 Lamb. *fund. civ. evert.* Mox, in C et χ deest *te.*—5 C H S T ψ carent præpositione. Dein, iidem Mss. cum Lamb. habent *Puppio.*—6 In χ deest *sacrorum.*—7 Hotom. conjecit legend. *partis hæres.*—8 χ *venistis.*—9 Al. *Quiritum.*—10 Lamb. e Ms. *derelicto.*—11 T *pater ejus esse pot.*

NOTÆ

excitare in republica volebat.

[k] *Ætas ejus*] De Fonteii ætate loquitur, qui annos viginti tantum natus erat.

[l] *Cn. Aufidio, M. Pupio*] Cum illi duo adoptati sunt, eorum ætates quæsitæ sunt. Marcus autem ille Pupius Piso, biennio post Ciceronem, cum M. Messalla consul fuit.

[m] *Hæreditates nominis*] Triplex adoptionis jus edocet: qui enim adoptabatur, adoptivi patris prænomen, nomen, cognomen sic assumebat, ut suum duntaxat nomen, idque inflexum atque immutatum, retineret: v. g. pro Octavius, Octavianus dicebatur.

[n] *Tu neque Fonteius es*] Ab illo Fonteio adoptatus est Clodius.

[o] *Neque patris hæres*] Non erat patris hæres, quia jam emancipatus erat, et propterea exhæredatus.

[p] *Amissis sacris*] Suos adhuc Clodius Deos Penates colebat.

[q] *Gentibus*] Clodiorum et Fonteiorum familias contaminavit Clodius.

[r] *Quam deseruisti*] Deseruit Clodius familiam paternam.

[s] *Polluisti*] Polluit familiam Fonteii, a quo adoptatus est.

[t] *Jure Quiritium*] Jus Quiritium dicebatur, quod civium Romanorum causa proprie ita institutum erat, ut peregrini omnes ejus plane expertes essent.

fices: nego, istam adoptionem pontificio jure esse[12] factam:[u] primum, quod hæ vestræ sunt ætates, ut is, qui te adoptavit,[13] vel filii tibi loco per ætatem esse potuerit; vel eo, quo fuit:[14] deinde quod causa quæri solet adoptandi, ut et[15] is adoptet, qui, quod natura jam assequi non potest, et[16] legitimo et pontificio jure quærat; et ita adoptet, ut ne quid aut de dignitate generum, aut de sacrorum religione minuatur: illud in primis, ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur; ut hæc simulata adoptio[17] filii quam maxime veritatem illam[18] suscipiendorum liberorum imitata esse videatur. 37. Quæ major calumnia est, quam venire imberbem[x] adolescentulum,[19] bene valentem ac maritum;[20] dicere, filium senatorem populi Romani sibi velle adoptare; id autem scire et videre omnes, non ut ille filius instituatur,[z] sed ut e patriciis exeat, et[1] tribunus plebis fieri possit, idcirco adoptari? neque id obscure;

[z] *Adoptetur.*

Cap. xiv. 12 In C H S χ deest *esse.* Mox, Lamb. *quod ex.* Pro *sunt* Ern. e conjectura, cum Wolf. Beck. Schutz. et Orell. dedit *sint.* In Dresd. legitur *quod hoc jure sit ætates:* in ed. 1472. *quod hæ vestræ jure sint ætates.*—13 Post *adoptavit* Franc. 1. ed. 1472. Ven. 1480. Junt. Græv. Lall. Wolf. Beck. et Orell. addunt *patris loco.* Dein, Ms. Lamb. *vel illi tibi loco:* Franc. 1. Barb. ed. 1472. *vel ille tibi loco filii:* C H χ, Ven. 1480. 1483. *vel ille tibi loco.* —14 Mss. nonnulli et edd. ante Grut. non habent verba *vel eo quo fuit.* In C H S χ et al. *vel eo quod fuit:* Franc. 1. *vel ea quæ fuit;* unde Græv. conjecit legend. *vel ea quæ solet.* Vid. Nott. Varr. Mox, pro *causa* H habet *ea.* Tum, Grut. et Græv. *soleat.*—15 Sex Oxonn. Mss. copulam omittunt.—16 Sex Oxonn. Mss. Franc. 1. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. Hervag. Naug. non agnoscunt copulam ante *legitimo,* et eam deleverunt Græv. Wolf. Beck.—17 Pro *adoptio* Pal. 9. Gembl. habent *aditio;* Ms. Vict. *adjectio;* T, Franc. 1. Barb. *adoptatio;* Manut. 1583. *susceptio;* Beck. e conjectura Pantagathi *adeptio:* Gruter. conjecit *adlectio,* et Garaton. *adgnatio.*—18 H *illa.*—19 T *invenire imberbem adolescentem.* Lamb. 1566. et Gruter. *imberbum.*—20 Sex Oxonn. Mss. et ed. 1472. *meritum.* In Franc. 1. legitur *ac maritum dici ejus filium sen. pop. Rom. sibi velle adopt.* ed. 1472. *ac meritum dicens Fulvium sen. pop. Rom. sibi filium velle adopt.* Pro *pop. Rom.* in C *equestrem r.* χ *equi. r.* Tum, Franc. 1. et ed. 1472. *id autem scire et videre omnes possunt.* Pro *et* ante *videre* Vict. et Manut. habent *ut.*—1 In C H χ, Franc. 1. ed. 1472. deest

NOTÆ

[u] *Pontificio jure factam*] Affert rationes quare hæc adoptio non sit facta jure pontificio, ideoque nulla sit.

[x] *Imberbem*] Fonteium designat, qui juvenis filium senatorem adoptabat Clodium.

nam adoptatum emancipari statim,[y] ne sit ejus filius, qui adoptarit. Cur ergo adoptatur? probate[z] genus adoptionis: jam omnium sacra interierint, quorum custodes vos esse debetis; patricius nemo relinquetur.[2] Cur enim quisquam velit,[3] tribunum plebis se fieri non licere?[4] angustiorem[a] sibi esse petitionem consulatus? in sacerdotium[b] cum possit venire, quia[5] patricio non sit locus, non venire? Ut cuique aliquid[a] acciderit, quare commodius sit esse plebeium, simili ratione adoptabitur.[6] 38. Ita populus Romanus brevi tempore, neque regem sacrorum,[c] neque flamines,[d] nec Salios[7][e] habebit, nec ex parte dimidia reli-

[a] *Quodcunque.*

copula ante *tribunus.*—2 Verba *Cur ergo adoptatur . . . relinquetur* absunt a Franc. 1. Dresd. T, Guelf. Barb. In χ et al. *adoptat:* Pal. 9. *adoptabatur:* Ms. Vict. et Ms. ap. Lamb. *adoptabat.* Pro *jam* in H *nam.* Dein, *interierunt* C H S χ, ed. Rom. 1471. aliæque edd. vett. Paulo post, ante *patricius* omnes Mss. et edd. ante Lamb. cum Oliv. Lall. Wolf. Beck. et Orell. addunt *jam.* Pro *patricius* S *patrius;* Rom. 1471. Ven. 1480. 1483. *patrimus.*—3 Ern. e conjectura cum Beck. et Schutz. *velit:* ceteri *vellet.* Pantagathus legi maluit *volet.*—4 T omittit verba *non licere.*—5 H *qua.* Tum, *non is sit locus,* vel *non sit is locus,* C T χ ψ, Barb. Ven. 1480. Hervag. Naug. Junt. Græv. Wolf. Beck. et Orell.—6 χ *adoptabit.* Dein, nonnullæ edd. vett. *Itaque pop. Rom.* In T desunt verba *brevi tempore.*—7 Franc. et ed. 1472. *nec alios:* Lamb.

NOTÆ

[y] *Emancipari statim*] Adoptatum emancipari statim, id est, emancipatus est statim atque adoptatus est. Emancipatio autem, et suitatis, ut dicunt jurisconsulti, et agnationis jus exstinguit: quomodo ergo plebeius manebat, cujus agnatio nihil aliud esse videatur, quam gens? patet nimirum aliud esse gentem, aliud agnationem; ut gens ad patriciorum et plebeiorum qualitatem referatur, agnatio vero ad propinquitatem,

[z] *Probate*] Si probetur hæc adoptio a pontificibus, jam omnia familiarum sacra evertentur, quos tueri ad pontifices pertinet.

[a] *Angustiorem*] Angustior ideo est patriciis, quam plebeiis petitio consulatus, quia veteri jure duo patricii simul consules esse non poterant: poterant vero duo plebeii.

[b] *In sacerdotium*] Per sacerdotium, munus sacerdotii intelligitur; aitque, cum obtineri illa sacerdotia possint, quorum aditus patriciis non patet, neminem eis privari velle.

[c] *Regem sacrorum*] Rex sacrorum fuit sacrificulus sine imperio, solo nomine rex, quod sacra, quæ penes reges erant, obibat.

[d] *Neque flamines*] Tres sacerdotes fuere flamines; alter Jovis, alter Quirini, Martis ultimus. Flamines porro dicti sunt a 'flameo,' hoc est, velamento capitis, quo utebantur. Id autem 'flameum' vocatum a flammeo colore: hujus vero coloris erat, quia erant sacerdotes Jovis tonantis, cui is color convenit. Vide Festum.

[e] *Salios*] Salii fuere Martis sacer-

quos sacerdotes, neque auctores centuriatorum [f] et curiatorum [g] comitiorum : auspiciaque [h] populi Romani, si magistratus patricii creati non sint, intereant necesse est, cum interrex [8] [i] nullus sit, quod et ipsum patricium esse, et a patricio prodi, necesse est. [*p.* 221.] Dixi apud pontifices, istam adoptionem nullo decreto hujus collegii probatam, contra omne pontificium jus factam, pro nihilo esse habendam : qua sublata, intelligis, totum tribunatum tuum concidisse. XV. 39. Venio ad augures ; quorum ego libros, si qui sunt reconditi, non scrutor : non sum in exquirendo jure augurum curiosus : [9] hæc, quæ una cum populo didici, quæ sæpe in concionibus [k] responsa sunt, novi. Negant fas esse agi cum populo, [l] cum [10] de cœlo servatum sit. Quo die de te lex curiata [m] lata esse dicatur, audes negare de cœlo esse servatum ? [11] Adest præsens vir singu-

neque salios. In Dresd. verba *nec salios habebit* omittuntur. Mox, ψ *ex ea parte.* —8 χ *interim.*

CAP. XV. 9 ψ *curiosius.* Mox, H S *dici.*—10 In C et T deest *cum.*—11

NOTÆ

dotes numero duodecim ex patriciis. A Salio autem 'Salii' dicti sunt, quod ancilia per urbem gestantes salire soliti essent. Vid. Varr. de L. L. lib. IV.

[f] *Auctores centuriatorum*] Ii dicebantur auctores, qui ea probabant quæ centuriatis et curiatis comitiis fiebant, quos ex antiquo more, cum senatus e solis patriciis constabat, patricios fuisse oportuit. De comitiis illis fuse dictum est in orat. pro Rabirio § 11. not.

[g] *Curiatorum*] Curiatorum comitiorum species et imago quædam, triginta lictoribus curias repræsentantibus, auspiciorum causa remanserat.

[h] *Auspiciaque*] Penes patricios magistratus auspicia fuere.

[i] *Interrex*] Cum sine summo imperio civitas esset, tum et patricius, et a patriciis interrex prodebatur, qui dies duntaxat quinque imperium obtineret ; a quo alius deinde creabatur, in dies alteros quinque ; itemque alius atque alius eodem modo, dum consules creari possent.

[k] *Sæpe in concionibus*] Mos fuit, ut qui quid per auspicia improbare vellet, is augures, et eum, qui cum auguribus de cœlo servarat, in concionem productos interrogaret, ecquid signi animadvertissent.

[l] *Agi cum populo*] Agi cum populo, id est, creare magistratus suffragiis populi. Creare vero magistratus fas non erat, quando de cœlo observatum erat, et cum adversa erant auguria.

[m] *Lex curiata*] Julius Cæsar legem comitiis curiatis tulerat, ut Clodium a plebeio adoptari liceat.

lari virtute, constantia, gravitate præditus, M. Bibulus: hunc consulem illo ipso die contendo servasse de cœlo. Infirma sunt[n] igitur, tua sententia,[12] acta C. Cæsaris, viri fortissimi? Minime. Neque enim mea jam quicquam interest, exceptis his[13] telis,[b] quæ ex illius actionibus[c] in meum corpus[d] immissa sunt. 40. Sed hæc de auspiciis, quæ ego nunc perbreviter attingo, acta sunt a te. Tu, tuo præcipitante jam, et[14] debilitato tribunatu, auspiciorum patronus[o] subito extitisti: tu M. Bibulum in concionem,[15] tu augures produxisti: te interrogante augures responderunt, cum de cœlo servatum sit, cum populo agi non posse: tibi M. Bibulus quærenti, se de cœlo servasse respondit: idemque in concione dixit, ab Appio,[16] fratre tuo, productus, te omnino, quod contra auspicia adoptatus esses, tribunum plebis[17] non fuisse. Tua denique omnis actio posterioribus mensibus fuit:[e] omnia, quæ C. Cæsar egisset, quæ[18] contra auspicia essent acta, per senatum rescindi oportere; quod si fieret, dicebas, te tuis humeris me custodem urbis in urbem relaturum. Videte hominis amentiam, ubi[19] per suum tribunatum Cæsaris actis illi-

[b] *Calumniis.* [c] *Actis.* [d] *Meam famam.*
[e] *Egisti per tres illos menses posteriores.*



χ *de Cælio esse negatum:* et Franc. 1. *At est præs. vir.*—12 In C H S T χ, Barb. Dresd. Pall. et edd. pr. deest *sententia.* Ab Ald. etiam *tua* abest. Pro *acta* C *facta.* Lamb. dedit *acta, tua sententia.*—13 Lamb. *iis.*—14 C H S χ copulam omittunt.—15 *In concione* C H S χ, Franc. 1. Barb. Dresd. Rom. 1471. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. Cam. Manut. Græv. Wolf. Beck. et Orell. Mox, Lamb. *tibi interroganti.*—16 *Opinio* C χ: *Oppio optimo* H: *Opimio* S et ed. 1472.—17 In C H S χ ψ, Franc. 1. Dresd. Barb. et nonnullis edd. vett. deest *plebis.* Ven. 1480. *tribunum plebem.* Ed. 1472. verba *trib. pl.* post *fuisse* ponit.—18 Quinque Oxonn. Mss. et Mss. Lambini, cum Lamb. Græv. Oliv. Lall. Wolf. Beck. et Orell. *quod.* Augustinus conjecit *quia* legend.—19 C H T χ, Dresd. Barb. Franc. ed. 1472. Ven. 1480. *ut.* Junt. *qui,* ut volebat Ern. In Ven. 1483. deest. Lamb. dedit *Vid. hom. amentiam, qui perire suum*

NOTÆ

[n] *Infirma sunt*] Objectio Clodii, qua in Ciceronem Cæsaris invidia accenditur.

[o] *Auspiciorum patronus*] Cum desineret proxime Clodii tribunatus, quæ contra auspicia facta fuerant a Cæsare, rescindere voluit.

gatus[f] teneretur. 41. Si et sacrorum jure pontifices, et auspiciorum religione augures totum evertunt[20] tribunatum tuum, quid quæris amplius? an etiam apertius aliquod jus populi atque legum? XVI. Hora fortasse[1] sexta diei questus sum in judicio, cum C. Antonium, collegam[p] meum, defenderem, quædam de republica, quæ mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere. Hæc homines improbi ad quosdam viros fortes[q] longe aliter, atque a me dicta erant, detulerunt. Hora nona, illo ipso die, tu es adoptatus. Si quod in ceteris legibus trinum nundinum[r] esse oportet, id in adoptione satis est, trium esse horarum; nihil reprehendo. Sin eadem observanda sunt; si decrevit[2] senatus, M. Drusi legibus,[s] quæ contra legem Cæciliam et Didiam[t] latæ essent, populum non teneri; 42. jam intelligis, omni genere juris, quod in sacris, quod in auspiciis, quod in legibus sit, te tribunum plebis non fuisse.[3] Atque ego[4]

[f] *Conjunctus.*

tribunatum tum demum voluerit, ubi per suum trib. In χ, Barb. ed. 1472. Ven. 1480. deest præpositio ante *suum.* Mox, *alligatus* C H S χ et nonnullæ edd. vett. In ed. Junt. legitur *qui suum tribunatum, Cæsaris actis irritatis tueretur.* —20 C H T χ ψ, Franc. Barb. ed. Rom. Ven. 1480. 1483. *vertunt.*

CAP. XVI. 1 Pro *fortasse* Lamb. edidit *circiter.*—2 χ ψ, Junt. Lamb. Grut. *si* omittunt. Pantagathus correxit *observ.*, *sicut decr.*—3 Post *fuisse* edd. nonnullæ interrogationis notam ponunt.—4 T, Barb. Ven. 1480. *At ego;*

NOTÆ

[p] *Antonium collegam*] Antonius ille, qui collega Ciceronis in consulatu fuerat, de vi a M. Cœlio accusatus et damnatus est.

[q] *Viros fortes*] C. Cæsarem significat, qui legem curiatam de Clodii adoptione consul tulit, ut ille tribunus plebis deinde factus, Ciceronem in exilium pelleret. Vide Sueton. in Jul.

[r] *Trinum nundinum*] Lex nulla ferebatur, nisi promulgata populo per tres nundinas fuisset: at Cæsar legem curiatam de adoptione Clodii tribus horis pertulit.

[s] *M. Drusi legibus*] M. Drusus, tribunus plebis, multas leges tulerat: at Philippus consul, qui ei inimicus erat, obtinuit a senatu, ut leges ejus omnes uno senatusconsulto tollerentur: decretum est enim contra auspicia latas esse, neque iis teneri populum.

[t] *Cæciliam et Didiam*] Tulerunt Q. Cæcilius Metellus et T. Didius coss. anno 655. ne multis de rebus conjunctim una rogatione ad populum ferretur, ne populo necesse esset, in conjunctis rebus compluribus, aut id quod nollet accipere, aut id quod vellet repudiare: item ut in legibus promulgandis trinundinum servaretur.

hoc totum[u] non sine causa relinquo. Video enim quosdam clarissimos viros,[x] principes civitatis, aliquot locis judicasse, te cum plebe jure[5] agere potuisse; qui etiam de me ipso,[6] cum tua rogatione[y] funere[7] elatam rempublicam esse dicerent,[8] tamen id funus, etsi miserum atque acerbum fuisset, jure indictum esse dicebant; [quod de me civi,[9] ac de republica bene merito, tulisses, funestum funus te indixisse reipublicæ; quod salvis auspiciis tulisses, jure egisse dicebant.] Quare licebit,[10] ut opinor, nobis, eas actiones[z] non infirmare, quibus illi actionibus constitutum tribunatum tuum comprobaverunt.[11] [a]

43. Fueris sane[12] tribunus plebis tam jure[b] ac lege,[c] quam fuit hic ipse Rullus,[13] vir omnibus rebus claris-

et sic in marg. Ms. ap. Lamb. Mox, in H S χ ψ deest *non.*—5 Franc. 1. non habet *jure.*—6 In χ ψ *de meo ipso.*—7 *Funere* Ernesto suspectum est.—8 H S χ ψ *dicerem.*—9 Græv. et al. *cive.* Mox, C *reip.* Post *merito* Lamb. addit *civi.* Tum, C S χ ψ *tulisse.* Pro *funestum*, H S T χ ψ, Franc. Dresd. Barb. et edd. pr. *funeste.* Lamb. delevit. Orell. uncis inclusit. Denique, χ habet *induxisse.* Verba *quod de me . . . dicebant* Ernesto suspecta sunt, et absunt a Ms. Guelf.—10 Ms. Car. Steph. *licebat.* Dein, C H S T χ *ejus actiones.* T caret *non* ante *infirmare.*—11 Ven. 1480. *tribunatum tum non compr.* —12 Pro *sane* in Guelf. *tamen*, prob. Ern. Mox, H *mihi jure:* S T χ ψ, Barb. edd. Rom. Ven. 1480. 1483. *in jure.* Dein, *tam lege* Lamb. *legeque* Car. Steph. *quem in lege* T et Barb. *ac lege* e conjectura dederunt Ern. et Schutz. *quam lege* ceteri.—13 *Rullius* C H S χ, Rom. Ven. 1480. 1483.

NOTÆ

[u] *Hoc totum*] Ait omnes rationes omittere, quare tribunus plebis revera Clodius non fuerit.

[x] *Clarissimos viros*] Catonem significat, qui Clodii tribunatui favebat, a quo missus fuerat in Cyprum insulam. Contendebat igitur ille Clodium jure agere potuisse, quasi tum de cœlo servatum non fuisset.

[y] *Tua rogatione*] Fatebantur quidem agi de reipublicæ funere, cum rogationem Clodius contra Ciceronem proposuit, quo tota illa nitebatur; at eam proposuisse legitime, quia salva erant auspicia; quæ si negasset Cato, legem Clodiam de Cicerone latam sustulisset.

[z] *Eas actiones*] Intelligit leges a Cæsare latas, inter quas curiata fuit.

[a] *Comprobaverunt*] Negaverunt leges Cæsaris contra auspicia latas esse, ut Clodii tribunatum, et cum eo suas ipsi actiones constituerent.

[b] *Tam jure*] Transit jam per concessionem ad statum proprium causæ, vultque Clodium tam jure sacrorum et auspiciorum factum esse tribunum plebis quam Rullum, qui huic judicio præsens erat inter pontifices.

[c] *Lege*] Nulla per trinundinum lege promulgata, Cicero abire in exilium a Clodio compulsus est, licet indemnatus.

simus [14] atque amplissimus: quo jure, quo more, quo exemplo legem nominatim de capite civis indemnati tulisti? XVII. Vetant leges sacratæ,[d] vetant XII tabulæ, leges privis [15] hominibus irrogari: id est enim privilegium.[e] Nemo unquam tulit: [*p.* 222.] nihil est [16] crudelius, nihil perniciosius, nihil quod minus hæc civitas ferre possit. Proscriptionis miserrimum nomen illud, et omnis acerbitas Sullani temporis,[f] quid habet, quod maxime sit insigne ad memoriam crudelitatis? opinor, pœnam in cives Romanos nominatim sine judicio constitutam. 44. Hanc vos igitur,[17] pontifices, judicio atque auctoritate vestra tribuno plebis potestatem dabitis, ut proscribere possit, quos velit? Quæro [18] enim, quid sit aliud proscribere. 'Velitis, jubeatis, ut M. Tullius in civitate ne sit, bonaque ejus ut mea [19] sint.' Ita enim fecit, etsi aliis verbis tulit. Hoc plebiscitum [20] [g] est? hæc lex? hæc rogatio est? hoc vos pati potestis? hoc ferre [1] civitas, ut singuli cives singulis versi-

Franc. Ms. Car. Steph. ed. 1472. *Tulius* Dresd. Barb.—14 χ *clarissimis.* In T desunt verba *atque amplissimus.* Tum, C χ *qui jure.*

CAP. XVII. 15 *Privatas* Lamb. *privis* e conjectura Scaligeri ad Festum in 'Privos' dederunt Ern. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *privatis* ceteri. Ante *hominibus* sex Oxonn. Mss. Barb. Rom. Ven. 1480. 1483. addunt *in.* Fortassis, inquit Garaton., aliquis voluit *privatos in homines.* In H superscr. *abrogari.*—16 Franc. 1. *est* omittit.—17 Franc. 1. Dresd. Barb. *ergo.*—18 ψ *Quære.* Pro *quid* in χ *qui.*—19 Verba *ut mea* in T desunt. H χ ψ tantum *ut* omittunt.—20 *Plebecitum* Rom. *plebescitum* Ven. 1480. 1483. *per plebem scitum*

NOTÆ

[d] *Leges sacratæ*] Sacratæ leges dicebantur, inquit Festus, quibus sancitum erat, ut si quis adversus eas fecisset, sacer alicui Deorum esset. Inter autem illas leges, hæc præcipua fuit, 'ut neque privilegium irrogari, neque de capite civis, nisi comitiis centuriatis, rogari liceret.'

[e] *Privilegium*] Privilegium jussus est populi aut plebis, rogante magistratu, non generalis, neque de universis civibus, sed de singulis conceptus, ut de exilio Ciceronis.

[f] *Sullani temporis*] Sulla dictatore, nulla lex servabatur; sed per summum nefas eo volente et jubente, cives Romani ejiciebantur, proscribebantur, &c. quæ crudelitas a Clodio renovatur.

[g] *Plebiscitum*] Plebiscitum est id quod plebs Romana, tribuno plebis rogante, tributis tantum comitiis constituebat. Lex vero a majoribus magistratibus ferebatur, et a toto populo comitiis centuriatis. Invehitur autem in illud plebiscitum tanquam non legitimum, quod a Clodio contra se Ciceronem prolatum est.

culis e civitate tollantur? Equidem jam perfunctus sum: nullam vim, nullum impetum metuo: explevi animos invidorum: placavi odia improborum:[2] saturavi etiam perfidiam et scelus proditorum: denique de mea causa, quæ videbatur perditis civibus ad invidiam esse proposita, jam omnes urbes, omnes ordines, omnes Dii atque homines judicaverunt. 45. Vobismetipsis, pontifices, et vestris liberis, ceterisque civibus, pro vestra auctoritate et sapientia consulere debetis. Nam, cum tam moderata judicia populi sint a majoribus constituta, primum, ut ne pœna capitis cum pecunia conjungatur; deinde, ne, nisi prodicta[3] die, quis accusetur; ut ter ante[h] magistratus[4] accuset, intermissa[h] die, quam[5] mulctam irroget,[i] aut judicet: quarta sit accusatio[k] trinum nundinum prodicta[6] die, qua die judicium sit futurum; tum multa[7] etiam ad placandum, atque ad misericordiam reis[8] concessa sunt; deinde exorabilis populus,[l] facilis suffragatio pro salute; denique etiam si qua res illum diem,[9] aut auspiciis,[m] aut excusa-

[g] *Constituta ante die.* [h] *Interposita.*

Barb.—1 C *ferret.*—2 Verba *placari odia improb.* tres Mss. ap. Lamb. omittunt.—3 Loco *nisi prodicta* C H S χ habent *pro indicta;* Barb. Pall. plerique, Rom. Ven. 1480. 1483. *ne proindicta;* Pal. 9. *deinde proindicta;* Ms. Vict. *ne in prædicta;* Franc. 1. *nisi indicta;* Dresd. *prodicta*, omisso *nisi;* ed. 1472. *nisi, pro indicta;* Naug. et Hotom. *nisi prædicta.*—4 Ald. *tertio ut ante mag.* Franc. 1. Dresd. ed. 1472. *ut cum ante mag.* In edd. vett. nonnullis deest *ter.* Pro *accuset* Lamb. dedit *citet.*—5 Franc. 1. *quæ;* Dresd. *qui.*—6 Franc. 1. *trinundinum*, et χ *pro dicta.* Naug. *prodita:* al. *prædicta.* Tum, C *quo die:* in H et S desunt.—7 Ven. 1480. Naug. et al. *cum multa.*—8 *Ad misorcescendum jam reis* Franc. 1. *miscendum jam reis* Dresd. *ad miserendum jam reis* ed. 1472. Dein, Mss. nonnulli et edd. ante Lamb. *conc. sint:*

NOTÆ

[h] *Ter ante*] Accusatio trinundinum durabat.

[i] *Mulctam irroget*] Irrogare mulctam, est rogare populum, ut mulctam alicui velit imponere. Irrogabant autem soli magistratus.

[k] *Quarta sit accusatio*] Quarta die post trinundinum dies præstituebatur, qua die apud populum reus accusandus erat.

[l] *Exorabilis populus*] Populus facile flectitur erga miseros. Profert hic multa Cicero, quibus severitas judiciorum mitigatur.

[m] *Auspiciis*] Auspicia populi judicium tollebant, si quis obnuntiasset; quia sic quoque cum populo agebatur.

tione,[10] [n] sustulit, tota causa [o] judiciumque sublatum est. XVIII. 46. Hæc cum ita sint in re,[11] ubi crimen est, ubi accusator, ubi testes; quid indignius, quam, qui neque adesse sit jussus, neque citatus, neque accusatus, de ejus capite, liberis, fortunis omnibus, conductos,[p] sicarios,[12] egentes, et perditos suffragium ferre, et eam legem putare? At,[13] si hoc de me potuit,[q] quem honos,[i] quem dignitas,[14] quem causa, quem respublica tuebatur, cujus denique pecunia non expetebatur,[15] cui nihil oberat præter conversionem status et inclinationem [k] communium temporum; quid tandem futurum est iis,[16] quorum vita remota ab honore populari et ab hac illustri gratia est, pecuniæ autem tantæ sunt, ut eas nimium multi, egentes, sumtuosi, nobiles concupiscant? 47. Date hanc tribuno plebis licentiam, et intuemini paulisper [17] animis juventutem, et eos maxime, qui imminere jam cupiditate videntur in tribuniciam potestatem: collegia, medius fidius, tribunorum plebis tota repe-

[i] *Magistratus.* [k] *Mutationem.*

ed. 1472. *conc. sit.*—9 Lamb. legi mavult *illam diem.*—10 Lamb. *aut recusatione.*

CAP. XVIII. 11 Lamb. *Hæc cum ita sint constituta jure:* Barb. *Hæc cum ita sint in re.* Edd. pleræque notas interrogationis ponunt post verba *crimen est, accusator, testes.* Vid. Nott. Varr.—12 Ante *sicarios* χ ψ et edd. vett. addunt *et;* Barb. Dresd. Guelf. *ut.* Hinc Garaton. conjecit scriptum fuisse *conductos fures, sic.* Græv. Oliv. Lall. deleverunt comma post *conductos.*—13 C H S χ ψ *Ac.* Tum, *si hæc* H S T χ ψ.—14 Pro *dignitas* in Franc. 1. *civitas.*—15 Franc. 1. Barb. Ms. Car. Steph. ed. 1472. *expectabatur.*—16 C *his.* Mox χ *suspiciosi.*.—17 Barb. Mss. ap. Græv. ed. 1472. et Græv. omittunt

NOTÆ

[n] *Excusatione*] Moris fuit ut reipublicæ sæpe vel morbi vel alterius rei excusatio permitteretur.

[o] *Tota causa*] Si vel auspiciis vel aliqua excusatione evitabatur dicta die judicium, in eo judicio, et illa tota accusatione nihil actum videbatur: quare accusatori novum de integro judicium altero trinundino instituendum erat.

[p] *Conductos*] Conqueritur de judicio quod contra se factum est, in quo nulla lege citatus est et accusatus: quodque, cum homines mercede conducti, sicarii, egeni de se suffragium tulerint, tamen de se legem latam esse Clodius contendat.

[q] *At si hoc de me potuit*] Argumento utitur a comparatione ex minore, ut ostendat quam periculosum sit ejusmodi judicium.

rientur, hoc jure firmato,[r] quæ[18] coëant de hominum locupletissimorum bonis, præda præsertim populari et spe largitionis oblata.

At quid[19] tulit legum scriptor peritus et callidus? 'Velitis, jubeatis, ut M. Tullio aqua et igni[20] interdicatur?'[s] Crudele, nefarium, ne[1] in sceleratissimo quidem civi[2] sine judicio ferundum. Non tulit, ut interdicatur:[t] quid ergo? 'ut interdictum sit.' O cœnum, o portentum, o scelus! hanc tibi legem Clodius[3] scripsit, spurciorem lingua sua? ut interdictum sit, cui[4] non sit interdictum? Sexte noster,[5] bona venia,[u] (quoniam jam dialecticus es, et hoc quoque ligurris)[x] quod factum non est, ut[6] sit factum, ferri ad populum, aut verbis ullis sanciri, aut suffragiis confirmari potest? 48. Hoc tu scriptore,[7][y] hoc consiliario, hoc ministro, omnium non bipedum solum, sed etiam qua-

paulisper.—18 In χ *firmatoque.*—19 *Atqui* C S χ ψ: *Atque* H: *Aut quid* T. In C H S χ ψ, Barb. Mss. Grævii, et edd. vett. deest copula ante *callidus.* In T verba *et callidus* omittuntur. Vox *peritus* Grævio suspecta est.—20 Mss. plerique et edd. vett. cum Oliv. *ignis.* Vid. Nott. Varr.—1 χ *ut.*—2 Al. *cive.*—3 Lamb. et Schutz. *Sex. Clodius.* Mox, H T et al. *spurcitiorem.*—4 T *cum.*—5 Idem *nostra.* In Dresd. deest. Post *venia* Mss. pauci et edd. pleræque ante Lamb. addunt *dic.* Mox, edd. pr. *Dyaleticus.* In χ ψ, Barb. Pall. sex, Mss. Grævii, edd. Rom. 1472. Ven. 1480. 1483. deest *es.*—6 χ

NOTÆ

[r] *Hoc jure firmato*] Si constitutum sit hoc juris esse, et detur hæc tribunis plebis licentia ferendi leges ejusmodi, brevi invadent in hominum divitum fortunas, allicientque ad se populum spe largitionis.

[s] *Aqua et igni interdicatur*] Formula fuit usitata apud Rom. qua civis in exilium mittebatur, et qua usus est contra Ciceronem Clodius.

[t] *Ut interdicatur*] 'Interdicatur' est futuri temporis, et 'interdictum sit' præteriti temporis; Cicero autem dicit affirmationem rerum præteritarum esse falsam et impossibilem. Si falsa est, ergo is qui eam instituit, non est dialecticus; si impossibilis, non est prudens.

[u] *Bona venia*] Non licebat adversariis interloqui, nisi fas eis fuisset per oratorem. Compellat autem Sextum Clodium, qui scriba erat.

[x] *Ligurris*] Dicuntur ligurrire, qui non uno se cibo satiant, sed ex variis paululum delibant. Vult autem significare Sextum Clodium varias disciplinas primoribus tantum labris degustasse.

[y] *Scriptore*] Fœditatem Sexti Clodii insectatur, qui subscripsit accusationi quæ a Pub. Clodio contra Ciceronem facta est. Sciebat autem Sextus Clodium contra leges agere, neque potuisse quenquam assumere sive scribam, sive pontificem, in quo esset aliqua probitas.

drupedum impurissimo, rempublicam perdidisti? [*p.* 223.] neque[8] tu eras tam excors, tamque demens, ut nescires, hunc[9] Clodium esse, qui contra leges faceret: alios,[10] qui leges scribere solerent. Sed neque eorum, neque ceterorum, in quibus esset aliquid modestiæ, cujusquam tibi potestas fuit: neque tu legum scriptoribus iisdem potuisti uti, quibus ceteri, neque operum architectis;[11] neque pontificem adhibere, quem velles; postremo ne[12] in prædæ quidem societate mancipem,[z] aut prædem socium, extra tuorum gladiatorum numerum, aut denique suffragii latorem[13] in ista tua proscriptione quenquam, nisi furem, aut sicarium,[14][a] reperire potuisti. XIX. 49. Itaque cum tu[15] florens ac potens per medium cohortis popularis[16] volitares; amici illi tui, te uno amico tecti et beati, qui se populo commiserant,[b] ita repellebantur, ut etiam Palatinam tuam[c] perderent:[17] qui in judicium venerant; sive accu-

quod.—7 H et S *proscriptore.*—8 T *prodidisti. Nec.*—9 Car. Steph. omittit *hunc.* Garaton. cum Manut. mavult *Clodium* delere, tanquam e gloss. enatum.—10 Ante *alios* Mss. pauci et edd. vett. addunt *et.*—11 Ms. Ursini *architectum.*—12 Pro *ne* C H S χ *neque.* Pro *societate* Lallem. e conjectura Pithœi et Grævii recepit *sectione.* Tum, *aut prædonem socium* C H S T χ, Barb. Guelf. et edd. ante Junt. *aut prædæ socium* Victor. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Wolf. *aut prædem socium* Manut. Beck. Schutz. et Orell. Maluit Garaton. *ne in pr. quidem sectione manc., aut prædem, socium;* vel *ne in pr. quidem societate manc. aut prædem,* deleto vocab. *socium.*—13 χ *suffr. latronem:* Pal. 9. et Car. Steph. *suffragatorem:* Ms. Vict. *suffragulatorem.*—14 Franc. 1. et Dresd. *non furem, ac sic.* In Ven. 1480. *ut sic.* Barb. Mss. Lambini, Ms. Car. Steph. ed. 1472. Lamb. Græv. *ac sic.* In χ deest *reperire.*

CAP. XIX. 15 T caret *tu.*—16 A Naug. usque ad Grut. cum Oliv. et Lall. editum est *per med. forum popularis:* Pall. et Ms. Vict. *per med. scortum populare.* In C et S quoque *scortum.* Edd. Rom. 1480. Brix. *per med. sortitum popularem:* Dresd. Barb. *per med. scortiis populare:* T *per med. forum scrociis.* Lamb. dedit *per medium forum, scortum populare:* Franc. 1. Junt. Græv. Wolf. Beck. et Orell. *per medium cohortis popularis.* In C S T χ *populare.* Vid. Nott. Varr.—17 Franc. 1. et ed. 1472. *Palatinam tuam: linguam perd.* Pro *tuam* H S *tum.* Pantagathus correxit *Palatinam tribum tuam;*

NOTÆ

[z] *Mancipem*] Manceps dicitur quisquis a populo aliquid emit, aut conducit.

[a] *Sicarium*] Sicarius a 'sica,' latronum gladio, dicitur.

[b] *Populo commiserant*] Committere se populo dicuntur qui in comitiis honores petebant.

[c] *Palatinam tuam*] Per Palatinam, tribum ejus intelligit; erat enim ex Palatina.

satores erant, sive rei; te deprecante damnabantur. Denique etiam ille[18] novitius Ligur,[d] venalis ascriptor[e] et subscriptor[f] tuus, cum M. Papirii, sui fratris, esset testamento et judicio improbatus,[g] mortem ejus se velle persequi[h] dixit: nomen Sex. Propertii detulit. Accusare alienæ damnationis[19] scelerisque socios,[i] propter calumniæ metum, non est ausus. 50. De hac igitur lege[k] dicimus, quæ jure rogata videatur;[20] cujus quam quisque partem tetigit, digito, voce, præda, suffragio; quocumque venit, repudiatus convictusque[l] discessit.

Quid, si iis verbis scripta est ista proscriptio, ut se ipsa dissolvat?[m] Est enim,[1] [n] 'quod M. Tullius falsum sena-

Augustinus *Palatinam illam tuam*.—18 C S T χ *Denique illi:* H *Denique ille*. Mox, *Ligus* Pal. 9. Gembl. *Ligitur* T. Tum, Mss. ap. Græv. *scriptor*. In Ms. Lamb. deest copula *et*. In Barb. legitur tantum, *ven. ascriptor tuus*.—19 *Dominationis* C S χ, Barb. Guelf. et edd. pr. Mox, *socius* edd. vett. cum Lamb. Wolf. Beck. et Orell.—20 Ed. 1472. *videtur*.—1 Franc. Barb. et ed.

NOTÆ

[d] *Novitius Ligur*] Sextum Ælium, tribunum plebis, carpit, novum hominem, qui Liguris cognomen sibi assumserat, quasi ex antiqua Æliorum familia esset. Is autem intercesserat, cum L. Mummius, tribunus plebis, de reditu Ciceronis retulit.

[e] *Ascriptor*] Dicitur ascriptor, qui in alieno testamento sibi aliquid, quasi a testatore attributum, vel sua, vel eorum qui in sua parte sunt, manu ascribit.

[f] *Subscriptor*] Subscriptor dicitur, qui accusationi subscribit illius, cujus nomen defertur apud judicem aut magistratum.

[g] *Testamento et judicio improbatus*] Testamento improbatus fuerat iste Ligur, id est a fratre non substitutus hæres; fuerat enim exhæredatus. Porro probatio dabatur fratribus, præsertim cum in testamentis prætermissi fuerant.

[h] *Mortem ejus se velle persequi*] Pertinebat ad hæredes omnes mortem defuncti vindicare, alioquin eorum bona fisco addicebantur. Voluit autem Papirii sui fratris mortem persequi, quasi veneno sublatus esset.

[i] *Damnationis socios*] Arguit illum quasi fraternæ cædis socium et participem: nam cum eos accusasset, reliquit accusationem, ne in caput tota criminis suspicio recideret.

[k] *Lege*] Legem vocat proscriptionem suam, cui nemo digito potuit subscribere, nemo apud populum laudare, aut probare suffragio vel accepta pecunia, quin statim fuerit criminis accusatus, ad quodcunque judicium ille venerit.

[l] *Repudiatus convictusque*] Statim si accusator fuit, repudiatus est; si reus, convictus est.

[m] *Se ipsa dissolvat*] Arguit quod illa tam male scripta sit proscriptio, ut vel ipso jure nulla sit, propter vitium quod ipsi inest.

tusconsultum retulerit.[1] Si igitur retulit[o] falsum senatusconsultum, tum[2] est rogatio: si non retulit, nulla est. Satisne tibi videtur a senatu judicatum, me non[3] modo non ementitum esse auctoritatem[1] ejus ordinis, sed etiam[4] unum post urbem conditam diligentissime senatui paruisse? Quot modis doceo, legem istam, quam vocas, non esse legem? Quid, si etiam pluribus de rebus uno sortitu[p] retulisti?[5] tamenne arbitraris, id, quod M. Drusus[q] in legibus suis[6] plerisque, bonus ille vir M. Scaurus,[r] et L. Crassus[s] consularis non obtinuerint, id te posse, omnium facinorum et stuprorum omnium,[7][t] Decumis et Clodiis[8][u] auctoribus,

[1] *Abusum esse auctoritate.*

1472. *Etenim.* Mox, *retulit* Dresd. Franc. Barb. ed. 1472. probante Wolf.—2 χ *tamen.*—3 Pro *me non* in ψ *ne.*—4 In C H S χ deest *etiam.*—5 Manutius conjecit *uno scitu tulisti*: unde Lallem. dedit *uno scitu retulisti.* Tum, χ *tamen non arb.*—6 C S T χ, Pal. 1. 2. *tuis.* Mox, *in bonis ille vir* C H S T χ. Pal. 1. 2. Franc. 1. Dresd. Barb. Mss. Lambini: *bonis ille vir* ed. 1472. *magnus ille vir* maluit Lamb. Dein, *Scauro* C H S χ. sed in H solo *Crasso consulibus.* Pal. 1. 2. *M. Scauro et L. Crasso coss. non obtinuerit.* *Obtinuerit* quoque legitur in H S T χ ψ. Franc. 1. Barb. ed. Rom. et 1472. Manutius legi volebat *consulares.*—7 *Omnium* post *stuprorum* deest in C, Franc. 1. Barb. In Ven. 1480. pro *facinorum* legitur *facinorosorum.* Garaton. conjecit legend. *omn. fac. et stup. hominem.* Hotomann. excidisse putat substantivum

NOTÆ

[n] *Est enim*] Jam profert illud, quod sibi a Clodianis imputatur, quod falsum nempe retulerit senatusconsultum de afficiendis ultimo supplicio conjuratis.

[o] *Si igitur retulit*] Dilemma ex antecedentibus et consequentibus profert.

[p] *Uno sortitu*] Lex Cæcilia Didia, quæ a Q. Cæcilio Metello, T. Didio coss. A. U. C. 655. lata est, vetabat, ne multis de rebus conjunctim una rogatione ad populum ferretur, ne populo necesse esset in conjunctis rebus plurimis, aut id quod nollet accipere; aut id quod vellet repudiare. Clodius autem uno sortitu retulit de pluribus: 1. ut Cicero non reciperetur: 2. ut ejus bona proscriberentur: 3. ut opera publica a se exigerentur.

[q] *M. Drusus*] Tribunus plebis.

[r] *M. Scaurus*] Scaurus constantissimus semper fuit in reipubl. defendenda, ut ait Cic. pro Sextio.

[s] *L. Crassus*] Crassus ætatis suæ princeps oratorum habitus est. Illi omnes non potuerunt ut una lege de pluribus ad populum referretur, ergo neque Clodius, vir sceleratus, debuit obtinere.

[t] *Stuprorum omnium*] Crederem pro altero *omnium* desiderari *principem*: sensus enim esset clarior.

[u] *Decumis et Clodiis*] Significat Decimum et Clodium legem Clodiam tulisse, quæ talis extitit, ‘ut M. Tullio Ciceroni, quod falsum SC. retulisset, quod cives Rom. indemnatos necasset, aqua et igni interdictum es-

obtinere? 51. Tulisti de me, ne reciperer,[9] [x] non ut exirem; quem tu ipse non poteras dicere non licere esse Romæ. XX. Quid enim diceres? damnatum? certe non. Expulsum? qui licuit? sed tamen ne id quidem est scriptum, ut exirem. Pœna est, qui receperit; quam omnes neglexerunt. Ejectio nusquam[10] est. Verum sit. Quid? operum publicorum exactio;[11] [y] quid? nominis inscriptio, tibi[z] num[12] aliud videtur esse, ac meorum bonorum direptio? præterquam, quod ne id quidem per legem Liciniam,[a] ut ipse tibi curationem[m] ferres, facere potuisti.[13] Quid hoc ipsum,[b] quod nunc apud pontifices agis,[n] te meam domum consecrasse, te monumentum[c] fecisse, in meis ædi-

[m] *Exactionem operis.* [n] *Cupis impetrare.*

principem, aut simile.—8 Alii ap. Lamb. *Clœliis.*—9 S *neque recip.* In T et ed. 1472. *reciperem.* Mox, T *exirer.*

Cap. xx. 10 CS χ *nunquam.*—11 Græv. malebat *exstructio.* Vid. Nott. Varr. —12 *Inscriptio tibi? num* Wolf. Beck. Schutz. et Orell. In Franc. 1. et ed. 1472. *num tibi non aliud videtur esse:* Barb. *non tibi non aliud, &c.* Ven. 1480. *inscriptio: non tibi aliud, &c.* Mox, pro *direptio* Pantag. legit *ereptio.*—13 Post *po-*

NOTÆ

set, neve ei intra quingenta passuum millia liceret esse, nequis de ipsius reditu ad senatum referret, ne quis sententiam diceret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret in sententiam, ne scribendo adesset.'

[x] *Ne reciperer*] Arguit a verbo legis eam non valere: vetat enim nequis tecto Ciceronem recipiat, aut si recipiat, ut pœna mulctaretur. Hanc legem utpote ridiculam verbis sequentibus cavillatur.

[y] *Operum publicorum exactio*] Cum id, quod in publica et eversa Ciceronis domo ædificatum fuerat, Clodius a conductoribus exegisset, id ei facere non licuisse ait, quia opera publica ab iis tantum exigebantur qui ei muneri præpositi erant.

[z] *Inscriptio, tibi*] Clodio homini privato in opere publico inscribere aliquid fas non fuit.

[a] *Legem Liciniam*] Præcipiebat hæc lex, ne ei qui legem de curatione potestateve aliqua tulisset, ejusve collegis, cognatis, affinibus, ea potestas curatiove mandaretur. Hanc autem curationem sibi Clodius assumsit, igitur peccavit contra legem.

[b] *Quid hoc ipsum*] Confirmat quod non solum peccaverit contra legem cum plura simul una rogatione contra ipsum tulit, verum etiam cum domum suam Clodius consecravit: nam 1. eam consecravit; 2. ibi monumentum erexit; 3. statuam dedicavit.

[c] *Monumentum*] Monumentum est, quod ad memoriam perpetuam erigitur.

bus[14] te signum dedicasse,[d] eaque te ex una rogatiuncula fecisse; unum et idem[15][e] videtur esse, atque id quod de me ipso nominatim tulisti? 52. Tam, hercule, est unum, quam quod idem tu[16] lege una tulisti: ut Cyprius rex,[f] cujus majores huic populo socii atque amici semper fuerunt, cum bonis omnibus sub præcone subjiceretur,[17] et exules Byzantium[18] reducerentur. Eidem,[g] inquit, utraque de re negotium dedi.[19] Sed quid, si eidem negotium[h] dedisses,[20] ut in Asia cistophorum[1][i] flagitaret, inde iret in Hispaniam; cum Roma[2] decessisset, consulatum ei petere liceret; cum factus esset, provinciam Syriam obti-

tuisti edd. nonnullæ punctum, non interrog. signum, ponunt.—14 Edd. vett. paucæ *in mediis ædibus*, prob. Garat. Lamb. dedit *te in meis æd.* In ed. Junt. *te monum. fecisse in ædibus mediis, te sig. ded.* Mox, ψ *ea quæ:* Ven. 1480. *itaque.* Franc. *eaque re ex una rog.*—15 Pro *idem* ψ *diem.* Inter *idem* et *videtur* Franc. 1. Dresd. Barb. et ed. 1472. inserunt *ratione.*—16 C χ *te.* Mox, ψ *Cyprinus.*—17 C *subjicerentur.*—18 Lamb. *Byzantii.*—19 *Dedisses* H S χ ψ, ed. Rom. Ven. 1480. 1483. *dedisse* C T, Naug. Tum, C H S T ψ, Barb. Ms. Car. Steph. et edd. vett. cum Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *Sed* omittunt. Lamb. edidit *dedi. Scilicet. Quid.*—20 Sex Oxonn. Mss. *idem neg.* et C H S χ ψ, Barb. atque edd. vett. *dedisset.*—1 C χ ψ *cistophorium.* Ant. Augustinus inter verba *cistoph.* et *flagitaret* interponi voluit *milites:* Ursino hoc non satisfacit, sed pro *flagitaret* aliud desiderari verbum ait, *factitaret*, aut tale quoddam. Pantagathus legit *cistoph. exæquaret.* Wolf. conjecit legend. *cistophorûm M.*—2 *Romæ* C S ψ, Barb. et omnes edd. vett. *inde* Lamb. *Romam*

NOTÆ

[d] *Dedicasse*] Deæ Libertati signum seu statuam erexit.

[e] *Unum et idem*] Ostendit non frustra uno sortitu de pluribus tulisse: quia jam id ante fecerat, cum Cyprium regem proscribendum tulit, et ut Byzantii revocarentur.

[f] *Ut Cyprius rex*] Clodius tulit ut Cyprus insula in provinciæ formam redigeretur: ut Ptolemæus, rex Cypri, sedens cum purpura et sceptro, et illis insignibus regiis, præconi publico subjiceretur, et cum bonis omnibus publicaretur: ut M. Cato quæstor cum jure prætorio, adjecto etiam quæstore, mitteretur in insulam Cyprum, et regiæ Gazæ vendendæ, et pecuniæ deportandæ præficeretur: ut qui Byzantii rerum capitalium damnati exularent, populi Romani nomine in eam civitatem reducerentur. Velleius lib. II.

[g] *Eidem*] Reponebat Clodius una lege potestatem circa res plures conficiendas dedisse M. Catoni, cujus auctoritate nominis hoc factum tegere volebat.

[h] *Quid, si eidem negotium*] A simili exemplo ad absurdum compellit Clodium.

[i] *In Asia cistophorum*] Cistophorus nummus est Asiaticus, qui ita dictus est ab imagine alicujus, qui cistam in eo expressam ferebat. Vide Alex. ab Alex. IV. 15.

neret? quoniam de[3] uno homine scriberes, una res esset? 53. Quodsi jam[o] populus Romanus de ista re[4] consultus esset, et non omnia per servos latronesque gessisses, nonne fieri poterat, ut populo de Cyprio rege placeret, de exulibus Byzantinis[5] displiceret? [*p.* 224.] Quæ est, quæso,[6] alia vis, quæ sententia Cæciliæ legis et[7] Didiæ,[k] nisi hæc, ne populo necesse sit in conjunctis rebus compluribus, aut id, quod nolit, accipere, aut id, quod velit, repudiare?

Quid, si per vim[l] tulisti, tamenne lex est? aut quicquam[8] jure gestum videri potest, quod per vim gestum esse constet? An, si in ipsa latione tua, capta jam urbe, lapides jacti, si manus collata non est, idcirco tu ad illam labem atque eluviem[9] civitatis, sine summa vi pervenire potuisti? XXI. 54. Cum in tribunali Aurelio[10][m] conscribebas palam non modo liberos, sed etiam servos, ex omnibus vicis concitatos, vim tum[11] videlicet non parabas? Cum edictis tuis tabernas claudi jubebas, non[12] vim imperitæ multitudinis, sed hominum honestorum modestiam

[o] *Tum.*

conjecit Garaton.—3 C et χ præpositionem omittunt. Mox, in Dresd. et Ms. Car. Steph. *scribere:* in Barb. Franc. 1. sex Oxonn. Mss. et edd. vett. *scriberet.*—4 Lamb. e Mss. *de ista lege.* Mox in Franc. 1. Dresd. et ed. 1472. deest copula. Pro *non* Dresd. habet *ne.*—5 H S et edd. pr. cum Wolf. et Orell. *Byzantiis*, ut omnes § 129.—6 Pro *quæso* Mss. omnes et edd. vett. habent *quasi;* Car. Steph. et Lamb. 1566. *enim.* Lamb. 1584. primus dedit *quæso.*—7 H et S carent copula ante *Didiæ.*—8 Edd. vett. paucæ *an quicquam.*—9 Quidam conjecit *illuviem.*

CAP. XXI. 10 Franc. 1. *in tribunatu Aurelio.*—11 C H S χ Franc. 1. Dresd. Barb. et edd. vett. *vim tuam.* Signa interrog. post *parabas* et reliqua

NOTÆ

[k] *Cæciliæ legis et Didiæ*] De hac superius dictum est, quæ manifeste violabatur hoc facto: nam potuit populo placere quod de rege Cyprio rogavit Clodius, et displicere quod de Byzantiis.

[l] *Quid si per vim*] Probat legem Clodii revera legem non esse, quia per vim lata est, a definitione ex effectis.

[m] *Tribunali Aurelio*] Aurelium tribunal fuit in foro eo ipso anno factum, quo Caius Verres præturam urbanam gerebat. Creditur autem a M. Aurelio Cotta, eo ipso tempore, quo legem judiciariam tulit, habendis judiciis fuisse excitatum.

prudentiamque quærebas? Cum arma in ædem Castoris[n] comportabas, nihil aliud, nisi uti ne quid per vim agi posset, machinabare?[13] Cum vero gradus Castoris[o] convellisti ac removisti;[14] tum, ut modeste tibi agere liceret, homines audaces[15] ab ejus templi aditu atque ascensu repulisti? Cum eos, qui in[16] conventu virorum bonorum verba de salute mea fecerant,[17] adesse jussisti, eorumque advocationem,[p] manibus, ferro, lapidibus discussisti; tum profecto ostendisti, vim tibi maxime displicere. 55. Verum hæc furiosa vis vesani tribuni plebis facile superari frangique potuit virorum bonorum vel[18] virtute, vel multitudine. Quid? cum Gabinio Syria dabatur, Macedonia Pisoni, utrique infinitum imperium, ingens pecunia,[q] ut tibi omnia permitterent, te adjuvarent, tibi manum,[19] copias, tibi suos speratos centuriones, tibi pecunias,[20] tibi familias[p] compararent; te suis sceleratis concionibus sublevarent; senatus auctoritatem irriderent, equitibus Romanis mortem proscriptionemque minitarentur; me terrerent minis; mihi[1] cædem et dimicationem denuntiarent; meam domum, refertam viris[2] bonis, per amicos suos complerent;[3] proscriptionis metu me frequentia nudarent viro-

[p] *Servos.*

deleri mavult Wolf. prob. Beck.—12 H χ ψ *num.*—13 C χ *imaginabare.*—14 Verba *ac removisti* in T desunt. Pro *tum* H habet *tu.*—15 Lamb. *audaces* omittit.—16 Mss. plerique et edd. Græv. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. non habent præpositionem ante *conventu.*—17 Ms. Ursini et Ms. Lamb. *facerent.* —18 χ caret *vel* ante *virtute.*—19 In C *manuum.* Dein, Lamb. *tibi copias.* Pro *speratos* Pall. plerique, Barb. Mss. Grævii, sex Oxonn. Mss. Junt. Græv. Oliv. Lall. habent *paratos.* Mss. nonnulli, teste Grævio, *patos;* unde Orell. conjecit *tibi suos peronatos cent.*—20 *Pecuniam* C S χ, Barb. Mss. Lamb. In Mss. Lambini quoque legitur *familiam.*—1 Pro *mihi* Dresd. habet *modo.*—2 Ante *viris* χ addit *jam.*—3 *Compulerent* C: *compellerent* H, Dresd. Barb. edd. Rom. 1472. Ven. 1480. 1483. *terrore complerent* e conjectura Grævii

NOTÆ

[n] *Ædem Castoris*] In foro Romano constituta fuit hæc ædes Castoris.

[o] *Gradus Castoris*] Gradus illi lignei et exemtitii fuerunt.

[p] *Advocationem*] Per advocationem amicos intelligit, quibus stipati eo venerant.

[q] *Ingens pecunia*] Tulit Clodius ut pecunia constituta ad emendos agros, quæ erat in ærario, Pisoni et Gabinio euntibus in provincias daretur.

rum bonorum, me præsidio spoliarent; senatum[4] pro me non modo pugnare, amplissimum ordinem; sed etiam plorare,[5] et supplicare, mutata veste,[r] prohiberent; ne tum quidem vis erat? XXII. 56. Quid igitur ego cessi,[6] aut qui timor fuit? non dicam, in me:[7] fac me timidum esse natura: quid illa tot virorum fortissimorum millia? quid nostri equites Romani?[8] quid senatus? quid denique omnes boni? si nulla erat vis,[9] cur me flentes[10] potius prosecuti sunt, quam aut increpantes retinuerunt, aut irati reliquerunt? An hoc timebam,[s] si mecum ageretur more[t] institutoque majorum, ut possem præsens sustinere? 57. Utrum si dies dicta esset, judicium mihi fuit pertimescendum? an sine judicio privilegium?[u] judicium in causa[11] tam turpi? Scilicet is homo sum, qui, etiamsi causa esset

recepit Lall. Garaton., deleto vocab. *proscriptionis*, legi jubet *complerent metu: me freq. &c.* Marclandus autem, servato illo vocab., similiter scribit *complerent proscr. metu; me freq. &c.* Vid. Nott. Varr.—4 *Senatum* Ernesto suspectum est. Marclandus conjecit legend. *spoliarent senatus; pro me, &c.* Hotom. scribi maluit *ampl. ord. pro me non modo pugnare.* Antecedentia verba Junt. Lamb. ita distinguunt, ut *virorum bonorum* referretur ad *freq. nudarent.* Loco *pugnare* C H S T χ, Barb. et edd. vett. omnes cum Wolf. Beck. et Orell. habent *propugnare.*—5 H *implorare.*

CAP. XXII. 6 *Cessi* e conjectura Pantagathi dederunt Ern. Lall. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *gessi* ceteri.—7 H S *in me equidem:* edd. ante Lamb. *in me quidem.*—8 *Quid illi eq. Rom.* C H S T χ, Franc. 1. Barb. edd. Rom. Ven. 1480. 1483. Hervag. Junt. Manut. Wolf. Beck. *Quid nostri illi eq. Rom.* Lamb.—9 Edd. ante Grut. cum Wolf. *vis erat.* Grævius ita interpunxit, *quid sen., quid denique omnes boni, si nulla erat vis.*—10 In χ *flentem.* —11 Dresd. *an sine judicio privilegii judicium? In causa, &c.* 'Aut *tam* delendum, aut *turpi* vitiosum est.' *Ern.* Schutz. e conjectura Garaton. recepit *judicium? in causa tam turpi scilicet. An is homo sum.* Verba *is* et *sum* in C H S χ, Dresd. Barb. et edd. pr. desunt. Mox, pro *etiamsi causa* C H S χ et ed. Rom. *eam si jam;* Ven. 1480. 1483. *eam si jam causa;* Barb. *eam si*

NOTÆ

[r] *Supplicare mutata veste*] Vide orationem post Reditum.

[s] *An hoc timebam*] Ostendit senatum, populum, et equestrem ordinem timuisse, nunc se non timore exivisse probat per remotionem: si timui, aut judicium timui, aut privilegium, aut aliud; sed neque judicium, &c. ergo propter aliud exivi, nempe ne causa mea perturbata esset respub.

[t] *More*] Si dicta causa, et legibus observatis quæ a majoribus institutæ sunt, fuisset vocatus in judicium, sibi timendum non fuisse ait: neque enim per populum, neque per judices fuisset condemnatus. Privilegium ad populum, judicium ad judices pertinuit.

[u] *Privilegium*] Lex est privato homini irrogata.

ignota,[q] dicendo non possem explicare. An eam causam [12] probare non poteram, cujus tanta bonitas est,[13] ut ea ipsa non modo se, sed etiam me absentem per se [14] probarit? an senatus, an ordines ii,[15] qui cuncta ex Italia ad me revocandum convolaverunt, segniores, me præsente, ad me retinendum et conservandum fuissent in ea causa, quam ipse jam parricida [16] talem dicat fuisse, ut me ab omnibus ad meam pristinam dignitatem expetitum [17] atque revocatum queratur? 58. An vero [18] in judicio periculi nihil fuit; privilegium pertimui, ne, mihi præsenti si mulcta irrogaretur, nemo [19] intercederet? [x] Tam inops autem ego [20] eram ab amicis, aut tam nuda respublica a magistratibus? [*p.* 225.] Quid? si vocatæ tribus essent, proscriptionem non dicam in me, ita de sua salute merito, sed omnino in ullo [1] civi comprobavissent? An, si ego præsens fuissem,[2] veteres illæ copiæ conjuratorum, tuique perditi milites atque egentes, et nova vis [3] sceleratissimorum consulum [y] corpori meo pepercissent? qui cum eorum omnium crudelitati scelerique [4] cessissem, ne absens quidem [5] luctu meo mentes

[q] *Dubia.*

causa: Lamb. e Mss. dedit *qui si jam causa.*—12 C H S χ, Franc. 1. Barb. Ms. Car. Steph. et edd. vett. *An quia causam.*—13 'Legendum *esset* vel *erat.*' Ern.—14 Gruter. auctoritate Pal. 9. delevit voces *per se.* In Ms. Car. Steph. legitur, *ut ea ipsa non modo præsente, sed etiam me absente per se probarit.* Lamb. conjecit *ut ea ipsa se non modo præsente me, sed etiam absente, per se probarit.*—15 *An ordines, an ii* C H S T χ ψ, Dresd. Franc. 1. Barb. et pleræque edd. vett. cum Græv. Oliv. Lall. Wolf. Beck. et Orell. Garaton. addi vult *ceteri* vel *omnes.*—16 Lamb. *etiam patricida.*—17 *Expectatum* χ, Lamb. Grut. In Barb. *dignitatem ac revocatum.*—18 Lamb. *At vero.* Grævius conjecit legend. *An vero si in jud.*—19 Post *nemo* C T χ ψ, Franc. Dresd. ed. 1472. addunt *non.*—20 In C H S χ, Dresd. Franc. deest *ego.* Pro *autem* Ms. Car. Steph. habet *aut.* In ed. 1472. legitur, *Tum inops aut etiam ab am.*—1 *Illo* C χ, Wolf. et *cive* alii. Barb. *in ullum civem.*—2 In χ deest *fuissem.*—3 C et Franc. 1. *non manus;* unde Græv. et Lall. dederunt *nova manus.* In H *nóvas manus;* Dresd. Barb. et ed. 1472. *novatos nos scel.*—4 In χ, Barb.

NOTÆ

[x] *Nemo intercederet*] Cum magistratus aliquam mulctam irrogabant, poterant alii intercedere.

[y] *Sceleratissimorum consulum*] Pisonis et Gabinii furoribus objectus esset, si in urbe remansisset. Hic describit quam scelerate et crudeliter sui vexati sint se absente, cum motu ad misericordiam.

illorum[6] satiare potui. XXIII. 59. Quid enim vos uxor mea misera violarat? quam vexavistis, raptavistis, omni crudelitate laceravistis. Quid mea filia? cujus fletus assiduus, sordesque lugubres, vobis erant jucundæ; ceterorum omnium mentes oculosque flectebant. Quid parvus filius? quem,[7] quamdiu abfui, nemo nisi lacrymantem confectumque[8] vidit; quid fecerat, quod eum toties[9] per insidias interficere voluistis? Quid frater meus? qui cum aliquanto post meum discessum ex provincia venisset, neque sibi vivendum,[10] nisi me restituto putaret; cum ejus mœror, squalor[11] incredibilis et inauditus, omnibus mortalibus miserabilis[12] videretur, quoties ex vestro ferro ac manibus est elapsus?[13] 60. Sed quid ego vestram crudelitatem expromo,[14] quam in ipsum me[15] ac meos adhibuistis; qui parietibus,[16][z] qui tectis, qui columnis ac postibus[17] meis horrificum quoddam et nefarium, omni[18] imbutum odio bellum intulistis? non enim te arbitror, cum post meum discessum, omnium locupletium[19] fortunas, omnium provinciarum fructus,[20] tetrarcharum[a] ac regum bona, spe et avaritia[1] devorasses, argenti et supellectilis meæ cupiditate



Mss. Grævii et edd. ante Junt. deest *scelerique.*—5 χ *quid.*—6 Ms. Car. Steph. cum Lamb. *mentes eorum.*

CAP. XXIII. 7 χ *qui.*—8 In Dresd. et Barb. deest *confectumque.* Ed. Hervag. tantum copulam omittit.—9 Ms. Lamb. *totiens.*—10 C *vivere.*—11 Lamb. *squalorque.*—12 Franc. 1. *omn. mort. inauditus miserabilis,* sed vocab. *inauditus* puncta erant supposita, ut delendum esse notaretur. Dein, *videbatur* C H S T χ, Barb. et edd. ante Lamb. Porro, *quotiens* Franc. Barb. edd. Rom. Ven. 1480. 1483. et sic Ms. Lamb. in marg.—13 Hervag. *elapsus est.* In Franc. *est* omittitur. χ et Franc. 1. habent *manibus lapsus.* Barb. *quotiens est vestro ferro ac manibus lapsus:* Ven. 1480. 1483. et edd. Rom. *quotiens est ex vestro ferro ac* (in Ven. 1480. *ac* deest) *manibus lapsus.*—14 T *exprimo.* Ern. legi maluit *exprobro.*—15 Lamb. *me ipsum.*—16 Ms. Vict. *his qui pariet.*—17 T *pestibus.* Pro *horrificum* Pal. 9. Ms. Vict. Mss. Lambini, et Pal. 1. in marg. *hostificum;* unde Lamb. conjecit *hosticum.*—18 T *omnium:* Lamb. *omnique.*—19 Al. *locupletum.*—20 In T deest *fructus.* Ante *tetrarcharum* C H S χ addunt copulam *et.*—1 Lamb. e Ms. *spe atque*

NOTÆ

[z] *Qui parietibus*] Conqueritur quod sua domus expilata sit a Clodianis.

[a] *Tetrarcharum*] Tetrarcha proprie dicitur, qui quadrantem regionis pleno jure regit. Tamen vulgo sumitur pro quovis, qui præest regioni.

esse cæcatum: non existimo, Campanum illum consulem[b] cum saltatore[2] collega,[c] cum alteri totam Achaiam,[d] Thessaliam, Bœotiam,[3] Græciam, Macedoniam, omnemque barbariam, bona civium Romanorum condonasses;[r] alteri Syriam,[e] Babylonem, Persas, integerrimas pacatissimasque gentes, ad diripiendum tradidisses; illos tam cupidos liminum meorum et columnarum et valvarum fuisse. 61. Neque porro illa manus copiæque[f] Catilinæ cæmentis[4] ac testis tectorum meorum se famem suam[s] expleturas[5] putaverunt. Sed, ut hostium urbes, nec omnium hostium,[6] verum eorum, quibuscum acerbum bellum intestinumque[7] [g] suscepimus, non præda adducti, sed odio,[8] solemus excidere, quod, in quos propter eorum crudelitatem inflammatæ mentes nostræ fuerunt, cum horum etiam tectis ac sedibus[9] residere aliquando bellum semper videtur: * *

[r] *Concessisses.* [s] *Odia consulum.*

avar.—2 ψ *psaltatore.*—3 C H *Bœtiam.*—4 T *amentis.* Pro *testis* Franc. 1. Barb. Dresd. Pall. sex Oxonn. Mss. et Mss. Lambini cum edd. vett. paucis *tectis;* Hervag. Gryph. et Lamb. *tegulis;* al. *tignis.*—5 C χ *expleturos.*—6 Pal. 9. *urbes, sic nec communium vel omnium host.* unde Gruter. legi vult *nec communium hostium.* Pro *quibuscum* Pal. 9. *quiscum:* unde Græv. edidit *queiscum.*—7 Quidam ap. Lamb. conjecerunt *internecinumque:* Lallem. e conjectura Grævii recepit *internecivumque.* Grævius delevit auctoritate Pal. 9. —8 H S ψ *sed id odio.* Tum, *sol. exscindere* Manut. Lamb. et Lall. *sol. excipere* Barb. et sex Oxonn. Mss. cum Junt. Grut. Græv. Oliv. Pro *in quos* S χ ψ *iniquos.*—9 Lamb. *tectis et sed.* In C H S χ ψ deest copula. Pro *aliquando* omnes Mss. et edd. præter Lamb. Grut. et Ern. habent *aliquod.* Mox, C H S T χ *videretur* sine lacunæ nota. Lacunam sic fere explendam putabat Lamb. *sic vos vestrum in me crudele et immane odium in meam domum profudistis.*

NOTÆ

[b] *Campanum consulem*] Campanum consulem Pisonem nominat, quia ita se Capuæ finxerat. Vide Orat. post Red. in Sen.

[c] *Saltatore collega*] Gabinium saltatorem vocat.

[d] *Alteri totam Achaiam*] Pisoni populos liberos, Macedoniam, Achaiam, Thessaliam, Græciam, et Bœotiam, cum imperio proconsulari dederat Clodius.

[e] *Alteri Syriam*] Gabinio vero Syriam, &c.

[f] *Illa manus copiæque*] Id est, reliqui cives improbi, et Clodii mercenarii.

[g] *Bellum intestinum*] Bellum dicitur intestinum, non tantum illud quod in medio regno vel provincia inter cives nascitur, sed illud etiam quod in animis insitum est.

XXIV. 62. Nihil erat latum de me; non adesse eram jussus;[10] non citatus. Abfueram: eram etiam tuo judicio civis incolumis,[11h] cum domus in Palatio, villa in Tusculano, altera ad alterum consulem,[12i] transferebatur, senatusconsulta volabant: columnæ marmoreæ ex ædibus meis, inspectante populo Romano, ad socrum[13] consulis[k] portabantur: in fundum autem vicini consulis non instrumentum,[14t] aut ornamenta villæ, sed etiam arbores transferebantur: cum ipsa villa non prædæ cupiditate, (quid enim erat prædæ?[15]) sed odio et crudelitate funditus everteretur.[16] Domus ardebat in Palatio non fortuito, sed oblato incendio:[17] consules epulabantur, et in conjuratorum gratulatione versabantur, cum alter se Catilinæ delicias,[l] alter Cethegi consobrinum fuisse[18] diceret. 63. Hanc ego vim, pontifices, hoc scelus, hunc furorem meo corpore opposito, ab omnium bonorum cervicibus[19] depuli, omnemque impetum discordiarum, omnem diu collectam vim improborum, quæ inveterata, compresso odio atque tacito, jam

[t] *Supellex.*

Cap. XXIV. 10 Lamb. *jussus eram.* Dein, *non citatus affueram* Junt. - *non citatus fueram* Lamb. In C H S T χ, Barb. Ven. 1480. 1483. Naug. Hervag. legitur *affueram.*—11 Post vocem *incolumis* Lamb. 1566. inseruit *senatus consules ad meam salutem auctoritate, atque adeo precibus vocabat.*—12 C *alter ad alt. cons.* Lamb. verba geminavit, et edidit, *altera ad alterum, altera ad alterum cons.* Tum, *senatus consules vocabat* edd. Rom. Ven. 1480. 1483. *senatus consules vocabant* S χ, Barb. Pall. plerique. *Vocabant* quoque Ms. Ursini. In C et H *senatus consules volabant:* Ms. Car. Steph. *senatum consules vocabant:* Dresd. Naug. Oliv. Lall. *senatum consules vetabant.* Garaton. unum verbum supplet, *senatum consules lugere vetunt.* Vid. Nott. Varr.—13 Al. *socerum.*—14 C H S T ψ, Naug. Lamb. Oliv. Lall. *non modo instr.* Pro *villæ* H S T χ, Dresd. Barb. ed. Rom. Ven. 1480. 1483. habent *aulæ.*—15 Pro *erat prædæ* χ *prædæ cupiditate.*—16 Lamb. *evertebatur.*—17 Franc. 1. *allato incendio.* Tum, Mss. Lambini *consul epulabatur ... versabatur.*—18 χ *esse.*—19 Lamb.

NOTÆ

[h] *Civis incolumis*] Incolumis civis dicitur, qui damnatus non fuit; neque enim damnatus fuerat.

[i] *Altera ad alterum consulem*] Ciceronis domus ad Pisonem, villa ad Gabinium translata est.

[k] *Ad socrum consulis*] Quæ fuerit socrus Pisonis non invenitur. Raro enim Romani auctores de fœminis loquuntur, nisi ex illustrissimis fuerint familiis.

[l] *Catilinæ delicias*] Gabinium intelligit, quasi Catilina eum turpiter amasset.

erumpebat, nacta[20] tam audaces duces, excepi meo corpore. [*p.* 226.] In me uno consulares faces, jactæ[1] manibus tribuniciis; in me omnia, quæ ego[2] quondam retuderam, conjurationis nefaria tela adhæserunt. Quodsi, ut multis[3] fortissimis viris placuit, vi et armis contra vim decertare voluissem; aut vicissem cum magna[4] internecione improborum, sed tamen civium; aut, interfectis bonis omnibus, quod illis optatissimum erat,[5] una cum republica concidissem. 64. Videbam, vivo senatu populoque Romano, celerem mihi[6] summa cum dignitate reditum: nec intelligebam, fieri diutius[7] posse, ut mihi non liceret esse in ea republica, quam ipse servassem.[8] Quod si non liceret; audieram et legeram, clarissimos nostræ civitatis viros se in medios hostes ad perspicuam[u] mortem, pro salute exercitus, injecisse:[9] ego, pro salute reipublicæ universæ,[10] dubitarem hoc meliore conditione esse, quam Decii;[m] quod illi ne auditores quidem suæ gloriæ, ego etiam spectator

[u] *Certam.*

a bon. omn. cervic.—20 Pro *nacta,* quod Lamb. et edd. seqq. dederunt e conjectura Mureti, *in actum* habent C H S T χ et edd. vett. Tum, T *jam:* in Franc. et Dresd. deest. In Pal. 9. legitur *nactam audacis ducis.*—1 Franc. 1. *jactatæ.*—2 χ omittit *ego.* Mox, in Franc. 1. et Barb. *contuderam.*—3 *Multis* non est in Ms. Car. Steph. nec *viris* in H S T χ ψ et edd. vett. Tum, Garaton. legi mavult *placebat.*—4 Quatuor Oxonn. Mss. cum Oliv. et Lall. *cum maxima.* Dein, *internicione*, vel *internitione,* edd. vett. *interemtione* Franc. 1. Barb. *interventione* Dresd.—5 C H S T *erat* omittunt.—6 Post *mihi* Lamb. addit *fore.*—7 Vocem *diutius* Ern. malebat transponi post verba *ut mihi.*—8 Ms. Grævii *conservassem.*—9 Lamb. *objecisse.*—10 Idem *universæ reip.* Dein, *dubitarem hoc meliori conditione quam Decius? quod ille ne auditor* edd. vett. pleræque : sic etiam Barb. nisi quod *meliore* legit, et *Decii. dubitarem? hoc meliore conditione quam Decii, quod illi ne auditores* Lamb. Græv. Lall. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *dubitarem? hoc meliore cond. quam Decius, quod ille ne auditor* Dresd. ed. 1472. et Hervag. probante Camerario. Lamb. 1566. e suis Mss. dedit *dubitarem? Hoc meliore cond. essem, quam Decii, &c.* sed in ed. 1584. *dubitarem? Hoc meliore cond. esse, quam Decii, quod illi ne auditores.* Pro *dubitarem* χ *dubitaveram.* In sex Oxonn. Mss. deest *esse.* Tum, *ille* in H T χ, *auditor* in C H T χ legitur. Ernest. ita legi mavult, *Quid? si non liceret? Audieram . . . injecisse: ego, pro salute . . . potuissem.* Vid. Nott. Varr.—11 Pro *esse* Ern. conjecit *facere* legend.

NOTÆ

[m] *Decii*] Romani duces fortissimi fuerunt, tanta caritate patriam complexi, ut pro ejus salute se Diis Manibus, pater bello Latino, filius Etrusco, devoverint.

meæ laudis esse [11] potuissem? XXV. Itaque infractus [x] [12] furor tuus inanes faciebat impetus; omnem enim vim omnium sceleratorum acerbitas mei casus exceperat. Non erat in tam immani injuria tantisque ruinis novæ crudelitati locus. 65. Cato fuerat [13] proximus: [n] quid ageres? non erat, [o] ut qui modus moribus [14] fuerat, idem esset injuriæ. Quid? posses extrudere [p] ad Cypriam pecuniam. Præda

[x] *Debilitatus.*

Cap. xxv. 12 Ed. 1472. *fractus.* Tum, ed. Rom. Ven. 1480. 1483. *furor tuus immanis, faciebat ipse impetus;* quod Gulielm. mutari voluit in, *fatiscebat ipse imp.*—13 Ante *fuerat* Lamb. inseruit *mihi.* Dein, C *proximum.*—14 ' Wolf., Gronovio hortante, reposuit *modus omnibus rebus,* ut legitur in Rom. Ven. 1480. 1483. Hervag. Naug. Manut. &c. et Ms. Henr. Steph. sed deest *omnibus* in Mss. Car. Steph. Dresd. Franc. Barb. Pariss. Legitur autem totus locus in Franc. et Barb. (etiam χ in plerisque consentiente) *ut qui modus moribus . . . pecuniam prædam petierit: alia non dederit: hanc modo amandandam esse.* Ita et Dresd. nisi quod in eo sit *hunc amandandum* cum vulgg. Codex Henr. Stephani (vid. ejus Castigatt. in Cic. p. 97.) *nisi ut, qui mihi dux in omnibus meis rebus fuerat, socius idem esset injuriæ. Quid? ejicere posses? Non. Quid ergo? extrudere ad Cypriam pecuniam? Præda perierit: alia non deerit: hic modo amandatus sit. . . .* Stephani codicem partim secutus Lamb. edidit, *Cato mihi fuer. prox. Quod ageres non erat, nisi ut, qui mihi dux omnibus in rebus f., idem esset injuriæ socius. Quid posses? extr. &c.* Oliv. et Oxonn. ita constituerunt locum, *Quid ag. non erat; nisi ut, qui mihi dux omnibus in rebus fuerat, idem esset injuriæ socius. Quid posses? extrudere ad Cypr. pecuniam. Præda perierit. Alia non deerit: hunc modo amandandum esse.* Quod si recte varietatem codd. suorum enotaverint, aliquot codd. Oxonn. suffragantur huic lectioni: nam in χ solo deest *nisi,* idemque habet *ut qui modus rebus f.* tum vocab. *socius* in χ ψ deest: in ψ pro *posses* legitur *posset:* tum in C χ ψ *petierit:* porro C T χ pro *hunc* exhibent *hanc;* sed in C H χ *mandatam esse. . . .* Lambinus, antequam lectionem Steph. cod. cognovisset, conjecerat, *Cato mihi in consiliis capiendis rebusque gerendis fuerat prox.: quid ageres? non erat, ut, qui modus omnium rebus fuerat, idem tibi esset adjutor injuriæ.* Propius ad vulgata accedit Garatoni conjectura, *Quid ageres, non erat, ut qui mihi socius omnibus in rebus fuerat, idem esset injuriæ? quid? posses extr. &c.* In fine loci ed. Rom. *hunc modo amandares;* unde

NOTÆ

[n] *Cato fuerat proximus*] Catonem nominat, ut sibi illum conciliet. Obfuit enim multum Ciceroni, quod Cato partes Clodii sequi visus fuerat. Hoc Cicero removet, et inde majus odium suo adversario conflat, dum ostendit, ab eo Catonem e republica ejectum esse, ut omnia pro sua libidine agere posset.

[o] *Non erat*] Id est, nihil erat quod facere posses, nisi, ut quem ducem in omnibus secutus fueram, idem esset injuriæ comes et socius.

[p] *Quid? posses extrudere, &c.*] Id est, quid aliud facere potuisses, quam eum emittere in Cyprum insulam ad vendendum regis Cyprii Ptolemæi bona.

perierit:[q] alia non deerit:[r] hunc modo amandandum esse.[s] Sic M. Cato[15] invisus, quasi per beneficium, Cyprum relegatur. Ejiciuntur duo,[t] quos improbi videre[16] non poterant; alter per honorem turpissimum,[u] alter per honestissimam calamitatem.[x] 66. Atque, ut sciatis, non hominibus istum, sed virtutibus[y] hostem semper fuisse; me expulso, Catone amandato, in eum ipsum se convertit, quo auctore,[z] quo adjutore,[17] in concionibus, ea, quæ gerebat, omnia, quæque gesserat, se fecisse[18] et facere dicebat. Cn. Pompeium,[19] quem omnium judicio longe principem esse civitatis videbat, diutius furori suo veniam daturum non arbitrabatur. Qui ex ejus custodia, per insidias, regis amici[a] filium,[20] hostem, captivum, surripuisset, et ea in-

Garaton. existimat fuisse *amandaris.*' Beck. Ceteri ut Ern.—15 *Cato* in S deest, sed in C legitur *invisus Cato*, uti in ed. Rom. unde Garaton. maluit voc. *invisus* deleri; Lamb. autem pro eo reponi *invitus*, quoniam ad *invisus* addi debuerit *perditis hominibus*, aut simile quid.—16 Barb. Mss. Lambini et Ven. 1480. *videre improbi.*—17 Dresd. *adjuventore.*—18 *Se effecisse* Pal. 9. Franc. 1. Barb. Ms. Vict. Ven. 1480. *se egisse* Dresd. *se et fecisse* e conjectura Gulielmii dederunt Beck. Schutz. et Orell.—19 C H S χ, Franc. 1. Dresd. Barb. ed. Rom. 1472. et Ven. 1480. *Pompeius*, et paulo inferius, C S T χ, Franc. 1. Barb. edd. eædem, etiam Ven. 1480. *daturus.*—20 C H S χ ψ, Dresd. *filius.* Mox, C χ *captivos:*

NOTÆ

[q] *Præda perierit*] Verba Clodii: esto, pereat illa pecunia, non curo de illa.

[r] *Alia non deerit*] Nempe præda seu pecunia: aliam facile inveniam.

[s] *Hunc modo amandandum esse*] Id est, stat Catonem emittere e republica. Amandare verbum invidiosum est, ut Catonem a Clodio disjungat.

[t] *Ejiciuntur duo*] Cato scilicet et Cicero.

[u] *Per honorem turpissimum*] Specie honoris Clodius mittebat Catonem in Cyprum insulam, quasi in exilium.

[x] *Per honestissimam calamitatem*] Honestissimam calamitatem exilium suum vocat, quia ab eo honorificentius revocatus est; aut quia sponte in illud abiit, ne ejus causa respublica aliquam calamitatem pateretur.

[y] *Sed virtutibus*] Virtutibus, id est bonis civibus, per hypallagen.

[z] *Quo auctore*] Catone auctore, omnia se suscipere dicebat Clodius, ut facinorum suorum invidiam in eum derivaret.

[a] *Regis amici*] Pompeius, post triumphum Mithridaticum, Tigranis filium in catenis tenebat apud Flavium senatorem, qui postea, cum esset prætor, eodem anno quo tribunus plebis Clodius; petiit ab eo Clodius super cœnam, ut Tigranem adduci juberet, ut eum videret. Adductum collocavit in convivium: deinde Flavio non reddit, Tigranem dimisit, et habuit extra catenas, nec repente Pompeio reddidit. Postea in navem

juria virum fortissimum lacessisset; speravit iisdem se copiis cum illo posse confligere, quibuscum ego noluissem, bonorum periculo, dimicare; et primo quidem, adjutoribus consulibus: postea fregit fœdus [b] Gabinius: Piso [1] tamen in fide mansit. 67. Quas iste tum cædes, quas lapidationes,[c] quas fugas fecerit; quam facile [2] ferro, quotidianisque insidiis, cum jam a firmissimo robore copiarum suarum relictus esset, Cn. Pompeium foro,[d] curiaque [3] privarit, domumque conjecerit, vidistis. Ex quo judicare potestis,[4] quanta vis illa fuerit oriens et congregata,[5] cum hæc Cn. Pompeium terruerit jam distracta [6] [e] et exstincta.

XXVI. 68. Hoc vidit in sententia dicenda Kalendis Januariis [7] vir prudentissimus, et cum reipublicæ, tum mihi, tum etiam veritati amicissimus, L. Cotta, qui legem de meo reditu ferendam [8] non censuit; qui me consuluisse reipublicæ, cessisse tempestati,[9] amiciorem vobis ceterisque civibus, quam mihi [10] ac meis extitisse; vi, armis, dissen-

Dresd. *captivis.*—1 Dresd. et ed. 1472. *Gabino* (aut *Gabinio*), *Pisoni.* Pro *Piso* in χ *posito;* et pro *tamen* Lamb. *autem.* Postea, C et χ *remansit.* —2 C H S χ ψ, Dresd. *qui facile.*—3 χ *curiamque.* Tum, sex Oxonn. Mss. *privaret.*—4 *Potuistis* Franc. 1. Barb. Mss. Ursini, ed. 1472. cum Græv. Wolf. Beck. Schutz. et Orell.—5 Barb. ed. 1472. Ven. 1480. Junt. *aggregata,* prob. Grævio.—6 C H S T χ, Franc. 1. Dresd. ed. 1472. *districta.* Pro *exstincta* T habet *distincta.*

CAP. XXVI. 7 Erf. et Pal. 9. *III Kal. Jan.* prob. Grutero. Mox, pro *veritati* in marg. ed. Lamb. conjicitur *libertati.* Verba *et cum ... amicissimus* in T desunt.—8 C non habet *ferendam.*—9 In C χ *gessisse,* et C H χ *tempestati morem.* Tum, H S *amicitiorem:* in C χ deest.—10 C χ, Dresd. *qui mihi.*

NOTÆ

deposuit; et cum profugeret ille, tempestate delatus est Antium. Illico, ut deduceretur ad se, Clodius misit Sextum Clodium, qui eum reduceret. Flavius, re cognita, ad diripiendum Tigranem profectus est; ad quartum lapidem ab urbe pugna facta est, in qua multi ex utraque parte occiderunt. Ita Asconius Pedianus in Mil.

[b] *Fregit fœdus*] Renuntiavit Gabinius conspirationi de necando Pompeio, et consilium mutavit; atque ita fœdus quod inierat cum Clodio, de Pompeio necando, fregit.

[c] *Quas lapidationes, &c.*] Lapidationes facere, nihil est aliud quam adversarios suos lapidibus petere et fugare.

[d] *Pompeium foro*] Vide orat. post Reditum ad Quir. § 14. not.

[e] *Distracta*] Vis illa distracta est, cum Gabinius consul a Clodio, Pompeii causa, recessit.

sione[11] hominum ad cædem instituta, novoque dominatu pulsum[12] esse dixit: nihil de meo capite potuisse[13] ferri: nihil esse inscriptum,[f] aut posse valere:[14] omnia contra leges moresque[15] majorum, temere, turbulente, per vim, per furorem esse gesta: quodsi illa lex esset, nec referre ad senatum consules,[16] nec sententiam dicere sibi licere:[17] quorum utrumque[18] cum fieret, non oportere, ut de me lex ferretur, decerni; ne illa,[19] quæ nulla esset, esse lex judicaretur. Sententia verior, gravior, utilior, melior[20] reipublicæ nulla esse potuit: hominis[1] enim scelere et furore notato, similis[2] a republica labes in posterum demovebatur.[3] 69. Neque hoc Cn. Pompeius,[g] qui ornatissimam de me sententiam dixit, vosque, pontifices, qui me vestris sententiis auctoritatibusque defendistis, non vidistis, illam esse nullam,[4] atque esse potius flammam[5] temporis, interdictum sceleris,[h] vocem furoris:[6] [*p.* 227.] sed prospexistis, ne qua popularis in vos aliquando invidia redundaret, si sine populi judicio restituti videremur.[7] Eodemque consilio, M. Bibuli, fortissimi viri, senatus sententiam

Pro *ac meis* Franc. et ed. 1472. *ac te me;* H S et Dresd. *acta;* C χ *acta est.* Pro *exstitisse* C H S χ, Franc. 1. et ed. 1472. *expetisse.*—11 Guelf. *discessione,* prob. Ern. Mox, C H χ, ed. 1472. *et cæd. institutam.* In S et Dresd. quoque *institutam* legitur.—12 C S χ ψ *pulsam.*—13 χ ψ, Dresd. et ed. 1472. *potuisset.* Mox, Dresd. Barb. et ed. 1472. *nihil esset.* Pro vulg. *inscriptum,* Lamb. dedit *jure scriptum;* Lallem. e conjectura Pantagathi et Manutii *jure scriptum;* Beck. et Schutz. ex ed. Junt. *scriptum.* In Pal. 9. et Erf. *proscriptum.* Vid. Nott. Varr.—14 C S χ *valeri.* In Dresd. *aut* deest.—15 Manut. Car. Steph. Lamb. Beck. Schutz. et Orell. *moremque,* ut est in Mss. ap. Lamb.—15 Franc. 1. *turbulenter.*—16 Lamb. *consulibus,* prob. Ern.—17 C *sententia,* et Græv. *sibi lic. dic.*—18 ψ *utrum* sine copula.—19 χ *nec illa.*—20 Græv. et Schutz. *gravior, verior, melior, utilior,* ut est in Ms. Lambini. In C H S χ ψ et ed. Rom. *utilior,* in T *melior* deest. *Utilior* Orellio suspectum est.—1 H T χ *homini.*—2 Dresd. et ed. 1472. *simul.*—3 Al. *dimovebatur.*—4 Lamb. *illam legem esse null.* Pantagathus conjecit *legem esse null.* —5 C T χ et ed. 1472. *flamma.*—6 *Vocem furoris* in χ desunt.—7 Ms. Car.

NOTÆ

[f] *Esse inscriptum*] Reponunt fere omnes interpretes *jure scriptum.*

[g] *Cn. Pompeius*] Pompeius, de scripto sententia dicta, uni Ciceroni patriæ conservatæ testimonium dedit; cujus sententiam frequentissimus senatus, uno P. Clodio dissentiente, secutus, M. Tullium ab exilio revocavit.

[h] *Interdictum sceleris*] Interdictum hoc loco usurpatur pro severo et imperioso edicto.

secutus est, ut vos de mea domo statueretis;[8] non quod dubitaret, quin ab isto nihil legibus, nihil religionibus, nihil jure esset[9] actum; sed ne quis oriretur aliquando in tanta ubertate improborum, qui in meis ædibus aliquam religionem residere diceret. Nam legem quidem istam nullam esse, quotiescunque[10] de me senatus sententiam dixit, toties judicavit; quoniam quidem[11] scripto illo istius,[i] sententiam dicere vetabatur.[12] 70. Atque hanc[13] rem par illud simile, Piso et Gabinius, vidit. Homines[14] legum judiciorumque metuentes,[15] cum frequentissimus senatus eos, ut de me referrent, quotidie flagitaret, non se rem improbare dicebant, sed lege istius impediri. Erat hoc[16] verum: nam impediebantur, verum ea lege, quam idem iste[17] de Macedonia Syriaque tulerat.[k] XXVII. Hanc tu, P. Lentule, neque privatus, neque consul legem esse unquam putasti: nam, tribunis plebis referentibus, sententiam de me designatus consul sæpe dixisti: ex Kalendis Januariis, quoad perfecta res est, de me retulisti,[18] legem promulgasti, tulisti; quorum tibi, si esset illa lex, nihil liceret. At etiam Q. Metellus, collega tuus, vir clarissimus, quam legem esse homines alienissimi[19] a P. Clodio judicarant, Piso et Gabinius, eam nullam esse, frater P. Clodii, cum

Steph. *si sine populo rest. vid.* Pro *Eodemque* in χ *cædemque.*—8 Edd. nonnullæ *statueritis.*—9 χ *esse.*—10 Franc. 1. *quotienscunque*, et mox *totiens*, ut passim.—11 Naug. *quandoquidem.*—12 *Videbatur* C H S, Franc. Dresd. Barb. Mss. Car. Steph. et Lamb. atque edd. vett. *verebatur* Gothofred. Conjecit Lambinus, *quoniam quidem ex præscripto istius sententiam dicere jubebatur.*—13 ψ *At hanc.* Tum, χ *pari.*—14 *Piso et Gabinius homines, &c.* edd. vett. ap. Garaton. unde is conjecit legend. *Quam ob rem par .... Piso et Gabinius, homines.*—15 Ms. Lamb. *timentes.*—16 C H S χ ψ *impediti erant. Hoc:* Franc. et ed. 1472. omisso verbo *Erat*, legunt *Hoc verum.*—17 In Franc. 1. deest *iste.* Ed. 1472. *iste idem.*

CAP. XXVII. 18 χ *retulistis.*—19 C χ ψ, Franc. Dresd. Ms. Car. Steph. et ed. 1472. *alienissimam.* In C χ ψ, Steph. deest præpositio *a.* Mox, *judicarent* Franc. Dresd. Barb. Ms. Car. Steph. sex Oxonn. Mss. et edd. pr. cum

NOTÆ

[i] *Scripto illo istius*] Loquitur de lege Clodia contra Ciceronem, quam ad curiæ fores Clodius affixerat.

[k] *De Macedonia Syriaque tulerat*] Has provincias pro præmio acceperunt a Clodio consules Gabinius et Piso.

de me ad senatum tecum una retulit,[20] judicavit. 71. Sed isti,[1] qui Clodii leges timuerunt, quemadmodum ceteras observarunt? Senatus quidem, cujus est gravissimum judicium de jure legum, quotiescumque de me consultus est, toties eam nullam esse judicavit. Quod idem tu, Lentule,[l] vidisti in ea lege, quam[2] de me tulisti: nam non est ita latum, ut mihi Romam venire liceret, sed ut venirem: non enim voluisti id, quod licebat, ferre, ut liceret; sed me ita esse in republica, magis ut arcessitus imperio populi Romani viderer, quam ad administrandam civitatem restitutus.

72. Hunc tu etiam, portentosa[3] pestis, exulem appellare ausus es, cum tantis sceleribus esses et factis[4] notatus, ut omnem locum, quo adisses, exilii simillimum redderes? quid est enim exul? ipsum per se nomen, calamitatis,[5] non turpitudinis. Quando[6] igitur est turpe? re vera, quando est pœna peccati; opinione[7] autem hominum, etiam[8] si est pœna damnati. Utrum igitur peccato meo exulis[9] nomen subeo, an re judicata?[m] Peccato?[n]



Wolf. Beck. Schutz. et Orell.—20 C *retulerit.* Franc. 1. *una tecum retulit.*—1 *Sed vero isti* C S T χ, Franc. 1. et Ms. Car. Steph. *Sed vere isti* H: *Sed non isti* Dresd. *Si vero isti* ed. 1472.—2 Pro *quam* in χ *jam.* Tum, Franc. 1. et ed. 1472. *ad ministrandam.* '*Ad admin. civ. rest.*] Non convenit illud verbo *restitutus.* Videntur permutata esse hæc, et a Cicerone esse, *magis ut arcessitus ad admin. civitatem viderer, quam imperio pop. Rom. restitutus.*' Ern. —3 H S et edd. vett. *perniciosa.*—4 Verba *et factis* omittunt Franc. Dresd. Barb. et ed. Wald. cum Græv. et Lall. Pro *esses et factis* Guelf. habet *esses annotatus;* C χ *esses et factis;* ψ *factis esse.* Ern. conjecit legend. *esses et malefactis.*—5 Post *calam.* Lamb. addit *est.*—6 Pro *Quando* T *Quod:* in Dresd. deest. Ed. 1472. *Quid igitur est turpe revera.* Ante *re vera* χ addit *est.* Dein, *quum est pœna* C T χ, Franc. 1. Dresd. Barb. Ms. Car. Steph. ed. 1472. Ven. 1480. Junt. Lamb. Wolf. Beck. et Orell.—7 C *opinionem.*—8 In C H S χ deest *etiam.*—9 C H S T χ ψ, Franc. Dresd. et ed. 1472. *exulis* omittunt.

NOTÆ

[l] *Idem tu, Lentule*] Confirmare testimoniis pergit, legem Clodii contra se nullam esse, quia per vim lata est.

[m] *An re judicata*] Nullo judicio damnatus exilio fuit Cicero; ideoque ipsi turpe non fuit.

[n] *Peccato*] Non damnatus fuit propter aliquod peccatum Cicero: neque id dicere audet Clodius, qui felix Catilina a suis appellatur, quia ejecit Ciceronem, quem ipse Catilina non potuit.

Jam neque tu id dicere audes, quem isti satellites tui felicem Catilinam nominant, neque quisquam eorum, qui solebant.[10 o] Non modo[11] jam nemo est tam imperitus, qui ea, quæ gessi in consulatu, peccata esse dicat;[12] sed nemo est tam inimicus patriæ, qui non meis consiliis patriam conservatam esse fateatur. XXVIII. 73. Quod enim est[13] in terris commune tantum tantulumve consilium, quod non de meis rebus gestis ea, quæ mihi essent optatissima et pulcherrima, judicarit? Summum est populi Romani, populorumque et gentium omnium ac regum consilium, senatus. Decrevit, ut omnes, qui rempublicam salvam esse vellent, ad me unum defendendum venirent; ostenditque, nec stare potuisse rempublicam,[14] si ego non fuissem, nec futuram esse ullam, si non rediissem. Proximus est huic dignitati ordo equester. 74. Omnes omnium publicorum[15 p] societates[q] de meo consulatu, ac de meis rebus gestis amplissima atque ornatissima decreta fecerunt. [p. 228.] Scribæ, qui nobiscum in rationibus monumentisque publicis versantur, non obscurum[16] de meis in rempublicam beneficiis suum judicium decretumque esse voluerunt. Nullum est in hac urbe collegium, nulli pagani[r] aut montani, (quoniam plebei[17] quoque urbanæ[s]

—10 In Pal. 9. et Ms. Vict. *qui ei solebant: ψ qui soleant.*—11 In T deest *Non modo.* χ caret *jam.* C *tam* omittit. Pro *qui* C H S T ψ habent *quin.*—12 Verba *esse dicat* in S desunt.

Cap. XXVIII. 13 Edd. nonnullæ *est* omittunt. Mox, in T, Dresd. et ed. 1472. *populorum* sine copula. Verba *et gentium* in S desunt. Paulo post, in H S T χ ψ deest *ac.* Tum, Dresd. et al. *consilium. Senatus decr.*—14 C *potuisset respubl.* Post *fuissem* sex Oxonn. Mss. et al. cum Junt. Græv. Oliv. et Lall. addunt *restitutus.*—15 *Publicanorum* Dresd. quinque Oxonn. Mss. et edd. vett. cum Græv. Oliv. Lall. Wolf. *populorum* ed. 1472.—16 χ *obscuris.* Mox, χ *in rep.*—17 Franc. et ed. 1472. *plebeii.* Mox, C S χ ψ, Dresd. Franc.

NOTÆ

o *Qui solebant*] Nempe sic loqui, antequam restitueretur Cicero.

p *Publicorum* [*publicanorum*] Ex equestri ordine erant publicani; ii videlicet qui pop. Rom. vectigalia conducebant.

q *Societates*] Societates nomen sumebant ab ea provincia, cujus vectigalia redemerant.

r *Nulli pagani*] Pagani dicuntur, qui nullo militiæ sacramento tenentur, quique pagos extra urbem, in agro tamen Romano habitant.

s *Plebei urbanæ*] Plebs urbana ea

majores nostri conventicula,[t] et quasi consilia quædam esse voluerunt) qui non amplissime, non modo de salute mea, sed etiam de dignitate decreverint.[18] 75. Nam quid ego illa divina atque immortalia municipiorum et coloniarum, et totius Italiæ decreta commemorem, quibus, tanquam gradibus, mihi videor in cœlum ascendisse, non solum [19] in patriam revertisse? Ille vero dies [u] quis fuit,[20] cum te, P. Lentule, legem de me ferentem, populus Romanus vidit, sensitque, quantus et quanta dignitate esses? [1] Constat enim, nullis unquam comitiis, Campum Martium tanta celebritate, tanto splendore omnis generis hominum, ætatum, ordinum floruisse. Omitto civitatum, nationum, provinciarum, regum, orbis denique terrarum de meis in omnes [2] mortales meritis unum judicium, unumque consensum: adventus meus atque introitus in urbem qui fuit! Utrum me patria sic accepit, ut lucem salutemque [3] redditam sibi ac restitutam accipere debuit, an ut crudelem tyrannum? quod vos, Catilinæ gregales, de me dicere solebatis. 76. Itaque ille unus [4] dies, quo die me populus Romanus a porta [x] in Capitolium, atque inde domum sua



1. et ed. 1472. *urbani mores inde convent.* H *urbanique mores inde convent.* Dein, *concilia* Franc. Dresd. Barb. et edd. ante Manut. cum Lall.—18 H S χ *decreverunt.*—19 C χ *non modo.*—20 C, Ms. Steph. et Ms. Lamb. cum Beck. Schutz. et Orell. *qui fuit*, ut Faërnus volebat. Mox, ψ *ad me ferentem:* Ven. 1480. *de me ferente*, ut Faërn. voluit. Tum, edd. ante Græv. cum Oliv. Lall. *pop. Rom. ipse vidit.* In Dresd. *Romanus* deest. Denique, C *sentitque.*—1 *Essem* C H S T χ, Barb. Pall. Ms. Lamb. Ven. 1483. Junt. *esset* Schutz. e conjectura Lambini et Faërni.—2 Dresd. omittit *omnes.* In Franc. 1. est *de meis immortalibus:* Ms. Car. Steph. *de meis in omnes immortalibus:* unde Garaton. conjecit *de meis in omnes immortalibus.*—3 C *salutem,* sine copula.—4 In T deest *unus.* Sex Oxonn. Mss. *die* omittunt. Tum, in Dresd. legitur *popu-*

NOTÆ

fuit, quæ Romam; rustica, quæ rus incolebat.

[t] *Conventicula*] Conventicula a rege Numa instituta sunt, ut Florus testatur.

[u] *Ille vero dies*] Pridie Nonas Sextil. Lentulus de revocando Cicerone retulit.

[x] *A porta*] Cum venisset ab exilio ad portam Capenam, qua Via Appia in urbem ducit, gradus templorum ab infima plebe completi sunt: a qua plausu maximo cum esset Ciceroni gratulatio significata, similis et frequentia, et plausus eum usque in Capitolium celebravit. In foro et in

celebritate lætitiaque comitatum[5] honestavit, tantæ mihi jucunditati fuit, ut tua mihi conscelerata illa vis, non modo non[6] propulsanda, sed etiam emenda[7] fuisse videatur. Quare illa calamitas (si ita est appellanda) excussit hoc genus totum maledicti, ne quisquam audeat jam[8] reprehendere consulatum meum, tot, tantis, tam ornatis judiciis, testimoniis, auctoritatibus comprobatum. XXIX. Quodsi[9] in isto tuo maledicto probrum non modo mihi nullum objectas, sed etiam laudem illustras meam; quid te aut fieri aut fingi dementius potest? uno enim maledicto, bis a me patriam servatam esse concedis;[10] semel, cum id feci, quod omnes non negent immortalitati, si fieri potest,[11] mandandum, tu supplicio puniendum putasti; iterum, cum tuum, multorumque propter te,[12] inflammatum in bonos omnes impetum, meo corpore excepi, ne eam civitatem, quam servassem inermis, armatus in discrimen adducerem.[13]

77. Esto, non fuit in me pœna ulla peccati: at fuit[14] judicii. Cujus? quis me unquam ulla lege interrogavit?[y] quis postulavit? quis diem dixit? Potest igitur damnati pœnam sustinere indemnatus? hoc tribunicium est? hoc populare?[15] quanquam ubi tu te popularem, nisi cum



lus a Roma in Cap.—5 Græv. e Franc. 1. dedit *ac comitatu:* etiam Ms. Guelf. habet *comitatu,* sed sine copula. Ern. conjecit *comitatus* legend. Mox, Franc. *joconditati,* et sic semper.—6 *Non* ante *propulsanda* Barb. et edd. vett. paucæ omittunt.—7 In χ *emendanda.*—8 χ caret *jam.*

Cap. xxix. 9 C H S T χ *Quod,* omisso *si.*—10 C χ et Dresd. *concedas.*—11 Ern. conjecit *possit.*—12 C H S χ *preter te.*—13 Franc. 1. *advocarem.*—14 C T χ ψ *Affui.*—15 *Pop. est* H S et edd. vett. In Dresd. deest *hoc* ante *populare.* Franc. Dresd. et ed. 1472. *hoc tribunitium est populare;* unde Græv. conjecit *hoc trib. est et pop.* Pantagathus *hoc tribunitium? hoc pop. est?* Mox,

NOTÆ

Capitolio miranda multitudo fuit. Vide Epistt. ad Att. IV. 1.

[y] *Lege interrogavit*] Lege interrogare, est legis alicujus auctoritate aliquem interrogare, numquid aliquod facinus admiserit: cum enim in jus ventum esset, dicebat accusator apud prætorem reo, 'Aio te, Siculos,' v.g. 'spoliasse.' Si tacuisset, lis ei æstimabatur ut victo: si negasset, petebatur a magistratu dies inquirendorum ejus criminum, et instituebatur accusatio. Occupat autem Cicero id quod a Clodio dicebatur, non propter crimen eum ejectum esse, sed propter judicium: at id refellit ab adjunctis.

pro [16] populo fecisti,[z] potes dicere? Scilicet cum hoc juris a majoribus proditum sit, ut nemo civis Romanus aut libertatem [17] aut civitatem possit amittere, nisi ipse auctor [18] factus sit:[y] quod tu ipse potuisti in tua causa discere. Credo enim, quanquam in illa adoptione legitime factum est nihil, tamen te esse interrogatum, auctorne esses, ut in te P. Fonteius vitæ necisque[a] potestatem haberet, ut in filio.[19] Quæro, si aut negasses, aut tacuisses, si tamen[z] id XXX curiæ [20] [b] jussissent, num id jussum [1] esset ratum? certe non. Quid ita? quia jus a majoribus nostris, qui non ficte et fallaciter populares, sed vere et sapienter fuerunt, ita comparatum est, ut civis Romanus libertatem[c] nemo possit [2]

[y] *Nisi ipse consenserit.* [z] *Tametsi.*

in edd. vett. nonnullis deest *tu.*—16 *Pro* omittunt C T χ, Franc. Barb. Pall. Tum, in Ven. 1483. *potest dicere.* Pro *Scilicet* C H S χ, Guelf. et edd. vett. *Sed* ; et pro *cum* Ven. 1480. Junt. *quod.* Lamb. e conj. dedit *potes dicere? Potest desinere civis esse, cum hoc juris, &c.*—17 Pro *libertatem* Dresd. *in pietatem* ; C T χ *impietatem*, sed C habet asteriscum. Verba *aut civitatem* in χ desunt.—18 Pro *ipse auctor* T *senatus auctoritate* ; ψ *se auctor.* Tum, T *factum sit.*—19 *Filium* Lamb. qui tamen hæc *ut in filio* pro spuriis habebat.—20 C H S χ ψ *decuriæ:* Franc. 1. *cives*, prob. Græv. Dein, ed. 1472. *jussi essent.*—1 H et S *id injussum.* Pro verbis *num id jussum esset ratum*, Ms. Car. Steph. habet *num minus jussum est.* Pro *non Quid* in C S χ ψ *numquid* ; H *non nunquid.*—

NOTÆ

[z] *Pro populo fecisti*] Facere pro populo, est sacrificium offerre pro populo. Carpit hic acriter Clodium: vult enim significare muliebri habitu in arcanum Bonæ Deæ ingressum esse, quo adire viris nefas fuit.

[a] *Vitæ necisque*] Cum in alienam familiam quis intraret, aut id per prætorem fiebat, aut per populum: si per prætorem fiebat, adoptio dicebatur: si per populum, arrogatio; quia genus hoc in alienam familiam transitus, per populi rogationem fiebat. Ejus porro rogationis verba hæc sunt: 'Velitis, jubeatis, uti L. Valerius L. Titio tam jure, legeque filius siet, quam si ex eo patre, matreque familias ejus natus esset: utique ei vitæ necisque in eum potestas siet, uti patri endo filio est. Hoc ita ut dixi, ita vos, Quirites, rogo.'

[b] *XXX curiæ*] Curiæ erant urbis partes in quas Romulus populum diviserat: sic dictæ, quod tunc reipublicæ curam per sententias partium earum expediebat. Curiatæ vero leges sunt quæ ad populi curias feruntur, hoc est, quæ curiatis comitiis rogabantur, cum populus per curias suffragia inibat.

[c] *Libertatem*] Is amittebat libertatem, qui per arrogationem in alienam potestatem transibat.

invitus amittere. 78. Quinetiam, si[3] decemviri[d] sacramentum[e] in libertatem injustum judicassent, tamen, quotiescumque vellet quis, in hoc genere solo rem judicatam referre[a] posse voluerunt.[4] [*p.* 229.] Civitatem vero nemo unquam[5] ullo populi jussu amittet invitus. XXX. Qui cives Romani in colonias Latinas proficiscebantur, fieri non poterant Latini, qui non[6] erant auctores facti, nomenque dederant. Qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc civitatem[f] amittebant, quam erant in eam[7] recepti, quo vertendi, hoc est, mutandi soli causa venerant: id autem ut esset faciundum, non ademtione[8] civitatis, sed tecti, et aquæ et ignis interdictione faciebant. 79. Populus Romanus, L. Sulla[g] dictatore ferente, comitiis centuriatis, municipiis civitatem ademit: ademit iisdem[9] agros. De agris ratum est: fuit enim populi potestas: de civitate, ne tamdiu quidem valuit, quamdiu illa Sullani temporis arma valuerunt. Hanc vero Volaterranis,[10][h] cum etiam tum essent in armis, L. Sulla victor, republica recuperata, comitiis centuriatis, civitatem eripere non potuit:

[a] *Retractare.*

2 Mss. plerique, Junt. Grut. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *posset.*—3 In C H χ *si* deest.—4 Edd. vett. *hoc in genere se rem jud. referre voluerunt.* In C H S χ, Pall. plerisque, et al. legitur *se rem*; in T, Pal. 9. Barb. Ms. Vict. et Mss. Faërni *sororem.* Pro *referre posse* Faërnus, Manut. Hotom. Wolf. malebant *referri.*—5 In T deest *unquam.* Mox, in eodem Ms. legitur *populari jussu.*

CAP. XXX. 6 In Dresd. Franc. 1. sex Oxonn. Mss. et ed. 1472. deest negativa particula ante *erant.*—7 C *in ea.*—8 H *adoptione.*—9 χ ψ *ademit ; isdem.* In Barb. et Ven. 1480. semel verbum ponitur, *munic. civ. ademit ; eisdem agros.* Astipulantur his ed. Rom. Ven. 1483. et Hervag. nisi quod illæ

NOTÆ

[d] *Decemviri*] Decemviri litibus, sive stlitibus, ut olim loquebantur, judicandis creati sunt. Lites autem, easque causas judicabant, in quibus de jure controversia erat.

[e] *Sacramentum*] Sacramentum certa est et legitima pecuniæ summa, quæ ab actore et reo deponebatur in sacro, ut qui victus et damnatus esset, is pecunia sua mulctaretur: qui vicisset, suam recuperaret.

[f] *Civitatem*] Exemplum affert de amissione civitatis, quam exemplo coloniarum, exulum, et Volaterranorum illustrat; contenditque neminem invitum libertatem amittere.

[g] *L. Sulla*] Sulla multas civitates mœnibus suis nudavit, et tributis afflixit, quas sibi non favisse crediderat.

[h] *Volaterranis*] Volaterra colonia, et urbs Etruriæ antiquissima.

hodieque Volaterrani non modo cives, sed etiam optimi cives, fruuntur nobiscum[11] simul hac civitate. Consulari homini[i] P. Clodius, eversa republica, civitatem adimere potuit, concilio advocato,[k] conductis operis[12] non solum egentium, sed etiam servorum, Sedulio[13] principe,[l] qui se illo die[m] confirmavit Romæ non fuisse? 80. Quod si[14] non fuit, quid te audacius, qui in ejus nomen[15] incideris?[n] quid desperatius, qui ne[16] ementiendo quidem potueris auctorem adumbrare meliorem? Sin autem is[17] primus scivit,[o] (quod facile potuit, propter inopiam tecti, in foro per-

hisdem, hæc *iisdem*.—10 Lamb. e conj. edidit *An vero Vol.*—11 H *vobiscum.*—12 C H S χ *operibus.*—13 '*Sedulio*] Ita in quinque codd. Oxonn. scriptum, ut in Rom. et utraque Ven. Franc. Dresd. et ed. 1472. in VV. LL. ed. Græv. dicuntur legere *Sedulio*, sed in Not. *Fidulio*, et ibid. Garaton. ait Barb. cum Grævianis legere *Sedulio*. T *Sydulio*: Pith. *Fidulo*. Atque ita semel c. 31. Car. Stephanus e cod. notavit *Fidulus*. Gembl. et Erf. *Fidulio principe, quæstoris filio, qui se, &c.* unde Gulielm. effecit *Q. F.* sed Gruter. putat *filio* extitisse ex *se illo*. Pal. 9. *Fidulio principe filio illo diem conf.* *Fidulius* postea (c. 31.) in omnibus Pall. codd. et Vict. legitur.' *Beck.* Tum, *confirmat* Pal. 9. Barb. Pariss. Mss. Lambini ac Grævii, cum Græv. et Lall.—14 Dresd. *Qui si.* Mox, Franc. *audactius.*—15 *Qui ejus nomen* C H S χ ψ, Barb. Pall. ed. Rom. et Ven. 1480. cum Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *qui in æs ejus nomen* Manut. Lall. *quis ei nom.* Pal. 9. *qui in æs nomen* Pantagath. Vid. Not. Delph.—16 In Dresd. *ne* deest. H habet *qui te non ement.*—17 ψ *iis.* Dresd. *in primis.* Pro *potuit* C H χ, Rom. Ven. 1480. 1483. *fuit.*—18 Mss. Lamb. et

NOTÆ

[i] *Consulari homini*] Ciceroni non potuit eripere Clodius civitatem in eo concilio, quod ex perditis et egenis conflatum erat, si Sulla Volaterranis non potuit in comitiis centuriatis.

[k] *Concilio advocato*] Veteres concilium dicebant de parte aliqua plebis, quæ ad concionem in foro conveniebat: hinc concilium edicere, non comitia, debebat is, qui non universum populum, sed partem aliquam adesse jubebat. Vid. Gell. xv. 27.

[l] *Sedulio principe*] Sedulius ille fuit ex iis unus, qui legem Clodii comprobasse et jussisse dicebatur, ex cujus testimonio Clodium mendacii arguit.

[m] *Illo die*] Quo die lex illa lata est a Clodio, dixit Sedulius se Roma abfuisse.

[n] *In ejus nomen incideris*] 'Incideris,' id est, qui ejus auctoritatem prætexeris: nisi fortasse melius legendum sit *ejus nomen in æs incideris;* nam in æneis tabulis leges incidebantur, et cum eis eorum nomina, qui primi de iis suffragium tulerant, aut eas sciverant.

[o] *Scivit*] *Scivit* ambiguum est; nam et pro 'jussit,' et pro 'intellexit' sumi potest. Videtur tamen hic sumi pro 'dare suffragium;' quod facile præstare potuit, quia pernoctabat in foro.

noctans,[18]) cur non juret se Gadibus[19] fuisse,[p] cum tu te fuisse Interamnæ[20][q] probaveris? Hoc tu igitur, homo popularis, jure munitam civitatem et libertatem nostram putas esse[1] oportere, ut, si, tribuno plebis rogante, 'Velitis, jubeatisne,'[2][r] Sedulii centum se velle[3] et jubere dixerint, possit unusquisque nostrum amittere? Tum igitur majores nostri[s] populares non fuerunt, qui de civitate et libertate ea jura sanxerunt, quæ nec vis temporum, nec potentia[4] magistratuum, nec res tum[5] judicata, nec denique universi populi Romani potestas, quæ ceteris in rebus est maxima, labefactare posset.[6] 81. At tu etiam, ereptor civitatis, legem de injuriis publicis[t] tulisti Anagnino[7] nescio cui Menulæ, per gratiam, qui tibi ob eam legem statuam in meis ædibus posuit; ut locus ipse, in tua tanta[8] injuria,[u] legem et inscriptionem statuæ[x] refelleret. Quæ res muni-

Car. Steph. *pernoctasse.*—19 Franc. et ed. 1472. *cur non juret Gadimus.* In Barb. quoque *Gadimus:* C χ *Gadilias.* Ant. Augustin. conjecit *in gradibus.*—20 C *Interamnem:* ψ *inter amnem.*—1 In C H S χ ψ *esse* omittitur.—2 Lamb. *velitis, jubeatisve.* Tum, C H χ ψ *Sidulii.* Mss. Lamb. *Fidulus,* ubique.—3 C χ *vellet.* Ante *et jub.* C H χ ψ addunt *ei.* Dein, H χ *dixerunt.* Pro *possit* C *posse.* Post *amittere* C H S χ ψ, Barb. et al. atque edd. vett. cum Oliv. et Lall. addunt *civitatem.*—4 Gulielm. legi mavult *impotentia.*—5 Mss. plerique et edd. vett. cum Græv. Lall. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *tum* omittunt. —6 *Posset* e conjectura dederunt Ern. et Beck. *possit* ceteri.—7 C S χ ψ *an agnino scio.* Mox *me nullæ* χ ψ: *Menullæ* Lamb. e Mss.—8 Lamb. e Mss.

NOTÆ

[p] *Gadibus fuisse*] Gades, hodie *Calis,* in capite Bæticæ insula est.

[q] *Interamnæ*] Clodius, accusatus de stupro in penetralibus Bonæ Deæ, juravit se eo die Interamnæ fuisse. Interamna porro urbs est Umbriæ; ita dicta, quod inter duos amnes constituta sit.

[r] *Velitis, jubeatisne*] Requiruntur leges ut ejiciatur civis: neque id pendere ex illis verbis, 'velitis, jubeatis,' debet, quæ facile proferri possunt a tribuno apud centum homines pecunia corruptos, qualis ille Sedulius fuit.

[s] *Tum igitur majores nostri*] Ironia. Proponit autem qui vere populares sunt majorum exemplo.

[t] *De injuriis publicis*] Cum Menulæ, civi Anagnino, injuria publice facta esset, P. Clodius in ejus gratiam, legem aliquam videtur tulisse de publicis injuriis, qua pœnam aliquam constituerat: de qua lege nihil alibi legitur.

[u] *In tua tanta injuria*] Fecit injuriam Ciceroni Clodius, cum ejus ædes incendit ac diruit.

[x] *Inscriptionem statuæ*] Statuæ inscripserat Menula P. Clodio, ob latam legem de publicis injuriis.

cipibus Anagninis[9] multo majori dolori fuit, quam quæ idem ille gladiator scelera Anagniæ[y] fecerat.[10] XXXI. Quid? si[11] ne scriptum quidem[z] unquam est in ista ipsa rogatione, quam se Sedulius[12] negat scivisse; tu hujus,[13] ut acta tui præclari tribunatus hominis dignitate cohonestes,[14] auctoritatem amplecteris?

82. Sed, tametsi[15] nihil de me tulisti, quo minus essem non modo in civium numero, sed etiam in eo loco,[a] in quo me honores populi Romani collocaverunt; tamenne eum tua voce[16] violabis, quem post nefarium scelus consulum superiorum, tot vides judiciis senatus, populi Romani, totius Italiæ[17] honestatum? quem ne tum quidem,[18] cum aberam, negare poteras esse tua lege senatorem? Ubi enim tuleras, ut mihi aqua et igni[19] interdiceretur? quod Gracchus de P. Popillio,[b] Saturninus de Metello[c] tulit.

tanta tua. Mox, C H S χ *scriptionem*—9 C χ ψ *an agnitiis.* Post *Anagninis* Mss. et edd. præter Ern. addunt *ornatissimis,* quod abest a Mss. Lambini.—10 χ *effecerat.*

Cap. XXXI. 11 C *Qui si.* Mox, Lallem. e conjectura Gulielmii *usquam.*—12 C S *Sidulius:* χ ψ *Fidulius:* al. *Fidulus.*—13 Pro *hujus* in Ms. Car. Steph. *autem.*—14 *Honestes* H S T χ, Franc. Dresd. Barb. edd. Rom. Wald. Ven. 1480. 1483. Græv. Wolf. et Orell. Tum, *auctorem* C H S χ, et Ms. Car. Steph. Verba *auctor. amplect.* in Franc. Dresd. et ed. 1472. desunt.—15 C H S ψ, Junt. *tamen si:* al. *tamen etsi.* In Franc. Dresd. et ed. 1472. legitur *Si nihil de me.*—16 In Franc. desunt verba *tua voce.* Pro *quem* χ habet *quæ.*—17 Ante *totius Italiæ* Franc. et Dresd. addunt *et.*—18 C et Franc. *tu quidem.* Pro *aberam* Franc. Dresd. et ed. Wald. *ad horam.*—19 *Ignis* C S T

NOTÆ

[y] *Anagniæ*] Anagnia civitas fuit Hernicorum in Latio.

[z] *Ne scriptum quidem*] Si nihil scriptum est in illa rogatione pro qua suffragium Sedulius se dedisse negat, sequi ejus auctoritatem non debet Clodius, vel ejus testimonium, ut inde suo tribunatui dignitatem et gloriam conciliet.

[a] *In eo loco*] Nihil Clodium protulisse ait, quo vel eum a numero civium, vel a senatoria dignitate amoveret; ad quam patebat iis aditus, qui curulem magistratum gesserant.

[b] *Gracchus de P. Popillio*] Gracchus tribunus plebis habuit multas orationes contra Popillium. Tulit autem ille, ne de capite civis Romani injussu populi judicaretur: qui indicta causa in civem Rom. animadvertisset, de eo populi quæstio constitueretur; quod propter Popillium latum est.

[c] *Saturninus de Metello*] Saturninus Apuleius tulit, uti Q. Metello Numidico consuli, quod legi ipsius agrariæ, quæ intra quintum diem jurari in eam jubebat, non paruisset, aqua et igni interdiceretur. Ille in eam le-

Homines seditiosissimi de optimis ac fortissimis civibus non, ut esset interdictum, quod ferri non poterat,[20] tulerunt, sed ut interdiceretur. Ubi cavisti, ne meo me loco censor in senatum legeret?[d] quod de omnibus, etiam quibus[1] damnatis interdictum est, scriptum est in legibus.[e] 83. Quære hoc[2] e Sex. Clodio, scriptore legum tuarum: jube[3] adesse: latitat omnino: sed si requiri[b] jusseris, invenient hominem apud sororem tuam, occultantem se, capite demisso.[4] [f] Sed si patrem tuum,[g] civem,[5] medius fidius, egregium, dissimilemque[6] vestri, nemo unquam sanus exulem appellavit (qui, cum de eo tribunus plebis promulgasset, adesse propter iniquitatem[h] illius Cinnani temporis noluit,[7] eique imperium est abrogatum); [*p.* 230.] si in illo pœna legitima turpitudinem non habuit propter vim temporum; in me, cui dies dicta non[8] est,[c] qui reus non fui, qui nunquam sum a tribuno plebis citatus, damnati pœna esse

[b] *Produci.* [c] *Qui nunquam vocatus fui in judicium.*



ψ, Franc. Dresd. et edd. pr. cum Wolf. Beck. Schutz. et Orell.—20 *Quod fieri non poterat* C H, Gryph. Lamb. Grut. *quod ferre non poterant* Franc. Dresd. ed. Wald. et Græv. Ceteri ut Ern.—1 Mss. pauci, Junt. Lamb. Gruter. *quibusdam.* Pantagathus legi maluit *civibus jam damn.* Verba *scriptum est* in χ desunt.—2 S *Quæro,* et Ms. Car. Steph. *hæc.* Tum, edd. ante Grut. *ex Clodio.*—3 H et T *jubet.*—4 Verba *invenient . . . demisso* absunt a Dresd.—5 Franc. et ed. 1472. omittunt *civem.*—6 In Dresd. Barb. sex Oxonn. Mss. Rom. Wald. Ven. 1480. 1483. *dissimilem* sine copula. Dein, T *nostri.*—7 ψ *voluit.* Pro *eique* Franc. Dresd. edd. pr. *et æque;* χ, Barb. *et eque;* ψ *et æquæ;* C *æque;* Ms. Car. Steph. *donec.* Grævius corrigit *et inique.*—8 Pro

NOTÆ

gem jurare noluit.

[d] *In senatum legeret*] Exulibus olim, vel qui ejecti erant, vel voluntarie in exilium exivissent, si quando judicabatur a populo aut senatu, quod inique essent ejecti, reservabatur subsellium vacuum; nemoque in eorum locum substituebatur: si vero quis jure esset ejectus, consensu omnium, et jubentibus legibus, alius in ejus locum substituebatur.

[e] *Scriptum est in legibus*] Scriptum est legibus, ut in locum condemnati aliquis substituatur.

[f] *Capite demisso*] Indicat nefariam hominis turpitudinem.

[g] *Patrem tuum*] Pater Clodii Appius Claudius fuit, qui cum Publio Servilio Isaurico consul fuit, et cui imperium consulare abrogatum est.

[h] *Adesse propter iniquitatem*] Maluit remanere potius in exilio voluntario quam redire Romam, quæ tot factionibus premebatur.

potuit, ea præsertim, quæ ne in ipsa quidem rogatione[i] proscripta[9] est? XXXII. 84. At[10] vide, quid intersit inter illum iniquissimum patris tui casum,[11] et hanc fortunam conditionemque nostram. Patrem tuum, civem optimum, clarissimi viri filium, (qui si viveret, qua severitate fuit, tu profecto non viveres) L. Philippus[k] censor, avunculum suum, præteriit in recitando senatu. Nihil enim poterat dicere, quare rata non essent, quæ erant acta[12] in ea republica, in qua se illis ipsis temporibus censorem esse voluisset: me L. Cotta,[13] homo censorius, in senatu juratus[l] dixit, se, si censor tum esset,[14] cum ego aberam, meo loco senatorem recitaturum fuisse. 85. Quis in meum locum judicem subdidit?[m] quis meorum amicorum testamentum discessu meo[d] fecit, qui[15] mihi non idem tribuerit, quod et si adessem?[16] Quis me, non modo civis, sed socius, recipere contra tuam legem et juvare[17] dubitavit? Denique universus senatus multo ante, quam est lata lex de me, gratias agendas censuit civitatibus iis,[18] 'quæ M. Tullium...' tantumne? immo etiam, 'civem optime de republica meritum,

[d] *Me absente.*

non edd. vett. paucæ et Græv. *nunquam.* Tum, Wald. *data est.*—9 *Præscripta* S T χ ψ, Barb. Mss. Lambini ac Grævii, ed. Wald. *perscripta* omnes aliæ edd. præter Ern. qui e conjectura Grævii dedit *proscripta.*

CAP. XXXII. 10 Sex Oxon. Mss. *Ac.* Pro *vide* ψ *inde.*—11 H *causam.*—12 C et χ *quæ essent acta.* In T deest *ea.*—13 Ed. 1472. *M. L. Cocta.*—14 Franc. Dresd. ed. 1472. *juratus dixit rei censor cum esset.* Mox, in C H S T χ, Franc. Dresd. ed. 1472. deest *ego.* Tum, Jannoctius e Ms. Puccii *meo me loco,* ut Manutius volebat.—15 H S T *quis.*—16 'Ed. Juntæ habet *quod si adessem.* Melius. Credo excidisse aliquot syllabas, et fuisse *quod tribueret, si adessem.*' Ern. 'Deest *et* in C χ ψ. Grævius jam conjecit *quam* (sed videtur voluisse *quod*, ut recte Garaton. monuit) *si adessem,* aut *si adfuissem.*' Beck.—17 Franc. et Dresd. *jurare.*—18 H S *his,* omisso *quæ.* In T *iis quæ*

NOTÆ

[i] *In ipsa quidem rogatione*] In rogatione Clodii non scriptum fuit, ut aqua et ignis interdiceretur.

[k] *L. Philippus*] L. Philippus orator eximius fuit, et ejus Philippi pater, qui Octaviani vitricus fuit.

[l] *Juratus*] Addito juramento Cotta dixit, si censor tum fuisset, cum Cicero ejectus est, se eum loco suo nominaturum fuisse inter senatores.

[m] *Judicem subdidit*] Erant judicum decuriæ perscriptæ ex senatorum numero: in demortui autem locum alter sufficiebatur: nemo autem subditus est in Ciceronis locum.

recepissent.' Et tu unus, pestifer civis, eum restitutum negas esse civem, quem ejectum [19] universus senatus non modo civem, sed etiam egregium civem semper putavit? 86. At vero, ut annales populi Romani et monumenta vetustatis loquuntur, Cæso [20] ille Quintius,[n] et M. Furius Camillus,[o] et M. Servilius Ahala,[p] cum essent optime de republica meriti, tamen populi incitati vim [e] [1] iracundiamque subierunt: damnatique comitiis centuriatis[q] cum in exilium profugissent, rursus ab eodem populo placato sunt in suam pristinam dignitatem restituti. Quodsi his [2] damnatis non modo non imminuit calamitas clarissimi nominis gloriam, sed etiam honestavit (nam, etsi optabilius [3] est, cursum vitæ conficere sine dolore, et sine injuria; tamen ad immortalitatem gloriæ plus affert, desideratum esse a suis civibus, quam omnino nunquam esse violatum); mihi,[4] sine ullo judicio populi profecto, tum amplissimis [5] omnium judiciis restituto, maledicti locum aut criminis obtinebit? 87. Fortis et constans [6] in optima ratione civis P. Popillius semper fuit: tamen ejus in omni vita nihil est ad laudem [7]

[e] *Seditionem.*

desunt.—19 C χ *electum.*—20 *Kæso* e conjectura Augustini et Manutii dederunt Beck. et Schutz. *Censor* C H S T χ et edd. ante Lamb. Tum, Franc. *Quintus:* al. *Quinctius.* Porro, H *et consularis M. Furius Cam.* Denique, Schutz. e conjectura Mureti et aliorum edidit *C. Servilius Ah.* Pro *Ahala*, quod in C H S T χ, Barb. Rom. Ven. 1483. deest, Franc. habet *Ala*, Lamb. *Hala.*—1 Pro *vim* C H S χ ψ, Franc. Dresd. et ed. 1472. habent *in.* Dein, *iracundiam quæ* H S χ ψ: *iracundiam quam* Franc. *iracundiam quo* Dresd. *iracundiam* Ms. Car. Steph. In Ms. Lambini *populi concitati iracundiam sub.*—2 Edd. vett. cum Græv. Oliv. Lall. *iis.* Tum, T *damnatisque.* In χ deest *non* post *non modo.* Mox, Franc. *minuit.* Pro *nominis* Dresd. habet *hominis.* —3 H *tam,* et C χ *si opt.*—4 Ern. conjecit *in me* legend. Lambinus dedit *mihi, cum sine.*—5 Al. *cum ampl.* Barb. et Ven. 1480. *non cum ampl.*—6 H et S

NOTÆ

[n] *Cæso ille Quintius*] Defensor ille fuit nobilitatis contra plebem, et apud Tuscos exulatum abiit. Probat autem comparatione exemplorum eandem rem, et amplificat.

[o] *Camillus*] Camillus urbem Romam a Gallis liberavit.

[p] *Servilius Ahala*] Hic magister equitum Sp. Melium, regnum affectantem, jussu Quintii Cincinnati dictatoris manu sua interfecit.

[q] *Comitiis centuriatis*] In quibus legem tulit Lentulus de illorum exilio.

illustrius, quam calamitas ipsa. Quis enim jam meminisset, eum bene de republica meritum, nisi et ab improbis expulsus esset, et per bonos restitutus? Q. Metelli[r] præclarum imperium in re militari fuit, egregia censura, omnis vita plena gravitatis: tamen hujus viri laudem ad sempiternam memoriam[8] temporis calamitas propagavit. XXXIII. Quodsi et illis,[9] qui expulsi sunt inique, sed tamen legibus reducti, inimicis interfectis,[10] rogationibus tribuniciis, non auctoritate senatus, non comitiis centuriatis, non decretis Italiæ, non desiderio civitatis, inimicorum injuria probro non fuit; in me, qui profectus sum integer,[f] abfui[11] simul cum republica, redii[12] cum maxima dignitate, te vivo, fratre tuo altero consule[13][s] reducente, altero prætore[t] petente,[14] tuum scelus meum probrum putas esse oportere? 88. Ac,[15] si me populus Romanus, incitatus iracundia aut invidia, e civitate ejecisset, idemque postea mea in rempublicam[16] beneficia recordatus, se collegisset, temeritatem atque injuriam[17] suam restitutione mea reprehendisset; [*p.* 231.] tamen profecto nemo tam esset amens, qui mihi populi tale judicium[18] non dignitati potius, quam dedecori putaret esse oportere. Nunc vero, cum me in judi-

[f] *Indemnatus.*

constantis.—7 H S T χ ψ *tam ad laudem.*—8 C H S χ *ad semp. gloriam sive mem.*

Cap. XXXIII. 9 C χ *Quod si ex illis.* Lambinus copulam omisit.—10 C H T χ ψ *interjectis.*—11 Dresd. et ed. 1472. *affui.*—12 Pro *redii*, quod in Franc. 1. et ed. Junt. deest, Mss. nonnulli et edd. pleræque ante Græv. habent *dicam.* In Dresd. Barb. Ms. Car. Steph. ed. 1472. Ven. 1480. et al. deest præpositio *cum*, et legitur *dicam max. dign. abfui simul cum R. P.* Præpositionem quoque omittunt ed. Rom. et Ven. 1483. *Max. cum dign.* dederunt Lamb. Oliv. Lall. Wolf. Pro *te vivo* Pantagathus *te invito* legi maluit. In H S T χ *te* deest.—13 H S T χ ψ, Franc. 1. Dresd. *consulari.*—14 *Petenti* C S χ: *dicente* Pal. 9. *ducente* Gembl. *patiente* Aldus Nepos e conjectura Manutii. In T deest.—15 T, Franc. 1. Dresd. Ms. Steph. et ed. 1472. *At.* Mox, Dresd. *inritatus.*—16 *Mea in rep.* C: *in ea rep.* Dresd.—17 H *incuriam.*—18 Lamb.

NOTÆ

[r] *Q. Metelli*] Q. Metellus Numidicus censor Saturninum notavit, a quo postea tribuno plebis in exilium ejectus est.

[s] *Consule*] Metello Nepote consule referente, revocatus fuit Cicero.

[t] *Prætore*] Appius, Clodii germanus frater, prætor tum erat.

cium populi nemo omnium[19] vocarit; condemnari non potuerim, qui accusatus non sim;[20] denique ne expulsus quidem ita sim, ut,[1] si contenderem, superare non possem; contraque a populo Romano[2] semper sim defensus, amplificatus, ornatus; quid est, quare quisquam mihi se ipsa populari ratione[3] anteponat? 89. An tu populum Romanum esse illum putas,[4] qui constat ex iis qui mercede conducuntur? qui impelluntur, ut vim afferant magistratibus? ut obsideant senatum? optent quotidie cædem,[5] incendia, rapinas? quem tu tamen populum, nisi tabernis[6] clausis,[u] frequentare non poteras; cui populo duces Lentidios,[x] Lollios,[7] Plaguleios, Sergios præfeceras. O speciem[y] dignitatemque populi Romani, quam reges, quam nationes exteræ, quam gentes ultimæ pertimescant,[8] multitudinem hominum ex servis, ex conductis, ex facinorosis, ex[9] egentibus congregatam! 90. Illa fuit pulchritudo[z] populi Romani, illa forma, quam in Campo vidisti tum, cum etiam tibi, contra senatus totiusque Italiæ auctoritatem et studium, dicendi potestas fuit.[10] Ille, ille populus est domi-

tale populi jud.—19 Franc. Ms. Puccii, et ed. Junt. *omnino.*—20 χ *fuerim.* Mox, *pulsus* C H S χ, Ms. Car. Steph. ed. Rom. Ven. 1483.—1 Pro *ut* C H S χ ψ habent *ne*. Tum, T *si ne cont.* Dresd. *si me cont.*—2 ψ *a rep.*—3 Car. Steph. et Lamb. *ipsa populi rat.* Ern. legi mavult *in ipsa populari rat.* Pantagathus legit, *in ipsa populari rat. anteponatur.*—4 Lamb. e Ms. *putas illum.* Mox, C *ex his.*—5 Ms. Car. Steph. *optent Catilinæ cædem.* Garaton. legi mavult *qui optant.*—6 Franc. 1. Ms. Car. Steph. et ed. 1472. *nisi his tab.* Pro *nisi* C H S χ et Dresd. habent *in his.*—7 T *Lentulos, liliis.* In C *Lillios.* Dein, Erf. *Placuleios.* Grævius dedit *Lentidios, Plaguleios, Lollios.* In C H S T χ et edd. plerisque ante Lamb. deest *Plaguleios.* Denique, T *Sirgios.*—8 Edd. ante Ern. *pertimescunt.* Tum, C H S T χ *multitudine.* Paulo post, *ex servis, ex conductis* Guelf. Barb. Junt. Græv. Lall. Wolf. Beck. et Orell. *ex servis conductis* ceteri.—9 In Franc. 1. deest præpositio ante *egentibus.*—10 Lamb. *defuit.* Pronomen *ille* semel tantum legitur in C H S T χ, Franc. Dresd. et

NOTÆ

[u] *Nisi tabernis clausis*] Loquitur de plebe urbana, quæ constabat opificibus, quæque inferior rusticana habebatur.

[x] *Lentidios, &c.*] Lentidii, Lollii, Sergii, homines apti ad seditiones concitandas fuerunt, quibus Clodius ad vilem sibi plebeculam comparandam utebatur.

[y] *O speciem*] Ironica exclamatio.

[z] *Illa fuit pulchritudo*] Ostendit qui vere populus Rom. dicendus sit.

nus regum, victor atque imperator omnium gentium, quem illo clarissimo die, scelerate, vidisti tum, cum omnes principes civitatis, omnes ordinum[11] atque ætatum omnium, suffragium se, non de civis, sed de civitatis salute ferre[12] censebant: cum denique homines in Campum, non tabernis, sed municipiis[a] clausis, venerunt.[13] XXXIV. 91. Hoc[14] ego populo, si tum consules aut fuissent in republica, aut omnino non fuissent, nullo labore, tuo præcipiti furori atque impio sceleri restitissem. Sed publicam causam contra vim armatam sine populi præsidio[15] suscipere nolui: non quo[16] mihi P. Scipionis,[b] fortissimi viri, vis[17] intima,[g] privati hominis, displiceret; sed[18] Scipionis factum statim P. Mucius[19] consul, qui in gerenda republica putabatur fuisse segnior,[c] gestam[20] multis senatusconsultis non modo defendit, sed etiam ornavit: mihi aut, te interfecto, cum consulibus, aut, te vivo, et tecum, et cum illis, armis decertandum fuit. 92. Erant eo tempore multa etiam alia metuenda. Ad servos, medius fidius, res pervenisset: tantum homines impios ex vetere illa conjuratione[d] inustum[1] nefariis mentibus bonorum odium retinebat.[2]

Hic tu me etiam gloriari vetas: negas esse ferenda, quæ soleam de me prædicare: et homo facetus inducis etiam

[g] *Summa.*

ed. Wald.—11 χ *ordines.* Mox, Ern. conjecit legend. *omnium homines.*—12 C S χ *fore.*—13 C *venerant,* ut Ern. volebat.

Cap. XXXIV. 14 ψ *Hæc.*—15 Garaton. conjecit *sine publico præs.*—16 C H S χ ψ, Junt. Lamb. Wolf. Beck. et Orell. *non quo.* Ceteri *non quod.*—17 In T *vis* deest. Vid. Nott. Varr.—18 χ *sed si.*—19 Al. *Mutius.*—20 *Segnior quam gesta* Lamb. Oliv. *segnior, gestam multis* Ern. e conjectura. *Segnior,*

NOTÆ

[a] *Non tabernis, sed municipiis*] Ait non e tabernis vilem populum, sed x omnibus municipiis et civitatibus venisse pro Cicerone supplicatum.

[b] *P. Scipionis*] Non improbavit Cicero factum P. Scipionis Nasicæ, qui T. Gracchum occidit. Vide Plutarchum in Gracchis.

[c] *Fuisse segnior*] P. Mucius contra T. Gracchum arma capere noluit, ne alicujus belli civilis auctor haberetur; sed multis tamen laudibus Scipionis factum extulit.

[d] *Vetere illa conjuratione*] Ex Catilinaria conjuratione multi ad arma prodiissent, a quibus respublica periclitata esset.

sermonem urbanum ac venustum: me dicere solere, esse me Jovem; eundemque[3] dictitare, Minervam esse sororem meam. Non tam insolens sum, quod Jovem esse me dico, quam ineruditus, quod Minervam sororem Jovis esse existimo.[4] Sed tamen, ego mihi sororem virginem [e] ascisco: tu sororem tuam virginem esse non sivisti.[5] [f] Sed vide, ne tu te[6] debeas Jovem dicere, quod tu jure eandem sororem et uxorem appellare possis. XXXV. Et quoniam hoc re-

gesta, multis ceteri.—1 Dresd. *injustum.*—2 Hervag. *tenebat.*—3 χ *eum denique.* Tum, H *dictare.*—4 'Libri quidam scr. et edd. *non tam ineruditus:* alii ut Guelf. ed. Vict. *non tam eruditus:* illud recepit Grævius; male.' *Ernest.* 'Quam Gruterus dedit loci scripturam, ab Ern. et Wolf. quoque servatam, ea petita est ex cod. Gembl. cui astipulatur cod. Vict., nisi quod is habet, ut Pal. 9. *eruditus.* Pal. 9. præterea, *me dicam tam eruditus, quod Min. sororem Jov. esse existimo.* Cod. Franc. *quod Jovem me esse dicam, non tam erud., quod Min. sororem Jovis esse sororem meam existimem* (sed vetusta manus voc. *eruditus* superscripserat *quam ineruditus*). Similiter Dresd. et pleræque vett. edd. nisi quod *ineruditus* habent. Hinc Grævius (cum in codd. Grut. desit *sororem meam*) edidit, *Jovem esse me dico, non tam ineruditus, quod Min. sororem Jovis esse existimo.* Naugerius, *quod Jovem me esse* (s. *esse me*) *dico, quam eruditus, quod Min. sororem Jovis esse existimo.* Eam scripturam, etsi ab Ursino improbatam, retinuerunt Oliv. Lall. Oxonn. (in quibus *esse me*); et Lallem. unum e suis codd. ita legere ostendit. Hervag. et Cam. dederunt, *qui Jovem esse me dicam, non tam ineruditus, qui Min. Jovis sororem meam esse sororem existimem:* ita etiam Car. Steph. Manut. et Lamb. Atque sic legi in cod. quodam Ant. Augustini Ursinus auctor est. Unus e Lall. codd. habet, *qui Jov. esse me dicam, non tam ineruditus, qui Min. Jovis sororem esse existimem.* In cod. Barb. est, *quod Jovem esse me dicam, nec tam eruditus, quod Min. me sororem meam Jovis esse sororem existimem:* quæ etiam ineptiora sunt. Lambinus edidit, *qui Jovem esse me dicam, non tam ineruditus, qui Min. Jovis filiam, meam sororem esse existimem:* idemque monet, Passeratium legere, *qui Min. Jovis* (subintell. filiam), *sororem meam, &c.* Ant. Augustinus legit, *non tam ineruditus qui Min. Jovis esse sororem existimem:* Ursinus autem, Pantagathum secutus, rectissime legi existimat, *qui Jovem esse me dicam, nec tam ineruditus, qui Minervam sororem existimem;* atque ita postea in cod. Nic. Perotti scriptum invenit.' *Beck.* Pro *tam* ante *insolens* C χ habent *ita:* pro *dico* C H S χ ψ *dicam:* pro *quam* C H S χ *non tam.* Tum, C H S χ *me sororem Jovis esse existimem.* Vid. Nott. Varr.—5 C, ed. Rom. et al. cum Beck. *sisti.*—6 In C T χ *te* deest. Pro *debeas* Pal. 9. Gembl. et Ms. Vict. habent *soleas.* T *dicere* omittit.

NOTÆ

[e] *Sororem virginem*] Ait se tractare Minervam ut virginem, et suis honeste studiis uti. Volunt autem poëtæ hoc figmento Minervæ; quod omnes literati quasi fratres ejus sunt, quia studia tractant liberaliter, non quæstus gratia. Porro filia Jovis, et ex capite illius prognata traditur.

[f] *Non sivisti*] Clodius prostituerat sororem suam, et nunc ei stuprum ejus objicit.

prehendis, quod solere me dicas de me ipso gloriosius prædicare; 93. quis unquam audivit, cum ego de me, nisi coactus ac necessario dicerem? Nam si, cum mihi furta, largitiones, libidines objiciuntur, ego respondere soleo, meis consiliis, periculis, laboribus, patriam esse conservatam,[7] non tam sum existimandus de gestis rebus gloriari, quam de objectis[8] non confiteri. [*p.* 232.] Sed si mihi, ante hæc durissima reipublicæ tempora,[g] nihil unquam aliud objectum est, nisi crudelitas illius temporis,[9] [h] cum a patria perniciem depuli; quid? me huic maledicto utrum non respondere, an demisse[*h*] respondere decuit? 94. Ego vero[10] etiam reipublicæ semper interesse putavi, me illius pulcherrimi facti, quod ex auctoritate senatus, consensu bonorum omnium, pro salute patriæ, gessissem, splendorem verbis[11] dignitatemque retinere; præsertim cum mihi uni in hac republica, audiente populo Romano, opera mea hanc urbem et hanc rempublicam esse salvam, jurato dicere fas fuisset.[i] Exstinctum est jam illud maledictum crudelitatis, quod me, non ut crudelem tyrannum, sed ut mitissimum parentem,[12] omnium civium studiis desideratum, repetitum, arcessitum vident. 95. Aliud exortum est: objicitur mihi meus ille discessus: cui ego crimini respondere sine mea maxima laude non possum. Quid enim, pontifices, debeo dicere? Peccati me conscientia

[*h*] *Lente.*

CAP. XXXV. 7 Barb. Mss. Car. Stephani et Lambini *servatam.* Tum, Lallem. delevit *non* ante *tam sum exist.*—8 Post *objectis* χ addit *rebus,* sed *non* ante *confiteri* omittunt Pal. 9. Ms. Vict. unus Pariss. Ms. Car. Steph. cum Schutz. et Oreil.—9 Pro *illius temporis* Erf. Pal. 9. Franc. Ms. Vict. Ms. Car. Steph. habent *ea unius.*—10 Ms. Car. Steph. *vero* omittit. In C H S χ ψ deest *etiam.*—11 C, Franc. Ms. Vict. ed. Ven. 1480. *urbis.* Pro *retinere*

NOTÆ

[g] *Durissima reipublicæ tempora*] Ea intelligit tempora quibus ejectus est.

[h] *Crudelitas illius temporis*] Tempus designat quo Catilinæ conjurationem oppressit.

[i] *Jurato dicere fas fuisset*] Ultimo die consulatus, cum Ciceronem tribunus plebis Q. Metellus Nepos concione privasset, juravit rempub. a se servatam fuisse: tunc populus eum jure jurasse juravit. Vide lib. v. Ep. ad Metellum.

profugisse? At[13] id, quod mihi crimini dabatur, non modo peccatum non erat, sed erat res, post natos homines[14] pulcherrima. Judicium populi pertimuisse? At[15] id nec propositum ullum[16] fuit; et, si fuisset, duplicata gloria[k] discessissem. Bonorum mihi præsidium defuisse? falsum est. Me mortem timuisse? turpe est. XXXVI. Dicendum igitur est id, quod non dicerem, nisi coactus: (nihil enim unquam de me dixi sublatius,[i] [17] asciscendæ laudis causa potius, quam criminis depellendi:) dico igitur, et quam possum[18] maxima voce dico: 96. Cum omnium perditorum et conjuratorum incitata[19] vis, duce tribuno[l] plebis, consulibus auctoribus, afflicto[20] senatu, perterritis equitibus Romanis, suspensa[k] ac solicita[1] tota civitate, non tam in me impetum faceret, quam per me in omnes bonos; me vidisse, si[2] vicissem, tenues reipublicæ reliquias; si victus essem, nullas futuras. Quod cum judicassem; deflevi conjugis miseræ discidium,[l] [3] liberorum carissimorum solitudinem, fratris absentis amantissimi atque optimi casum, subitas fundatissimæ familiæ ruinas: sed his omnibus rebus vitam anteposui meorum civium; remque publicam[4] concidere unius discessu, quam omnium interitu occidere malui. Speravi (id quod accidit) me ja-

[i] *Gloriosius.* [k] *Dubia.* [l] *Disjunctionem.*

Wolf. legi mavult *tueri.*—12 χ *patrem.*—13 C T χ ψ *Aut.* Mox, ψ *crimen.* Pro *modo* H habet *mei.*—14 Lamb. *post hom. natos.*—15 C χ ψ *Aut.*—16 S *illum:* H *illud.*

CAP. XXXVI. 17 Gulielm. conjecit *sufflatius.*—18 Barb. *qua poss.*—19 *Incita* Pal. 9. Barb. Ms. Vict. et Ms. Lamb. cum Grut. In Pal. 3. 4. 5. deest.—20 Ante *afflicto* C H S T χ addunt *et.* Mox, in C et χ *præteritis.*—1 ψ et edd. nonnullæ *solicitata:* Franc. *solicitata ac suspensa.*—2 In χ deest *si.* —3 Edd. ante Lamb. *dissidium.* Tum, C S χ *solicitudinem.* Postea, C *amantissimi.*—4 C H S T *rempublicam.* Dein, *concedere* T, Pal. 1. 9. Ms. Vict. Ms. Car. Steph. Mss. Lambini: *condere* C H S χ, Barb. Mss. Ursini et edd. ante Lamb. *occedere* maluit Gulielm. Pro *unius* C H S T χ, Barb. et edd.

NOTÆ

[k] *Duplicata gloria*] Gloria ejus, 1. fuit cum Catilinæ conjurationem oppressit: 2. cum Clodio cessit, ne respublica perturbaretur, si quid ei restitisset.

[l] *Duce tribuno, &c.*] Consulibus Pisone et Gabinio, tribunus erat Pub. Clodius.

centem posse a vivis [5] viris fortibus excitari; si una cum bonis interiissem, nullo modo posse recreari. 97. Accepi, pontifices, magnum atque incredibilem dolorem: non nego: neque istam mihi ascisco sapientiam,[m] quam nonnulli in me requirebant, qui me animo nimis fracto esse atque afflicto loquebantur. An ego poteram, cum a tot rerum tanta varietate [6] divellerer (quas idcirco prætereo, quod ne nunc quidem sine fletu commemorare possum), inficiari me esse hominem, et communem naturæ sensum repudiare? Tum vero neque illud meum factum laudabile, nec [7] beneficium ullum a me in rempublicam [8] profectum dicerem, si quidem ea reipublicæ causa reliquissem, quibus æquo animo carerem: eamque animi duritiam, sicut corporis, quod, cum uritur, non sentit, stuporem potius, quam virtutem putarem. XXXVII. 98. Suscipere tantos animi dolores, atque ea, quæ capta urbe, accidunt victis, stante urbe, unum [9] perpeti, et jam se videre distrahi a complexu suorum, disturbari [10] tecta, diripi fortunas, patriæ denique causa [11] patriam ipsam amittere, spoliari populi Romani beneficiis amplissimis, præcipitari ex altissimo dignitatis gradu, videre prætextatos [12] inimicos,[n] nondum morte complorata, arbitria petentes [13] funeris;[o] hæc omnia subire conservandorum civium causa, atque ita, ut [14] dolenter ab-



vett. *meo;* Gryph. 1550. *meo unius*, prob. Garaton.—5 In T deest *vivis.*—6 Ern. conjecit *suavitate* vel *caritate* legend.—7 Lamb. *neque.*—8 C T *rep.* Franc. *republica.* Tum, T *confectum.*

CAP. XXXVII. 9 Rom. Ven. 1480. 1483. *vivum.*—10 C H S χ *disturbare.*—11 Pro *causa* C H S χ *eam.*—12 H S T χ ψ, Franc. omnes Pall. et Ms. Vict. *prætextos.*—13 *Parentes* C H S χ: *parentis* Dresd.—14 Pro *ut* C *tu;* H S χ *tum;* Dresd. et al. *cum;* Franc. *ut cum;* ed. 1472. *tamen.* Pro *absis* χ et

NOTÆ

[m] *Ascisco sapientiam*] Indolentiam Stoicorum intelligit.

[n] *Prætextatos inimicos*] Prætextatos inimicos dicit, quia magistratus gerebant quorum prætexta insigne fuit.

[o] *Arbitria funeris*] Per arbitria funeris pœnas lethales intelligit: nam vox hæc 'arbitrium' usurpabatur etiam in funeribus pro mercede libitinariorum, vespillonum, pollinctorum, et eorum omnium qui funera curabant.

sis, non tam sapiens, quam ii,[p] qui nihil curant, sed tam amans tuorum ac tui, quam communis humanitas postulat;[15] ea laus præclara atque divina. Nam, qui ea, quæ nunquam cara ac jucunda duxit, animo æquo reipublicæ causa deserit, nullam benevolentiam insignem in rempublicam[16] declarat: [*p.* 233.] qui autem ea relinquit, reipublicæ causa, a quibus cum summo dolore divellitur, ei patria cara est; cujus salutem[q] caritati[17] anteponit suorum. 99. Quare, disrumpatur licet ista furia,[r] [atque] audiat hæc ex me, quoniam lacessivit. Bis servavi,[18] ut consul togatus[s] armatos vicerim, privatus[t] consulibus[19] armatis cesserim. Utriusque temporis fructum tuli[20] maximum; superioris, quod[1] ex senatus auctoritate, et senatum, et omnes bonos, meæ salutis causa, mutata veste vidi; posterioris, quod et senatus, et populus Romanus, et omnes mortales, et privatim et publice judicarunt, sine meo reditu rempublicam salvam esse non posse.

100. Sed hic meus reditus, pontifices, vestro[2] judicio

Dresd. *assis;* C *adsis.*—15 ψ *postulabat.* Edd. pleræque ante Grut. *præcl. ac div.* Lamb. *præcl. est ac div.*—16 C *in rep.*—17 C χ *caritatem.*—18 Lamb. (nisi quod hic *dirumpatur*), Oliv. Beck. et Orell. *Quare rempublicam* (*disrumpatur . . . lacessivit*) *bis servari, &c.* Schutz. *Quare* (*disrumpatur . . . lacessivit*) *rempublicam bis servavi.* Ernesto *atque* suspectum est. In χ pro *atque* legitur *at:* præterea S χ *dirumpatur.* Garaton. conjecit legend. *Quare dirumpatur licet, audiat hæc ex me ista furia, quoniam lacessivit. Remp. bis servavi, qui consul tog. &c.*—19 ψ *consul.* Lamb. h. l. ita dedit, *et cum consul tog. arm. vici, et cum priv. cons. arm. cessi.*—20 Franc. *retuli.*—1 Pro *quod* ed. Wald. habet *quidem.* In Franc. 1. deest.—2 Pro *vestro* χ habet *non.* Mox, Franc. 1. *in*

NOTÆ

[p] *Ut dolenter absis, non tam sapiens quam ii*] Dicit Cicero se multa laude dignum esse, quod abfuerit cum suo suorumque dolore, non ut ii philosophi qui nihil rerum humanarum curant, quales sunt Stoici; se autem omnia amplexum fuisse in quibus agebatur de reipublicæ salute.

[q] *Cujus salutem*] Discessit Cicero in exilium reipublicæ causa, ne si armis se defenderet contra Clodium, rempub. in discrimen adduceret.

[r] *Disrumpatur ista furia*] Furiam Clodium appellat, quo invito ostendit non minus gloriosum sibi fuisse reditum suum, quam victoriam de Catilinæ conjuratione reportatam.

[s] *Consul togatus*] Cicero togatus, et versatus semper in foro, Catilinam vicit, et illius socios conjurationis.

[t] *Privatus*] Clodio et coss. eundo in exilium cessit privatus, quia tunc nullum magistratum gerebat.

continetur. Nam, si vos me in meis ædibus collocatis, (id quod in omni mea causa semper studiis, consiliis,[3] auctoritatibus, sententiisque fecistis) video me plane ac sentio restitutum. Sin mea domus non modo mihi non redditur, sed etiam monumentum præbet[4] inimico doloris mei, sceleris sui, publicæ calamitatis; quis erit, qui hunc reditum potius, quam pœnam sempiternam putet? In conspectu præterea totius urbis[5][u] domus est mea, pontifices: in qua si manet illud, non monumentum [urbis], sed sepulcrum, inimico[6] nomine[m] inscriptum; demigrandum potius aliquo est, quam habitandum in ea urbe, in qua tropæa[x] et de me et de republica videam constituta. XXXVIII. 101. An ego tantam aut animi duritiem[7] habere, aut oculorum impudentiam[y] possim, ut, cujus urbis servatorem me esse senatus omnium assensu toties judicarit, in ea possim intueri domum meam eversam, non ab inimico meo, sed ab hoste communi,[8] et ab eodem exstructam et positam in oculis civitatis,[n] ne unquam conquiescere[9] possit fletus bonorum? Sp. Melii,[10][z] regnum appetentis, domus est

[m] *Verbis inimici.* [n] *Conspectu omnium.*



meis sedibus.—3 In C H S χ ψ deest *consiliis.*—4 C *probet.*—5 Verbum *urbis* suspectum est Ernesto.—6 Lamb. *inimici.* Tum, alii *scriptum.*

CAP. XXXVIII. 7 C H T et Lamb. *duritiam.*—8 Pro *communi* χ *criminum.* Ante *exstructam* Lamb. et Oliv. addiderunt *ædem.* Pantagathus conjecit legend. *exstructam sepulturam.* Quidam ap. Ern. conjecit *domum exstructam.* In T *destructam.*—9 χ *nunquam,* et Dresd. *exquiescere.*—10 C χ *Sp. Malii:* ed.

NOTÆ

[u] *In conspectu totius urbis*] In Palatio sita erat domus Ciceronis.

[x] *Tropæa*] Tropæum monumentum dixerunt, nunc marmoreum, nunc æneum cum inscriptione, et titulis ævo perpetuo duraturis. Interdum si materia non suppetebat, lapides in ingentem cumulum aggerendo, vel arborem ingentem excisis ramis, ibidemque hostium spolia statuendo, in memoriam posteritatis, bonis et fortibus viris pro tropæis erigebant. Vide Alex. ab Alex. Genial. Dier. I. 21.

[y] *Oculorum impudentiam*] Oculi signa sunt pudoris.

[z] *Sp. Melii*] Melius ille interfectus est a Servilio Ahala, cum in penuria frumenti largitiones fecisset populo: ejus domus diruta est, et publicata bona.

complanata.[o] Ecquid[11] aliud? æquum accidisse Melio populus Romanus[12] judicavit:[p] nomine ipso Æquimelii,[a] stultitia pœna[13] comprobata est. Sp. Cassii[b] domus ob eandem causam[14] eversa: atque in eodem loco ædes posita Telluris. In Vacci[15] pratis domus fuit M. Vacci,[c] quæ publicata est et eversa, ut illius facinus memoria et nomine loci notaretur. M. Manlius,[16] cum ab ascensu Capitolii Gallorum impetum repulisset,[d] non fuit contentus beneficii sui gloria: regnum appetisse est judicatus: ergo ejus domum eversam duobus lucis[17] convestitam videtis. Quam igitur majores nostri[e] sceleratis ac nefariis civibus maximam pœnam constitui posse arbitrati sunt; eandem ego subibo ac sustinebo, ut apud posteros nostros non exstinctor conjurationis et sceleris, sed auctor et dux fuisse videar?[18] 102. Hanc vero, pontifices, labem[q] turpitudi-

[o] *Æquata solo.*
[p] *Populus judicavit tractatum fuisse pro merito.* [q] *Notam.*

Wald. *Sp. Metelli.* Al. *Mælii . . . Mælio . . . Æquimelii.*—11 C H S *et quid.* In Franc. *et si quid aliud æqui accidisse:* Dresd. et ed. Wald. *et quid aliud æquum accidisse.*—12 C χ ψ *populus R. Mallio:* Barb. et Mss. Lambini *populus R. Melio.*—13 Lambinus dedit *Ecquid aliud* (omisso *æquum*) *accidisse . . . judicavit? nomine . . . stultitiæ pœna.* Schutz. quoque recepit *stultitiæ.* Lallem. e conjectura Grævii recepit *Æquimelii Melii pœna compr. est:* et Beck. de sententia Marclandi *Ecquid aliud? æq. . . . judicavit nomine ipso Æquimælii; stultitia pœna compr. est.* Garaton. conjecit legend. *Sp. Melii oppetentis domus est compl.; æq. accid. Melio populus Romanus jud.: nomine ipso Æquimelii pœna compr. est.* Vid. Nott. Varr.—14 Ms. Lamb. *Sp. Cassio,* et C H S χ *ob eam causam.*—15 χ *Vacti:* ita etiam paulo post C χ ψ. Pro *pratis* C *patris.*—16 Al. *Manilius.*—17 C H T χ, Franc. Dresd. ed. 1472. *locis.*—18 C

NOTÆ

[a] *Æquimelii*] Complanatio illa ubi Melii domus sita erat, postea Æquimelium dictum est.

[b] *Sp. Cassii*] Spurius Cassius ter consul fuit; verum cum in suspicionem regni affectandi venisset, de rupe Tarpeia dejectus est A. U. C. 282. Liv. lib. II.

[c] *M. Vacci*] M. Vaccus, Fundanorum dux, contra Romanos pugnavit: ejus ædes in Palatio dirutæ sunt, et prata Vacci appellatæ.

[d] *Repulisset*] A. U. C. 369. ut Livius lib. VI. refert, Manlius repulit Gallos qui, incensa urbe, in Capitolium irrumpebant. Verum cum in suspicionem regni affectandi venisset, e Capitolio præceps datus est.

[e] *Quam igitur majores nostri*] Ostendit quam indignum sit, ut qui rempublicam conservavit, eadem infamia, spoliatus domo, notetur, qua notati sunt a majoribus, qui eam perdere conati sunt.

nis et inconstantiæ poterit populi Romani dignitas sustinere, vivo senatu, vobis[19] principibus publici consilii, ut domus M. Tullii Ciceronis cum domo Fulvii Flacci,[20] [f] ad memoriam pœnæ publice constitutæ conjuncta esse videatur? M. Flaccus, quia cum C. Graccho contra salutem reipublicæ fecerat, et senatus sententia est interfectus, et[1] ejus domus eversa et publicata est; in qua[2] porticum post aliquanto Q. Catulus[g] de manubiis[h] Cimbricis fecit. Ista autem fax[i] ac furia patriæ, cum urbem, Pisone et Gabinio ducibus, cepisset,[3] occupasset, teneret, uno eodemque tempore et clarissimi viri mortui monumenta delebat, et meam domum cum M.[4] Flacci domo conjungebat: ut, qua pœna senatus affecerat eversorem civitatis, eadem iste, oppresso senatu, afficeret eum, quem patres conscripti custodem patriæ judicassent. XXXIX. 103. Hanc vero in Palatio atque in pulcherrimo urbis loco porticum esse patiemini, furoris tribunicii, sceleris consularis, crudelitatis conjuratorum, calamitatis reipublicæ, doloris mei defixum[r] indicium[5] ad memoriam omnium gentium sempiternam? [*p*. 234.] quam porticum pro amore,[6] quem habetis in rempublicam, et semper habuistis, non modo sententiis, sed, si opus esset, manibus vestris disturbare cuperetis;

[r] *Stabilitum.*

videatur.—19 T et Ms. Lamb. *nobis: χ vivis.*—20 Lamb. *Fulvii et Flacci.* Mox, ψ *publicæ.*—1 Particulas *et* ante *senatus* atque ante *ejus* delevit Lamb. Pro *ejus* in χ *cujus.*—2 Pro *in qua* Beck. legi mavult *in cujus area.* —3 Pro *ducibus* χ *consulibus,* et pro *cepisset* Franc. Dresd. *confecisset;* ed. 1472. *fecisset.*—4 Prænomen omittunt Franc. Barb. Ms. Steph. et Ms. Lamb.

CAP. XXXIX. 5 C χ *judicium.*—6 In marg. ed. Lamb. conjicitur *pro eo*

NOTÆ

[f] *Flacci*] Fuit ille M. Flaccus, qui cum Gracco, Tiberii fratre, a L. Opimio consule interfectus est A. U. C. 632. Lege Plut. in Gracch.

[g] *Q. Catulus*] A. U. C. 652. Q. Lutatius Catulus proconsul cum Mario Cimbros vicit.

[h] *De manubiis*] Manubiæ sunt spolia quæ ab hostium manibus ablata sunt.

[i] *Ista autem fax*] Clodius fax ab Cicerone dicitur, quia rempublicam perdebat.

nisi quem forte illius castissimi sacerdotis[k] superstitiosa dedicatio deterret.[7]

104. O rem, quam homines soluti ridere[8] non desinant; tristiores autem sine maximo dolore audire non possint![9] Publiusne Clodius, qui ex pontificis maximi domo religionem eripuit, is[10] in meam intulit? hunccin' vos,[11] qui estis antistites cærimoniarum et sacrorum, auctorem habetis et magistrum publicæ religionis? O Dii immortales! (vos enim hæc audire cupio) P. Clodius vestra sacra curat? vestrum numen horret? res omnes humanas religione vestra contineri putat? Hic non illudit auctoritati horum[12] omnium, qui adsunt, summorum virorum? non vestra, pontifices, gravitate abutitur? Ex isto ore, religionis verbum excidere aut elabi potest? quam[13] tu eodem ore, accusando senatum, quod severe de religione decerneret,[l] impurissime teterrimeque violasti.[14] XL. 105. Aspicite, aspicite,[15] pontifices, hominem religiosum, et, si vobis videtur, (quod est bonorum pontificum) monete eum, modum quendam esse religionis: nimium esse superstitiosum[16][m]

amore.—7 T *deterreret.*—8 *Soluti et cura liberati rid.* Franc. Dresd. *soluti, a cura liberati, rid.* edd. ante Grut. qui auctoritate Pal. 9. et Gembl. delevit verba *a cura liberati.* Pro *soluti* in C H S *a cura liberati;* T χ ψ *soluti a cura.* Lamb. edidit *homines cura soluti ac liberati;* et in marg. legitur, 'Al. *homines soluti a cura et liberati.*' Mox, H S χ ψ, Barb. et ed. Hervag. *desinunt.*—9 H ψ, Franc. Dresd. Barb. ed. Hervag. *possunt.*—10 In Ms. Car. Steph. deest *is.* —11 *Hunc, inquam, in vos* C T χ: *hunc, inquam, vos* H S, Franc. Dresd. edd. Rom. Ven. 1480. 1483. *hunc vos* Ms. Car. Steph. *hunc, inquam, etiam vos* Lamb. *hunccine vos* alii.—12 C *eorum.*—13 *Quam* Lamb. Wolf. Beck. et Orell. *quum* ceteri.—14 Post *violasti* Lambinus interrog. notam posuit.

Cap. xl. 15 *Aspicite* semel tantum legitur in T, Ms. Lamb. et Ms. Car. Steph.—16 Verba *nimium esse superstitiosum* suspecta fuerunt Lambino.—

NOTÆ

[k] *Castissimi sacerdotis*] Acerba in Clodium ironia, qui habitu muliebri in domum Cæsaris, pontificis maximi, in qua mulieres pro populo faciebant, libidinis causa ingressus est.

[l] *Quod severe de religione decerneret*] Quando Clodius de incestu accusatus est, spe corrumpendi judicii obtinuit, annitente M. Pupio consule, ne ea de re senatus judicaret.

[m] *Superstitiosum*] Ridet et pungit Clodium ironice, quem superstitiosum nimis esse ait, id est religiosum, et cupidum videndi, quæ viris videre non licet.

non oportere. Quid tibi necesse fuit anili[17] superstitione,[n] homo fanatice,[o] sacrificium, quod alienæ domi fieret, invisere? quæ[18] autem te tanta mentis imbecillitas tenuit, ut non putares, Deos satis posse placari, nisi etiam muliebribus[19] religionibus[p] te implicuisses? quem unquam audisti majorum tuorum, qui et sacra privata coluerunt, et publicis sacerdotiis præfuerunt, cum sacrificium Bonæ Deæ fieret, interfuisse? neminem, ne illum quidem,[20] qui cæcus est factus.[1] [q] Ex quo intelligitur, multa in vita falso homines opinari; cum ille, qui nihil viderat[2] sciens quod nefas esset, lumina amisit;[3] istius, qui non solum aspectu, sed etiam incesto flagitio et stupro polluit cærimonias, pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis est conversa.[4] Hoc auctore tam casto, tam religioso, tam sancto, tam pio, potestis, pontifices, non commoveri, cum suis dicat se manibus domum civis optimi evertisse, et eam iisdem manibus consecrasse?

106. Quæ tua fuit consecratio?[r] Tuleram, inquit, ut

17 Franc. *an illa:* ed. 1472. *an illi.*—18 T *An quæ.* In C H S T χ *te* deest. Dein, T *tantæ.*—19 Pro *muliebribus* T *vulneribus.*—20 In H deest *quidem.*—1 Nonnullæ edd. vett. *factus est.*—2 Sex Oxonn. Mss. et ed. 1472. *videret.* —3 Marclandus conjecit *amiserit* legend. Wolf. legi mavult *si quidem . . . amiserit.*—4 Dresd. *stupro ad cæcitatem ment. est conversa;* Franc. 1. et ed. 1472. *stupro ad cæcitatem ment. est conversus,* omissis verbis interjectis.—

NOTÆ

[n] *Anili superstitione*] Iterum significat Clodii ingressum in opertum Bonæ Deæ.

[o] *Fanatice*] Fanatici proprie sacerdotes sunt, qui furore correpti in fanis oracula fundebant. Ii porro furore illo affecti caput jactare, et comas excutientes rotare solebant, ut ait Fabius II. 3. ex quo qui atræ bilis abundantia caput jactant, fanatici quoque appellantur ab Ulpiano.

[p] *Muliebribus religionibus*] Per muliebres religiones ea intelligit sacrificia quæ a solis mulieribus Bonæ Deæ de nocte fiebant. Incestum Clodii impium profert.

[q] *Qui cæcus est factus*] Appius Claudius, licet præ senectute oculis orbatus esset, tamen senatus principatum tenuit, et cum Pyrrho pacem dissuasit. Livius ait lib. IX. ira Deorum excæcatum esse.

[r] *Consecratio*] Consecratio sine aræ aut signi dedicatione, et a tribunis plebis capite velato, concione advocata, adhibito tibicine, foculo posito in rostris, fiebat. Dedicatio vero nec sine templo, vel ara, vel signo adhibito, nec sine universo pontificum collegio, uno eorum postem tenente,

mihi liceret.[s] Quid? non exceperas,[5] ut, si quod jus non esset rogare,[t] ne esset rogatum?[6] Jus igitur statuetis[u] esse, uniuscujusque vestrum sedes, aras, focos, Deos penates subjectos[7] esse libidini tribuniciæ? in quem quisque per homines concitatos irruerit, quem impetu[8] perculerit, hujus domum non solum affligere, (quod est præsentis insaniæ,[9] quasi tempestatis repentinæ) sed etiam in posterum tempus religione sempiterna[10] obligare? XLI. 107. Equidem sic accepi, pontifices, in religionibus suscipiendis, caput esse, interpretari, quæ voluntas Deorum immortalium esse videatur: nec est ulla erga Deos pietas, nisi[11] honesta de numine eorum ac mente opinio, cum expeti nihil ab iis, quod sit injustum atque inhonestum,[12] arbitrere. Hominem invenire ista labes tum, cum omnia tenebat, neminem potuit, cui meas ædes[13] addiceret, cui traderet, cui donaret: ipse[14] cum loci illius, cum ædium cupiditate flagraret, ob eamque causam unam, una justa illa rogatione[15] sua vir bonus dominum se in meis bonis esse[16] vo-



5 Edd. nonnullæ, teste Grævio, *Quid nam exc.?* al. *Quid non exc.* ed. 1472. *Quid non expectas?* Mox, pro *quod* C habet *quiem* cum asterisco; H χ ψ *quem*; T, Dresd. Barb. *quis*; Lamb. Wolf. Beck. et Orell. *quid*. In T, Dresd. Barb. deest *ut*.—6 Ms. Car. Steph. *nec esset*, et H *rogatus*. Pro *Jus* C χ habent *His*.—7 χ, Dresd. Franc. ed. 1472. *sublatos*.—8 C H S *impetum*. Tum, H S T χ *pertulerit*.—9 Lamb. e conjectura dedit *infamiæ*.—10 Junt. Lamb. *semp. relig.*

CAP. XLI. 11 Pro *nisi* C χ exhibent *si*. Ante *de numine* χ addit *et*.—12 *Inj. aut inh.* C T, Barb. ed. Hervag. *inj. ac inh.* H et edd. vett. Dein, *arbitrari* H: *arbitrare* C S χ ψ, Barb. et edd. ante Naug.—13 C *meas sedes*: Hervag. Manut. Lamb. *ædes meas*: ed. Rom. Ven. 1483. Naug. *sedes meas*. In Barb. et Ven. 1480. deest *ædes*.—14 C H S χ ψ omittunt *ipse*. Mox, in C H S χ, Franc. ed. Rom. Ven. 1483. legitur *tum ædium*.—15 '*Una justa illa rog.*]

NOTÆ

et prisca et solennia verba dicente, fiebat.

[s] *Ut mihi liceret*] Per dialogismum narrat Clodium tulisse, ut Ciceronis domus consecraretur; id est, addiceretur numini alicui, et obligatione sempiterna obligaretur.

[t] *Si quod jus non esset rogare, &c.*] Debuisset etiam ferre Clodius, ut, si nullum esset jus legitimum consecrandi meam domum, hæc consecratio nulla foret.

[u] *Jus igitur statuetis*] Ostendit a consequentibus quam furiosa futura sit tribunicia potestas, si ei semel consecrandi domum facultas concedatur.

liusset; tamen illo ipso in furore suo non est ausus meam domum, cujus cupiditate inflammatus erat, possidere. [*p.* 235.] Deos immortales existimatis, cujus labore et consilio sua ipsi templa tenuerunt, in ejus domum afflictam et eversam per unius hominis[17] sceleratissimi nefarium latrocinium, immigrare voluisse?[x] 108. Civis est nemo in tanto populo,[18] extra[s] contaminatam illam et cruentam P. Clodii manum, qui rem ullam de meis bonis attigerit, qui non pro suis opibus in illa tempestate[19] defenderit: at, qui aliqua se contagione prædæ, societatis, emtionis, contaminaverunt, nullius neque privati neque publici judicii pœnam effugere potuerunt. Ex his igitur bonis, quorum nemo[20] rem ullam attigit, qui non omnium judicio sceleratissimus haberetur, Dii immortales domum meam concupiverunt? Ista tua pulchra[y] Libertas Deos penates et[1] familiares meos lares expulit, ut a te ipsa,[z] tanquam in captivis sedibus, collocaretur?[2] 109. Quid est sanctius,[a] quid omni religione munitius, quam domus uniuscujusque civium? hic aræ sunt, hic foci, hic Dii penates, hic sacra,[3] religiones, cærimoniæ, continentur: hoc perfugium est ita sanctum omnibus, ut inde abripi[4] neminem fas sit. XLII. Quo

[s] *Præter.*

Hoc vitiosum esse nemo dubitet. Lambinus corrigit *universa illa rog.* nullo sensu: Gruterus *ista illa rog.* deleto *una:* non melius. Quid si *injusta illa rog.?*' Ern. In C H S χ ψ deest *sua.*—16 C non habet *esse.* Tum, in H et S legitur *voluit.* Paulo post, in χ deest *suo.*—17 Gruter. e Pal. 9. et Ms. Vict. dedit *per vim hominis.* Ern. conjecit *per istius hominis* legend.—18 Junt. Lamb. *tanto in pop.*—19 C H S T χ, Barb. *illam tempestatem;* unde Garaton. conjecit *in illa me temp.* Dein, H S *defenderet:* ψ *defenderim.*—20 Ms. Car. Steph. *quibus nemo:* Ms. Lamb. *ex quibus nemo.*—1 Dresd. copulam omittit. —2 *Ut te ipsa . . . collocaret* Pal. 9. Ms. Vict. Lamb. et Gruter. Pro *ipsa* in T est *ipso.* Pro *captivis* idem Ms. *capitis.* Tum, Dresd. *collocaverunt.* Nonnulli ap. Lamb. legi jusserunt *in capt. ædibus.*—3 C H S T χ *sacræ.* Edd. ante Lamb. *sacræ religionis cerimoniæ.*—4 C T ψ *arripi.*

NOTÆ

[x] *Immigrare voluisse*] Docet Deam Libertatem non venire per latrocinium in ejus ædes eversas, qui libertatem in hac urbe conservavit.

[y] *Ista tua pulchra*] Ironia.

[z] *Ut a te ipsa*] Optabat Clodius hanc habere Ciceronis domum.

[a] *Quid est sanctius*] Dicitur illud sanctum, quod est inviolabile, et religione sancitum ac munitum.

magis est furor istius[5] ab auribus vestris repellendus, qui, quæ majores nostri religionibus tuta nobis et sancta esse voluerunt, ea iste[6] non solum contra religionem labefactavit, sed etiam ipsius religionis nomine evertit.

110. At quæ Dea est? Bonam esse oportet,[b] quandoquidem[7] est abs te dedicata. Libertas, inquit, est.[8] Eam tu igitur domi meæ collocasti, quam ex urbe tota sustulisti? Tu, cum collegas[9] tuos, summa potestate præditos, negares liberos[c] esse; cum in templum Castoris aditus[d] esset apertus nemini; cum hunc[e] clarissimum virum, summo genere natum, summis populi beneficiis usum, pontificem, et consularem, et singulari bonitate et modestia[10] præditum, (quem satis mirari, quibus oculis aspicere audeas, non queo[11]) audiente populo Romano, a pedissequis conculcari juberes; cum indemnatum[12][f] exturbares, privilegiis tyrannicis irrogatis; cum principem[g] orbis terræ virum,[13] inclusum domi contineres; cum forum armatis ca-

Cap. xlii. 5 A Franc. Dresd. et ed. 1472. abest *istius*. Mox, C χ *nostris*.—6 Nonnulli, teste Lamb. omittunt *iste*. Mox, in Dresd. deest *ipsius*.—7 *Quoniam quidem* χ, Franc. Barb. Guelf. et edd. vett. quædam: *quin quidem* Dresd. *quæ quidem* conjecit Grævius. In C H χ *est* omittitur.—8 *Est* omittunt C H S T χ, Franc. Dresd. Barb. edd. Rom. Wald. Ven. 1480. 1483. Junt. Lamb. Beck. et Orell. Verba *Eam . . . sustulisti* in Dresd. desunt.—9 *Tecum colligas* χ: *Tum, cum collegas* Dresd. Mox, C χ *negaret*.—10 *Bonitate ejusdem et mod.* Dresd. Barb. ed. 1472. *bonitate eidem et mod.* χ: *bonitate eundem et mod.* Franc.—11 Edd. pleræque ante Lamb. *quem, quibus oculis aspicere audeas, satis mirari non queo.* Pro *audiente* χ habet *audire;* et pro *a pedissequis* Dresd. *impedisse quis*.—12 T *indamnatum:* H *in dominatus*.—13 Franc. *terrarum*, omisso *virum*, prob. Grævio. Mox, in C deest *forum*.—

NOTÆ

[b] *Bonam esse oportet*] Alludit ad Bonam Deam, cujus incestu sacra Clodius violaverat: hincque ei conciliat odium ex repugnantibus: nam libertatem sublatam probat signorum frequentatione.

[c] *Negares liberos*] Cum intercederent ejus collegæ pro reditu Ciceronis, eos esse liberos negavit, adeoque hanc intercedendi potestatem non habuisse.

[d] *In templum Castoris aditus*] Clodius in hoc templo tulit legem contra Ciceronem, qui, ne impediretur, gradus abstulit, ne cui in illud pateret aditus.

[e] *Hunc*] Lucullum intelligit.

[f] *Indemnatum*] Ciceronem significat, qui indemnatus pulsus est in exilium.

[g] *Cum principem*] De Pompeio loquitur, qui cum deprehendisset se a sicario a Clodio immisso appetitum esse, coactus est abstinere a publico.

tervis perditorum hominum possideres;[14] Libertatis simulacrum in ea domo[15] collocabas, quæ domus erat ipsa indicio[t] tui crudelissimi dominatus, et miserrimæ populi Romani servitutis? **111.** Eumne potissimum Libertas domo sua[16] debuit pellere, qui nisi fuisset, in servorum potestatem civitas tota venisset? XLIII. At unde inventa[17] est ista Libertas? quæsivi enim diligenter. Tanagræa[h] quædam meretrix fuisse dicitur: ejus non longe a Tanagris simulacrum e marmore in sepulcro positum fuit. Hoc quidam homo nobilis,[i] non alienus ab hoc religioso Libertatis sacerdote, ad ornatum ædilitatis suæ deportavit: etenim cogitarat omnes superiores muneris splendore superare. Itaque omnia signa, tabulas,[18] ornamentorum quod superfuit in[19] fanis, et communibus locis, tota e Græcia, atque insulis omnibus, honoris populi Romani causa,[20][k] sane frugaliter[l] domum suam deportavit. **112.** Is posteaquam intellexit, posse se, interversa[u][1] ædilitate, a L. Pisone consule prætorem renuntiari, si modo eadem prima[2]

[t] *Nota.* [u] *Subtracta.*

14 Grævius legi mavult *obsideres.*—15 H S *in hac domo.*—16 Franc. *sua domo.* Tum, C T χ, Dresd. *depellere.* Paulo post, C χ et Dresd. *potestate.*

CAP. XLIII. 17 *Inventa* non est in S. Mox, C *diligentes.* Pro *Tanagræa* Dresd. habet *tam grata.*—18 H et S *tabularum.*—19 Dresd. præpositionem omittit. In T et ed. Wald. legitur *infamibus.* Mox, *locis* omittunt S χ, Pal. 9. et Ms. Vict. prob. Grutero. In Franc. legitur *et locis omnibus.* Tum, C T χ *in tota Græcia.* H S præpositionem omittunt. Denique, Lamb. *atque ex insulis.*—20 In Dresd. deest *causa.*—1 Ern. conjecit *intermissa* legend. Pro *ædilitate* χ *utilitate;* et pro verbis *a L. Pisone* C H S χ ψ *Alpis se.* Post *consule* H S addunt *posse.* In S deest *prætorem,* spatio relicto. Denique, C T χ exhibent *renuntiare.*—2 Dresd. *si modo eam prima litera comp. hab. aliquam.*

NOTÆ

[h] *Tanagræa*] Tanagra, seu Tanagris, urbs fuit Bœotiæ. In illa civitate fuit quædam insignis meretrix, cujus statua a Clodio pro Bona Dea, sive Libertate, consecrata fuit.

[i] *Homo nobilis*] Appium Clodii fratrem, hic joco Libertatis sacerdotem appellat.

[k] *Honoris populi Romani causa*] Prima vice qua ædiles ludos dabant, asportari curabant res pretiosissimas e toto orbe, et ex eis præcipue provinciis, in quas aut legati aut quæstores profecti fuerant, ut eas populo exhiberent.

[l] *Sane frugaliter*] Ironice furta Clodii carpit.

litera[m] competitorem habuisset aliquem; ædilitatem[n] duobus in locis, partim in arca,[o] partim in hortis suis collocavit: signum de busto[p] meretricis ablatum isti dedit, quod esset signum magis istorum,[3] quam publicæ libertatis. Hanc Deam quisquam violare audeat, imaginem[4] meretricis, ornamentum sepulcri, a fure sublatam, a sacrilego collocatam? hæc me domo mea pellet? [*p.* 236.] hæc, ultrix[5] afflictæ civitatis, reipublicæs poliis ornabitur? hæc erit in eo monumento, quod positum est, ut esset indicium[6] oppressi senatus ad memoriam sempiternam[7] turpitudinis? 113. O Q. Catule,[q] (patremne appellem,[8] an filium? recen-

In C H S T χ quoque legitur *aliquam.* Pantagathus conjecit *si modo eadem prœmaturitate comp.* Schottus Nod. Cic. I. 18. præposuit, *eadem prima lege,* aut *eadem prima licentia,* aut *si modo ea ademta alterum comp. hab. al.* aut *si modo eadem prætura comp. hab. al.*—3 Lamb. e conjectura *istorum sceleris:* Marclandus legi maluit *istorum licentiæ.*—4 C H S T χ *et imag.*—5 Ern. et Garaton. *victrix* maluerunt.—6 In C S χ *judicium.*—7 Pal. 9. Ms. Vict. et Ms. Car. Steph. *sempiternæ.* Lamb. edidit *turp. sempiternam.*—8 Grævius e Franc.

NOTÆ

[m] *Eadem prima litera*] Id est, si in ædilitate sua competitorem habuisset. Narrat Cicero, hunc nobilem hominem non alienum a Pub. Clodio intellexisse se posse prætorem a L. Pisone consule renuntiari, 'si modo,' inquit, 'eadem prima litera aliquem competitorem habuisset.' Porro appellat Cicero eadem prima litera competitorem, qui ejusdem est prænominis cum Pisone consule, id est, qui Lucius vocatur, quod prænomen prima tantum litera L vulgo scribebatur. Itaque recte dicit Cicero, appellatque eadem cum Pisone consule prima litera competitorem, qui non minus quam Piso, Lucius dicebatur, atque eadem prima litera L designabatur. Dum autem ait se posse prætorem a Pisone renuntiari, si Lucium competitorem habuerit aliquem, ludit scilicet Tullius in hac varia hujus prænominis Lucii acceptione, et data occasione Pisonem consulem hostem suum carpit et notat. 'Lucius' igitur dicebatur homo vilis et improbus, ut patet ex Tertulliano Apol. cap. 3. Dicit igitur Cicero, illum nobilem virum potuisse a Lucio Pisone prætorem renuntiari, si modo Lucium aliquem, hoc est vilem et improbum, non minus quam erat Lucius Piso, competitorem habuisset.

[n] *Ædilitatem*] Per ædilitatem, designat furta quæ in ea patrata sunt a Clodio: nam signa in provinciis ædiles conquirebant, et Romam deportabant ad ludorum ornatum: at hæc postea sibi Clodius retinuit.

[o] *In arca*] Pecuniam furto ablatam in arca sua deposuit, et alia signa in hortis suis, quo essent magnificentiores.

[p] *De busto*] Signum de sepulcro meretricis ablatum dedit Clodio fratri suo. Bustum autem appellat, quia in eodem loco, quo comburebantur corpora, sepeliebantur.

[q] *Q. Catule*] Q. ille Catulus Ciceronem patrem patriæ nominavit.

tior memoria filii est, et cum rebus meis gestis conjunctior) tantumne te fefellit, cum mihi summa et quotidie majora præmia in republica fore putabas? negabas fas esse, duos consules[9] esse in hac civitate inimicos reipublicæ. Duo sunt inventi, qui senatum tribuno furenti constrictum traderent; qui pro me patres conscriptos[r] deprecari, et populo supplices esse, edictis atque imperio vetarent; quibus inspectantibus[10] domus mea disturbaretur, diriperetur; qui denique ambustas fortunarum mearum reliquias suas[11] in domos comportari juberent. 114. Venio nunc ad patrem. Tu, Q. Catule, M. Fulvii domum, cum is fratris tui socer fuisset, monumentum tuarum manubiarum[12] [s] esse voluisti, ut ejus, qui perniciosa reipublicæ consilia cepisset, omnis memoria funditus ex oculis hominum ac mentibus tolleretur. Hoc si quis[13] tibi ædificanti illam porticum diceret,[14] fore tempus, cum is tribunus plebis, qui auctoritatem[15] senatus, judicium bonorum omnium neglexisset, tuum monumentum, consulibus non modo inspectantibus, verum adjuvantibus disturbaret, everteret, idque cum ejus civis, qui[16] rempublicam ex senatus auctoritate consul defendisset, domo conjungeret; nonne responderes, id, nisi eversa civitate, accidere non posse?

XLIV. 115. At videte hominis intolerabilem[17] audaciam cum projecta quadam et effrænata cupiditate. Monumen-

dedit *appellemne patrem.* Post *recentior* C H S T χ addunt *enim.*—9 Græv. e Mss. *duo cons.* In H deest *esse.*—10 C H S T χ, Barb. et edd. vett. *spectantibus.*—11 H S, Dresd. Barb. *tuas.* In C H S χ, Dresd. Barb. Ms. Car. Steph. edd. Rom. Ven. 1483. præpositio deest. Pro *comportari juberent* C H S T χ, Dresd. Ven. 1480. habent *comportarent.*—12 χ *monumentorum,* et C *tuorum manubiorum.*—13 Ed. Rom. *si qui.*—14 Ern. conjecit *dixisset,* et paulo post *respondisses.*—15 Franc. 1. *qui ad auct. &c.* ed. 1472. *qui auct. sen. ad jud. bon.*—16 Verba *civis qui* in Dresd. desunt.

NOTÆ

[r] *Patres conscriptos*] Totus senatus intercedebat apud populum pro iis qui injuste a populo damnabantur; ac tum qui intercedebant, patres conscripti dicebantur.

[s] *Manubiarum*] De his jam dictum orat. I. in Verr. § 154. not.

tum iste nunquam aut religionem ullam excogitavit:[18] habitare laxe[19] et magnifice voluit, duasque et magnas et nobiles domos conjungere. Eodem puncto temporis, quo meus discessus isti causam cædis eripuit, a Q. Seio[20][t] contendit, ut sibi domum venderet: cum ille id negaret, primo se luminibus ejus[1] esse obstructurum minabatur. Affirmabat Postumus,[2] se vivo, illam domum istius nunquam futuram. Acutus adolescens ex ipsius sermone intellexit, quid fieri oporteret: hominem veneno apertissime[3] sustulit: emit domum, licitatoribus[4] defatigatis, prope dimidio carius, quam æstimabat.[5] 116. Quorsum igitur hæc oratio pertinet? domus mea illa[6] prope tota vacua est: vix pars ædium mearum decima ad[7] Catuli porticum accessit. Causa[8] fuit ambulatio,[u] et monumentum,[z] et ista[9] Tanagræa,[x] oppressa libertate, Libertas. In Palatio, pulcherrimo prospectu,[10] porticum cum conclavibus[y] pavimentatam tre-

[z] *Ædes sacra.*

Cap. xliv. 17 χ *intollerabilis.*—18 *Unquam aut rel. ullam excogitavit?* Mss. nonnulli et edd. vett. cum Lallem.—19 Pro *laxe* T habet *late;* et C supra lin. *laxe.*—20 Pro verbis *a Q. Seio* C H S χ, edd. Rom. Brix. Ven. 1480. Med. habent *atque severe;* T *ut quæ sint;* Dresd. et Barb. *quæsivit;* ed. 1472. *ut quæsivit.* Tum, Naug. Oliv. *ut Q. Postumius sibi vend.* Pro verbis *Q. Postumius* C H habent *Vectius;* S, Rom. Brix. Ven. 1480. 1483. Med. *Q. Vesteius.*—1 In ψ deest *ejus.*—2 Nonnullæ edd. vett. cum Oliv. et Lall. *Postumius.* Pantagathus totum locum ita refinxit, *a Q. Seio contendit per Q. Postumium, ut sibi dom. venderet . . . Affirmabat Postumius Seio vivo illam domum, &c.* In Dresd. et Franc. legitur *ullam domum.* Paulo post, C χ *unquam fut.*—3 Dresd. *apparatissime.*—4 *Litigatoribus* Mss. et edd. ante Grut. qui e conjectura Augustini et Pantagathi dedit *licitatoribus* cum edd. seqq. —5 *Existimabat* χ: *extimabat* Franc. et ed. 1472. *æstimabatur* Schutz. e conjectura Garatoni, prob. Orellio.—6 Lamb. e Mss. *domus illa mea.* Pantagathus legi mavult *domus vicina illa.*—7 In Dresd. deest *ad.*—8 Pro *Causa* Ms. Guelf. *cã*, unde Ern. conjecit *ea* legend. Pantagathus legi maluit *Consuta.* —9 χ *ita.*—10 C χ *prospectum:* H *prospectam.* Mox, in C et χ deest *cum.* Tum,

NOTÆ

[t] *A Q. Seio*] Seius ædes continenter habuit: petiit autem ab eo Clodius superbe ut sibi domum venderet; ni faceret, ædificium exstructurum, quo aspectum ejus impediret.

[u] *Causa fuit ambulatio*] Non alia de causa vix decimam domus partem ad porticum Catuli adjecit, quam quia habere voluit ambulationem latam, et templum erigere illi meretrici sub nomine Libertatis.

[x] *Tanagræa*] Id est, meretrix illa, cui, sub nomine Libertatis Deæ, signum erexit.

[y] *Conclavibus*] Conclave locus est secretior in interioribus ædibus.

centum pedum concupierat, amplissimum peristylum;[11] [z] cetera ejusmodi, facile ut omnium domos et laxitate et dignitate superaret. Et homo religiosus, cum ædes meas idem emeret et venderet; tamen illis tantis tenebris[12] non est ausus suum nomen emtioni illi ascribere. Posuit scilicet Scatonem[13] illum, hominem sua virtute egentem,[y] [14] ut is, qui in Marsis,[a] ubi natus est, tectum, quo[15] imbris vitandi causa succederet, nullum haberet, ædes in Palatio nobilissimas emisse se diceret. Inferiorem ædium partem assignavit non suæ genti Fonteiæ,[16] [b] sed Clodiæ, quam reliquit: quem in numerum ex multis Clodiis nemo nomen dedit, nisi aut egestate aut scelere perditus. XLV. Hanc vos, pontifices, tam variam, tam novam[17] in omni genere voluntatem, impudentiam,[18] audaciam, cupiditatem comprobabitis?

117. Pontifex, inquit, affuit.[c] Non te pudet, cum apud pontifices res agatur, pontificem dicere, non collegium[19] pontificum affuisse; præsertim cum[20] tribunus plebis, vel denuntiare potueris, vel etiam cogere?[d] Esto: collegium

[y] *Deditum suis vitiis.*

Dresd. *clavibus.*—11 H et Lamb. *peristylium:* Dresd. *pistillum.*—12 Pantagathus conjecit *tantis in ten.*—13 *Catonem* C H S T χ, ed. Rom. *Stratonem* Gryph. *Statonem* edd. vett. pleræque. In Dresd. et ed. 1472. *posuit esse Catonem.*—14 Lamb. e conjectura dedit *sine virtute, egentem.*—15 C H S T χ, Barb. et edd. omnes ante Lamb. cum Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *quod.*—16 C *Fontoiæ.*

CAP. XLV. 17 T *quam novam.*—18 Gulielm. conjecit *volutatam impudentiam.* Tum, *comprobatis* H S χ ψ, Dresd. *improbatis* C: *approbabitis* ed. 1472.—19 Ms. Car. Steph. *dicere, et non coll.* C H S χ ψ *dicere te, non coll.*

NOTÆ

[z] *Peristylum*] Peristylum locus est ædificatus in amplitudinem multis stylis, sive columnis, suffultus: porticus vero in longitudinem. Porro ista porticus strata lapidibus fuit.

[a] *In Marsis*] Marsi fortissimi sunt Italiæ populi, a Marso, Circes filio, orti; ex qua natione erat ille Scato, cujus nomine ædes illæ emebantur, ne eas sibi emere Clodius videretur.

[b] *Genti Fonteiæ*] In gentem Fonteii adoptatus transierat Clodius.

[c] *Pontifex affuit*] In consecratione domus affuisse pontificem Clodius dicebat; ideoque rite fuisse domum consecratam: sed eam ex hoc capite non recte consecratam fuisse probat Cicero.

[d] *Cogere*] Tribunorum hæc potestas fuit, ut pontificum collegium, captis

non adhibuisti.[1] Quid? de collegio quis tandem affuit? [p. 237.] posuerat enim auctoritatem[e] in uno,[2] quæ est in his omnibus: sed tamen auget et ætas et honos dignitatem. Opus erat etiam[3] scientia; quam etsi omnes consecuti sunt, tamen[4] certe peritiores vetustas facit. 118. Quis ergo affuit? Frater, inquit, uxoris[f] meæ. Si auctoritatem quærimus, etsi id est ætatis,[z] ut nondum[5] consecutus sit; tamen quanta[6] est in adolescente auctoritas, ea, propter tantam conjunctionem affinitatis, minor est putanda. Sin autem scientia est quæsita; quis erat minus peritus, quam is, qui paucis illis diebus in collegium venerat? qui etiam tibi erat magis obstrictus beneficio recenti,[g] cum se, fratrem[7] uxoris tuæ, fratri tuo germano antelatum videbat: etsi in eo providisti,[h] ne frater te accusare posset.[8] Hanc tu igitur dedicationem appellas, ad quam non collegium, non honoribus populi Romani ornatum pontificem, non denique adolescentem quenquam,[9] cum haberes in collegio familiarissimos, adhibere potuisti? Affuit is, si modo affuit, quem tu impulisti, soror rogavit, mater coëgit. 119. Videte igitur, pontifices, quid statuatis in mea causa de omnium fortunis. Ergone pontificem[10] putatis, si is pos-

[z] *Ejus ætatis.*

—20 In C deest *cum.*—1 Post *adhibuisti* in χ signum est interrog. et deinde scribitur *Quis.*—2 Verba *in uno* C H S χ omittunt.—3 Pro *etiam* C habet *et.* Mox, pro *etsi*, quod in Ms. Car. Steph. deest, C H ψ habent *si.*—4 Pal. 9. *tamen* omittit, prob. Grutero.—5 H *non solum.*—6 Lamb. *quanta quanta.*—7 C *fratris.* Mox, H et χ *videbit.*—8 Ms. Lamb. *possit.*—9 Post *quenquam* Lambinus addi volebat *scientem.*—10 *Verbone pontifices* Mss. plerique et edd.

NOTÆ

pignoribus, cogere possent certo loco adesse.

[e] *Posuerat enim auctoritatem*] Unus pontifex nihil efficiebat; sed omnes simul agere debebant: at istum non potuisse consecrare probat ab ætate, ab honore, et scientia, quæ in eo desiderabantur, et ad pontificis auctoritatem requiruntur.

[f] *Frater uxoris*] Fulviæ frater, qui unus erat e pontificibus, adhibitus fuit; qui etsi auctoritatem haberet et ætatem, tamen esset rejiciendus propter affinitatem cum Clodio.

[g] *Beneficio recenti*] Minus peritus erat, quia recenti beneficio Clodii ad pontificatum pervenerat.

[h] *Providisti*] Venenum fratri suo paravit Clodius.

tem[i] tenuerit et aliquid dixerit, domum uniuscujusque consecrare posse? At istæ dedicationes, et templorum et delubrorum religiones, ad honorem Deorum immortalium, sine ulla civium calamitate, a majoribus nostris constitutæ sunt. Est inventus[11] tribunus plebis, qui, consularibus copiis instructus, omni impetu furoris in eum civem irruerit, quem perculsum ipsa respublica suis manibus extolleret. XLVI. 120. Quid, si quis similis istius[k] (neque enim jam deerunt, qui imitari velint) aliquem mei dissimilem, cui respublica non tantum debeat, per vim afflixerit, domum ejus per pontificem dedicarit; id, vos ista auctoritate constituetis, ratum esse oportere? Dicetis,[12] quem reperiet pontificem? Quid? et tribunus plebis idem esse non potest pontifex? M. Drusus,[l] ille clarissimus[13] tribunus plebis, pontifex fuit. Ergo, si is Q. Cæpionis, inimici sui, postem[14] ædium tenuisset, et pauca verba fecisset, ædes Cæ-

pr. cum Grut. Oliv. *Ergone pontifices* Mss. pauci cum Græv. Hinc Ern. e conjectura cum Wolf. dedit *Ergone pontificem.* Ern. quoque conjecit legend. *Ergo per pontificem.* Lallem. e duobus Mss. suis recepit *Verbone pontificis.* Lamb. edidit *Verbone, pontifices, putatis, pontificem.* Pro verbis *putatis si* in T legitur *putatis ne*, et pro *postem* in χ ψ *pestem.* Tum, Mss. plerique et edd. vett. cum Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *consecrari.* Paulo post, *At istæ ... sunt* e conjectura Grævii recepit Ern. *An istæ ... sunt?* ceteri. Dresd. præpositionem omisit ante *majoribus.* Denique, in C S χ *const. sint.*—11 Lamb. *Inventus est.*

CAP. XLVI. 12 C H S χ, Franc. Barb. ed. Rom. 1472. Ven. 1480. 1483. *Dicis:* Naug. Manut. et al. *Dicitis.* Tum, *reperit* C H S T χ, Franc. ed. Wald. *repererit* Ms. Car. Steph. Paulo post, Dresd. *Quidem trib. plebis:* Franc. et ed. 1472. *Qui et trib. pl.* Denique, Lamb. dedit *esse pontifex non potest.* C et edd. nonnullæ *potest* omittunt. In H S T χ ψ, Franc. Dresd. Barb. ed. 1472. Rom. Ven. 1480. 1483. et al. deest *pontifex.*—13 Post *claris-*

NOTÆ

[i] *Si is postem*] Quando ædes consecrabatur, postes ædis tenebantur, et verbis quibusdam sacris, præsentibus omnibus pontificibus, consecrabatur: at nihil horum a Clodio in hac domus consecratione observatum est.

[k] *Quid, si quis similis istius*] Hypothesim eventorum subjicit, ad periculum demonstrandum.

[l] *Drusus*] Cum senatus moleste ferret ab equitibus judicia exerceri, omni ope conatus est, ut per M. Drusum tribunum plebis ad se judicia transferret. Contra Drusum pro equitibus stetit Q. Servilius Cæpio. Si igitur Drusus, qui tribunus plebis erat et pontifex, postem domus Cæpionis tenuisset, additis verbis solennibus, eam consecrasset: quod nemo dixerit.

pionis essent dedicatæ? 121. Nihil loquor[m] de pontificio jure, nihil de ipsius verbis dedicationis, nihil de religione, cærimoniis:[15] non dissimulo me nescire ea, quæ, etiamsi scirem, dissimularem, ne aliis molestus,[16] vobis etiam curiosus viderer: etsi effluunt[17] multa ex vestra disciplina, quæ etiam ad nostras aures sæpe permanant. Postem teneri[18] in dedicatione oportere videor audisse templi: ibi enim postis est, ubi[19] templi aditus est et valvæ. Ambulationis postes nemo unquam tenuit in dedicando: simulacrum autem,[n] aut aram si dedicasti, sine religione loco moveri potest. Sed jam hoc dicere[20] tibi non licebit, quoniam pontificem postem tenuisse dixisti.

122. Quanquam quid ego de dedicatione[1] loquor? aut quid de vestro jure, et religione contra, quam proposueram, disputo? XLVII. Ego vero, si omnia solennibus verbis,[o] veteribus et priscis[2] institutis acta esse dicerem; tamen me reipublicæ jure defenderem. An, cum tu ejus civis[3] discessu, cujus unius opera senatus atque omnes boni civitatem[4] esse incolumem toties judicassent, oppressam te-

---

simus Victor. Lamb. et Grut. addunt *vir.*—14 χ *pestem.*—15 Lamb. *et cær.*—16 C *molestiis.*—17 Dresd. et ed. 1472. *affluunt.* Tum, H et ed. 1472. *ex nostra discipl.*—18 ψ *tenere.*—19 Pro *ubi* in Dresd. *ut.* Lamb. malebat *ubi enim postis est, ibi templi, &c.* In Franc. 1. sex Oxonn. Mss. et ed. 1472. deest copula ante *valvæ.* Tum, Franc. Dresd. et edd. vett. verba *valvæ ambulationis* conjungunt.—20 C *dicet:* H S, Barb. ed. Rom. Ven. 1480. 1483. *diceret:* ed. 1472. *dicitur.* Pro *tibi* H S, Barb. Franc. edd. Rom. Wald. Ven. 1480. 1483. habent *ibi.* Tum, C *liceret.* Ante *tenuisse* χ addit *postem.*—1 S χ *de dicatione.* Dein, Ern. e conjectura cum Schutz. *loquor*, et paulo post *disputo*, ut est in Ms. Guelf. Ceteri *loquar . . . disputabo.*

CAP. XLVII. 2 Pro *priscis* in C H χ *præditis;* T et edd. vett. *prædictis;* Franc. Barb. Jannoctian. ed. 1472. *publicis.* Mox, in marg. ed. Lamb. scriptum, 'Fort. *acta esse diceres.*' Tum, ψ *resp. jure defenderet*, et in marg. 'Al. *reprehenderet.*'—3 In Franc. Dresd. Barb. ed. 1472. deest *civis.*—4 C χ omittunt

NOTÆ

[m] *Nihil loquor*] A consecrandi ritu per præteritionem, non legitimam fuisse consecrationem ostendit.

[n] *Simulacrum autem*] Simulacrum Tanagrææ Deæ Libertatis sine piaculo dejici potest, quia sine religione consecratum fuit.

[o] *Solennibus verbis*] Solennia verba sunt, quæ certis temporibus ac cærimoniis dicuntur, quæque legitima et ordinaria sunt. Facit autem hic concessionem hypotheticam, ut ad reipublicæ jus, id est, non sacrum et publicum, transeat.

terrimo latrocinio cum duobus sceleratissimis consulibus [p] rempublicam teneres; [5] domum ejus, qui patriam a se servatam perire suo nomine noluisset,[6] per pontificem aliquem dedicasses; posset recreata [a] respublica [7] sustinere. 123. Date [8] huic religioni aditum,[b] pontifices: jam nullum fortunis [q] communibus exitum reperietis. An, si postem tenuerit pontifex,[r] et verba, ad religionem Deorum immortalium composita,[c] ad perniciem civium transtulerit, valebit ad injuriam [9] nomen sanctissimum religionis; si tribunus plebis, verbis non minus [10] priscis, et pæne solennibus, bona civis cujuspiam consecrarit, non valebit? [*p*. 238.] Atqui C. Atinius,[s] patrum memoria, bona Q. Metelli,[t] qui eum ex senatu censor ejecerat,[11] avi tui, Q. Metelle, et tui, P. Servili,[u] et proavi tui, P. Scipio,[x] consecravit,[12] foculo posito

[a] *Restituta.* [b] *Date aditum huic consecrationi.*
[c] *Accommodata.*



civitatem. Pro *toties* ψ *totius.*—5 C H S T χ *tenere.*—6 χ *voluisset.*—7 C *rep.* —8 In T et Ms. Car. Steph. deest *date.* Tum, *de hac religione* habent C H S T χ, Ms. Car. Steph. et edd. ante Grut. Orellius conjecit legend. *Date, date huic religioni.*—9 *Val. injuria* C H S T χ, Pal. 9. Dresd. Barb. Ms. Vict. ed. 1472. *val. in injuriam* Franc. ed. Rom. Ven. 1480. *val. in injùria* Ven. 1483. ut volebat Gruter.—10 Pro *minus* χ *nimis.* Lambinus legi jussit aut *nec minus sol.* aut *et plane sol.* Ern. suspicabatur *bene* legend.—11 Franc. Dresd. sex Oxonn. Mss. et ed. 1472. *rejecerat.* Tum, χ *Metelli.*

NOTÆ

[p] *Consulibus*] Pisone et Gabinio consulibus annitentibus, Clodius absentis civis domum consecravit, cum rempublicam oppressam teneret: quam consecrationem sibi iniquam ferre non debet respublica jam recreata.

[q] *Jam nullum fortunis, &c.*] Si aditus ille aperiatur, ut domus bene meriti de republica civis consecretur; idem etiam fortunis omnium bonorum civium perdendis ab improbis et factiosis civibus dabitur.

[r] *An, si postem tenuerit pontifex*] Ex pari probat non valere hanc consecrationem.

[s] *Atinius*] Cum Q. Metellus censor in legendo senatu Atinium Labeonem tribunum plebis præteriisset, ab eo de saxo Tarpeio dejici jussus est; sed obstitere reliqui tribuni plebis. Exemplis autem idem quod superius confirmat, ostenditque multas consecrationes factas a tribunis non valuisse.

[t] *Q. Metelli*] Is Metellus Macedonicus dictus est: de quo vide Plin. VII. 44.

[u] *P. Servili*] Loquitur de Servilio Isaurico.

[x] *Proavi tui, P. Scipio*] Is est Scipio, quem Metellus Pius, Numidici filius, adoptavit.

in rostris,[y] adhibitoque tibicine. Quid tum? num ille furor tribuni plebis, ductus ex nonnullis[13] veterum temporum exemplis, fraudi Metello fuit,[d] summo illi et clarissimo viro? Certe non fuit.[z] 124. Vidimus, hoc idem Cn. Lentulo[a] censori tribunum plebis facere. Numquid[14] igitur is bona Lentuli religionibus[15] obligavit? Sed quid ego ceteros? Tu, tu, inquam, capite velato,[b] concione advocata, foculo posito, bona tui Gabinii, cui regna omnia Syrorum, Arabum, Persarumque donaras,[16] consecrasti. Quodsi tum nihil est actum,[17] quid in meis bonis agi potuit? sin est ratum, cur ille gurges, helluatus[c] tecum simul reipublicæ[18] sanguinem, ad cœlum tamen exstruxit villam[d] in Tusculano visceribus ærarii; mihi meas ruinas, quarum ego similem totam urbem esse passus non sum, aspicere non licuit? XLVIII. 125. Omitto Gabinium. Quid? exemplo tuo bona tua nonne L. Mummius,[19][e] vir omnium fortissi-

[d] *Nocuit.*

Paulo post, S χ *Servilii.*—12 H *conservavit.*—13 T *nonnullorum.* Dein, *perveterum temporum* C H S χ, Barb. Guelf. Pal. 9. Ms. Vict. Ms. Car. Steph. edd. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. cum Lamb. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. Pro *exemplis* in T *exemplum.*—14 χ *Numquam.*—15 *Religioni* χ ψ, Grut. Græv. Oliv. Lall. *religione* Lamb. Tum, T supra lin. *relegavit:* alii *religavit.*—16 C *dona:* H S χ ψ *donas.*—17 C *nihil extractum:* χ *nihil est ratum.* —18 Franc. *simul sugit reip.* ed. 1472. *simul fugit reip.* In C H S χ *sanguine.* Mox, *exstruit* C χ, Franc. Barb. ed. Wald. Beck. Schutz. et Orell. Postea, Lamb. conjecit *de visc. ærarii.*

CAP. XLVIII. 19 *Numius* Barb. *Ninnius* e conjectura Garatoni dederunt

NOTÆ

[y] *Foculo posito in rostris*] Describit ritus observari solitos in consecrationibus, quibus præterea addebatur sacrificium, ut habetur ex Plinio XXII. 6.

[z] *Non fuit*] Nulla fuit illa consecratio, non valuit, et bona sua Metellus, quanquam consecrata, retinuit.

[a] *Cn. Lentulo*] Lentulus censor fuit cum L. Gellio sex annis ante Ciceronem consulem.

[b] *Capite velato*] Pontifices sæpe capite velato sacra faciebant. Consecraverat autem Clodius bona Gabinii; et tamen hæc consecratio nulla habita est: ergo et suæ domus nulla est.

[c] *Helluatus*] Id est, sua omnia bona intemperantissime consumsit Clodius cum Gabinio, cui pecuniam publicam lege sua ex ærario decreverat pro administratione Syriæ.

[d] *Exstruxit villam*] Hac pecuniæ parte, quam non helluatus est in libidinibus, exstruxit villam Gabinius in Tusculano agro magnificentissimam.

[e] *Nonne L. Mummius*] Dilemmate

mus atque optimus, consecravit? Quod si, quia[20] ad te pertinet, ratum esse negas oportere; ea jura constituisti in præclaro tribunatu tuo, quibus in te conversis, recusares,[1] alios everteres? Sin ista consecratio[f] legitima est; quid est, quod profanum in tuis bonis esse possit? An consecratio[2] nullum habet jus, dedicatio[g] est religiosa? Quid ergo illa tua tum[3] obtestatio tibicinis? quid foculus? quid preces? quid prisca verba[4] voluerunt? ementiri, fallere, abuti Deorum immortalium numine ad hominum timorem[5] quid voluisti? Nam si est illud ratum,[h] (mitto Gabinium) tua domus certe, et, quicquid habes aliud, est Cereri consecratum.[i] Sin ille[6] tibi ludus fuit, quid te impurius, qui religiones omnes pollueris[7] aut ementiendo,[k] aut stuprando?[l] 126. Jam fateor,[m] inquit, in Gabinio me[8] nefarium fuisse.

Beck. Schutz. et Orell. Mox, in C H S χ ψ, ed. Rom. Ven. 1480. deest *omnium*, quod Beck. uncis includit.—20 Pro *quia* in Franc. est *quod*, in Dresd. *quam*, in ed. 1472. *qua*. Unde Grævius conjecit legend. *quod si cum ad te pert.* In Ven. 1480. legitur *qua ad te pertinent, ratum, &c.* in Barb. *quæ ad te pertinent, rata, &c.*—1 Alii, teste Grævio, *recusaret*. Hotomann. putabat *uti recusares.*—2 H S *posset*, et T *An si cons.* Tum, Lamb. edidit *nullam habet religionem*: Garaton. conjecit *nullam habet vim.* In C H S χ ψ, Guelf. Barb. Ms. Lambini, Rom. Brix. deest *jus*. Pro verbis *nullam . . . religiosa* in T legitur, *vim non habet vel nullum habet vis dedicatio.*—3 Pro *tum*, quod in Franc. deest, C et χ habent *tam*. Lambinus edidit *tum tua illa obt.*—4 In C H S χ ψ, Barb. ed. Rom. *verba* omittitur. Ven. 1480. Junt. habent *prisca jura*: unde Jannoctian. conjecit *quid rica vol.* Lambinus maluit aut ante *voluerunt* addi *sibi*, aut scribi *valuerunt.*—5 ψ *ab hominis timore.* Tum, *quid* omittunt Manut. Car. Steph. Lamb. Oliv. Lall. Wolf. et Schutz. In C χ legitur *quidem*: in Ms. Car. Steph. *qui*. In ed. Rom. ita interpungitur, *ementiri? fallere? abuti . . . timorem? quid voluisti.*—6 T *Si ille.* In Mss. plerisque et edd. ante Grut. deest *tibi*, quod Beck. et Orell. uncis incluserunt.—7 ψ

NOTÆ

ex pari utitur: nam contendit Clodius non recte a Mummio tribuno plebis bona sua esse consecrata; ergo neque etiam a Clodio bene sua bona consecrata fuisse Cicero juste contendit.

[f] *Sin ista consecratio*] Consecratio de bonis fiebat.

[g] *Dedicatio*] De templis dedicatio fiebat.

[h] *Si est illud ratum*] Dilemmate probat quod si valet dedicatio quam Libertati de suis ædibus fecit Clodius, etiam quæ de bonis Clodii Cereri facta est, valere debet.

[i] *Cereri consecratum*] Omnes consecrationes alicui numini fiebant.

[k] *Ementiendo*] Mentitur Clodius, quia mox valere, mox non valere consecrationem ait.

[l] *Stuprando*] Stuprum intulit in sacrificiis Bonæ Deæ.

[m] *Jam fateor*] Fatetur Clodius injustum fuisse se in Gabinium, virum

Quippe vides, pœnam illam, a te in alium institutam, in te ipsum esse conversam. Sed, homo omnium scelerum flagitiorumque documentum![e] quod in Gabinio fateris, cujus impudicitiam[9] pueritiæ, libidines adolescentiæ, dedecus et egestatem reliquæ vitæ, latrocinium consulatus, vidimus; cui ne ista quidem ipsa[10] calamitas injuria potuit accidere; id in me infirmas?[11] et gravius esse dicis, quod uno adolescente, quam quod concione tota teste,[f][12] fecisti? 127. Dedicatio magnam, inquit, habet religionem. XLIX. Nonne vobis Numa Pompilius[n] videtur loqui? discite orationem, pontifices, et vos, flamines: etiam tu, rex,[o] disce a gentili homine;[p] quanquam[13] ille gentem istam reliquit: sed tamen disce ab homine religionibus dedito, justo, tum[14] omnium religionum perito. Quid? in dedicatione, nonne, et quis dicit,[15] et quid, et quomodo, quæritur? An tu hæc[16] ita confundis et perturbas, ut, quicumque velit, quod velit, quomodo velit, possit dedicare? quis eras tu, qui dedicabas? quo jure? qua lege? quo exemplo? qua potestate? ubi te isti rei populus Romanus præfecerat? Video enim

[e] *Exemplum.* [f] *Teste toto populo.*

polliceris.—8 Lamb. *me in Gab.*—9 C *impudentiæ:* H S χ *impudicitiæ.*—10 In sex Oxonn. Mss. *ipsa* deest.—11 Franc. et ed. 1472. *affirmas.*—12 *Teste* abest a sex Oxonn. Mss. Dein, *effecisti* habent H S T χ ψ, Junt. et Lamb.

Cap. xlix. 13 C H S χ et nonnullæ edd. vett. *a gentili ambitu, at tu quanq.* T et Barb. *a gentili, at tu quanq.* sed in T suprascr. *ac.* Franc. Dresd. ed. 1472. *e gentili, quanq.* Ascens. et Cratand. *a gent. et tu quanq.* Naug. Manut. Grut. *a gentili homine tuo; quanq.* Lamb. Græv. Oliv. Lall. Wolf. Beck. et Orell. *a gentili tuo; quanq.* Ern. e conjectura et Schutz. *a gentili homine; quanq.*—14 Lamb. e conjectura edidit *ab hom. cum relig. ded., tum,* omissa voce *justo.* Dein, in H *religionum* deest.—15 Lamb. *dicat,* prob. Ern. Tum, C S carent vocibus *et quid.* H χ ψ tantum copulam omittunt.—16 In Dresd. *At tu hæc.* Mox Franc. 1. *quid velit.* Ante *quomodo*

NOTÆ

infamem, et fateri non vult in Ciceronem fuisse.

[n] *Numa Pompilius*] Numa potuit distinguere aves idoneas ad augurandum, ab illis quæ non erant idoneæ. Ridet autem Clodium per dissimulationem.

[o] *Tu, rex*] Loquitur de L. Clodio, rege sacrorum.

[p] *Homine*] P. Clodium ironice ridet.

esse legem veterem[17] tribuniciam,[q] quæ vetet, injussu plebis, ædes, terram, aram consecrare. Neque tum[18] hoc ille[r] Q. Papirius, qui hanc legem rogavit, sensit, neque suspicatus est, fore periculum,[19] ne domicilia aut possessiones indemnatorum civium consecrarentur: neque enim id fieri fas erat, neque quisquam fecerat, neque erat causa, cur prohibendo non tam deterrere[20] videretur, quam admonere. 128. Sed quia consecrabantur ædes, non privatorum domicilia, sed quæ sacræ nominantur; [*p.* 239.] consecrabantur agri, non ita[1] ut nostra prædia, si quis[2] vellet, sed ut imperator agros de hostibus captos consecraret; statuebantur aræ, quæ religionem afferrent,[3][s] [ipso] si loco essent consecratæ: hæc, nisi plebs jussisset, fieri vetuit. Quæ si tu interpretaris de nostris ædibus[t] atque agris[4] scripta esse; non repugno: sed quæro, quæ lex lata sit, ut tu ædes meas[5] consecrares; ubi tibi hæc potestas data sit; quo jure feceris. Neque ego nunc de religione, sed de bonis omnium

ed. 1472. addit *et.* Paulo post, C H χ *posset.*—17 Ed. Oliv. *legem veterum.* In T desunt verba *ubi te . . . consecrare.*—18 C H S χ ψ, ed. Rom. 1472. Ven. 1480. 1483. *Neque tamen.* In iisdem Mss. et Franc. Dresd. Barb. ed. Hervag. aliisque ante Naug. deest *ille*, quod Beck. uncis inclusit.—19 *Periculum* non est in χ.—20 H *deterreret*, et mox *admoneret.* In C H S χ ψ deest *videretur.* T, Franc. Dresd. ed. 1472. exhibent *videatur.*—1 *Ita* Ernesto suspectum est.—2 Dresd. *si qui.*—3 T *afferent:* al. *offerrent.* Tum, *ipsi si loco* C H T, Franc. Dresd. Barb. Guelf. et ed. Wald. *ipsi loco* Lamb. Pronomen *ipso*, quod Grævio, Ernesto, et Beckio suspectum est, delevit Schutz.—4 χ

NOTÆ

[q] *Tribuniciam*] Papirius tulit legem, ne injussu plebis ædes, terra, ara, aliave res ulla consecraretur. Consecravit autem Clodius domum Ciceronis sine jure, sine cærimoniis requisitis, idque confuse et perturbate.

[r] *Neque tum hoc ille*] Probat ex lege Papirii Clodio non licuisse ædes suas consecrare: tametsi enim licuerit ei hostium bona aliquando consecrare, civium tamen consecrare bona indemnatorum, et sine jussu populi, non licere ostendit, non quidem ex legis Papiriæ verbis, sed ex legitima ejusdem interpretatione.

[s] *Religionem afferrent*] Erigebantur altaria, ut metum Deorum afferrent; sed non erigebantur sine populi consensu ex lege Papiria.

[t] *Quæ si tu interpretaris de nostris ædibus*] Fateri se Cicero dicit, suas ædes fuisse consecratas, si quæ lex de iis consecrandis proferatur, vel in ipsa lege Clodii, quæ revera lex non est appellanda.

nostrum,[6] nec de pontificio, sed de jure publico disputo. L. Lex Papiria vetat, ædes injussu plebis consecrari. Sit sane hoc de nostris ædibus, ac non de publicis templis. Unum ostende verbum consecrationis in ipsa tua lege; si illa lex est,[7] ac non vox sceleris, et crudelitatis tuæ. 129. Quodsi tibi tum in illo reipublicæ naufragio omnia in mentem venire potuissent, aut si tuus scriptor[u] in illo incendio civitatis non syngraphas cum Byzantiis[8] exulibus[x] et cum legatis regiis[y] faceret, sed vacuo animo tibi ista non scita,[z] sed portenta conscriberet; esses omnia, si minus re, at[9] verbis legitimis consecutus. Sed uno tempore cautiones[a] fiebant pecuniarum; fœdera feriebantur provinciarum; regum appellationes[10] venales erant; servorum[11] omnium vicatim celebrabatur tota urbe descriptio; inimici in gratiam reconciliabantur; imperia ascribebantur[b] novæ juventuti;[12] Q. Seio venenum misero parabatur; de Cn. Pompeio, propugnatore[13] et custode imperii, interficiendo consilia ini-

aris.—5 Lamb. *meas ædes.*—6 Post *nostrum* C addit *disputo*, sed infra *disputo* in C H S T deesse dicitur. C H S T χ omittunt præpositionem ante *pontificio*.

CAP. L. 7 χ non habet *est.*—8 C χ *syngr. et cum Byz.* Pro *regiis* C H S T χ *rogatis.*—9 χ *aut.*—10 Barb. et Græv. sic distinguunt, *fœdera feriebantur; provinciarum, regum appell.* Vid. Nott. Varr.—11 Pro *servorum* Franc. *sermone;* C H S T χ, Dresd. Ms. Car. Steph. ed. 1472. Med. *sermones.* Pro *vicatim* Dresd. *judicaturi.* Tum, ψ *celebrabantur.*—12 Ms. Memmian. *ascrib. nova, juventusque se juvenum;* unde Lamb. recepit *scribebantur nova*, omisso *juventuti.* Beck. Schutz. et Orell. ex ed. Ven. 1480. dederunt *ascr. nova juventuti.* In T, Franc. Dresd. Barb. et Ms. Ursini *ascr. nova juventute.* Pantagathus correxit *ascr.; inveniebantur.* Ursinus maluit *perscribebantur.* Gulielm. conjecit *ascr. nova e juventute.* Garaton. ex orat. pro Sext. c. 30.

NOTÆ

u *Tuus scriptor*] Sextus Clodius debet intelligi.

x *Byzantiis exulibus*] De his jam dictum § 52.

y *Legatis regiis*] Legati a Clodio regum appellationes emebant.

z *Non scita*] Scita plebeia appellantur ea, quæ plebs suo suffragio sine patribus jussit, plebeio magistratu interrogante.

a *Cautiones*] Venditiones et promissiones, certis conditionibus, Pisoni et Gabinio fiebant. Hic per frequentationem commemorat quæ per vim et scelus a Clodio exercebantur.

b *Ascribebantur*] Sorte, non per suffragia, et privatim, juventuti novæ, nondum in reipublicæ rebus exercitæ, donabantur.

bantur;[14] senatus ne quid esset;[15] ut lugerent boni semper; ut capta respublica consulum[16] proditione, vi tribunicia teneretur. Hæc cum tot tantaque agerentur; non mirum est, præsertim in furore animi et cæcitate, multa illum[c] et te fefellisse.

130. At videte,[d] quanta vis sit[17] hujus Papiriæ legis, in re tali; non qualem tu affers,[18] sceleris plenam et furoris. Q. Marcius, censor, signum Concordiæ fecerat, idque in publico collocarat. Hoc signum C. Cassius censor cum in curiam transtulisset, collegium vestrum consuluit, numquid esse causæ videretur, quin id signum curiamque Concordiæ dedicaret.[19] LI. Quæso, pontifices, et hominem cum homine,[20] et tempus cum tempore, et rem cum re comparate. Ille erat summa modestia et gravitate censor; hic tribunus plebis, scelere et audacia singulari. Tempus illud erat tranquillum,[1] et in libertate populi et gubernatione positum senatus: tuum porro tempus,[2] libertate populi Romani oppressa, senatus auctoritate deleta. Res illa plena justitiæ, sapientiæ, dignitatis: censor enim, penes quem majores nostri (id quod tu sustulisti[3] [e]) judicium senatus de dignitate esse voluerunt, Concordiæ signum volebat in curia, curiamque[4] ei Deæ dedicare. 131. Præclara voluntas, at-

effecit *describebantur nova juventuti.*—13 χ *procuratore.*—14 C *iniebantur.*—15 Al. *ne quis,* et Dresd. *deesset.*—16 C *republica consilium.* In χ quoque *consilium:* edd. nonnullæ, teste Grævio, *consilio.*—17 Junt. Lamb. *sit vis.*—18 Erf. et Pal. 9. *asseris.* Pro *plenam* H habet *pænam.* In Ms. Car. Steph. deest prænomen ante *Marcius.*—19 H S, ed. Rom. Ven. 1480. 1483. *dicaret.*

CAP. LI. 20 Verba *cum homine* in C desunt.—1 χ *erat et tranq.* Mox, C *et in gubern.*—2 χ *tuum vero tempus.* Pro *Romani* C *resp.* χ *r. p.* Paulo post, χ *delata.*—3 ψ *cum tu sust.* Tum, Lamb. edidit *de sen. dign.*—4 Car. Steph.

NOTÆ

[c] *Illum*] Clodium, scriptorem Pub. Clodii, multa fefellisse ait propter animi cæcitatem.

[d] *Videte*] Ex vi Papiriæ legis exemplorum, et rerum differentium contentionem, affert, ut ostendat non juste a Clodio suas ædes fuisse consecratas.

[e] *Quod tu sustulisti*] In more fuerat ut quinto quoque anno censores de moribus populi judicarent; sed eam consuetudinem Clodius tribunus, quæ ultra quadringentos annos duraverat, antiquavit.

que omni laude digna. Præscribere enim se [5] arbitrabatur, ut, sine studiis dissensionis, sententiæ dicerentur, si sedem ipsam ac templum publici consilii religione Concordiæ devinxisset. Tu cum [6] ferro, cum metu, cum edictis,[7] cum privilegiis, cum præsentibus copiis perditorum, absentis exercitus terrore [f] et minis, consulum societate et nefario fœdere, servitute oppressam civitatem teneres, Libertatis signum posuisti magis ad ludibrium pudicitiæ,[8] quam ad simulationem religionis. Ille in curia, quæ poterat, sine cujusquam incommodo, dedicabat: [9] tu in civis optime de republica meriti cruore ac pæne ossibus simulacrum, non libertatis publicæ, sed licentiæ,[10] collocasti. 132. Atque ille tamen ad collegium retulit: tu ad quem retulisti? S quid deliberares, si quid tibi aut piandum aut instituendum fuisset religione domestica; tamen instituto [11] ceterorumi vetere, ad pontificem detulisses: [*p.* 240.] novum delubrum cum in urbis clarissimo loco, nefando quodam atque inaudito instituto, inchoares; referendum ad sacerdotes publicos non putasti? At, si collegium [12] pontificum adhibendum non videbatur, nemone horum tibi idoneus visus est, qui ætate, honore, auctoritate antecellunt, ut cum eo dedicationem communicares? quorum quidem tu non contemsisti, sed pertimuisti dignitatem. LII. An tu auderes quærere ex P. Servilio, aut ex M. Lucullo, (quorum ego consilio atque auctoritate rempublicam consul ex vestris manibus ac faucibus [13] eripui) quibusnam verbis, aut quo



et Lamb. *aramque*. In Barb. *Deæ* omittitur. Dein, C H S χ, ed. Rom. Ven. 1480. 1483. *dicare*.—5 Pro *se* Ms. Car. Steph. *sic*. Tum, C H S T ψ *arbitrabantur*.—6 C *Tum cum*.—7 H S *additis*: T *audaciis*.—8 Pal. 9. *impudicitiæ*: Ern. *pudicitiæ*, ut est in marg. Lambini. Ceteri *impudentiæ*.—9 C H S T χ *dedicari*.—10 Marcland. scribi mavult *licentiæ tuæ*.—11 Dresd. *tum inst.* Pro *vetere*, quod in T deest, C H χ ψ, Dresd. Barb. ed. 1472. habent *uterere*. Postea, Lamb. *retulisses*. Denique, C H S χ ψ *non novum del.* Dresd. *non novi del.*—12 In marg. Lamb. conjicitur, *At si tibi coll.*

CAP. LII. 13 Franc. Dresd. Barb. Ms. Car. Steph. et Mss. Lambini *faci-*

NOTÆ

[f] *Absentis exercitus terrore*] Loquitur de Julii Cæsaris exercitu, qui Clodio favebat.

ritu, primum hoc dico, civis domum consecrares; deinde civis ejus, cui princeps senatus, cui etiam ordines[14] omnes, deinde Italia tota, post cunctæ gentes, testimonium hujus urbis atque imperii conservati dedissent? 133. Quid diceres, o nefanda et perniciosa labes civitatis? Ades, ades,[15] Luculle, Servili, dum dedico domum Ciceronis, ut mihi præeatis,[16] [g] postemque teneatis.[h] Es tu quidem cum audacia,[17] tum impudentia singulari; sed tibi tamen oculi, vultus, verba cecidissent,[18] cum te viri, qui sua dignitate personam populi Romani atque auctoritatem imperii sustinerent, verbis gravissimis perterruissent;[19] neque sibi fas esse dixissent, furori interesse tuo, atque[20] in patriæ parricidio et scelere. 134. Quæ cum videres, tum te[1] ad tuum affinem,[i] non delectum a te, sed relictum a ceteris, contulisti: quem ego tamen credo, si est ortus ab illis,[k] quos memoriæ proditum est ab ipso Hercule, perfuncto jam laboribus, sacra didicisse,[2] [l] in viri fortis ærumnis, non ita crudelem fuisse, ut in vivi et jam spirantis[3] caput bustum suis manibus imponeret: qui aut nihil dixit aut fecit omnino, pœnamque hanc[4] maternæ temeritatis tulit,[5] ut mu-

bus: ed. 1472. *fascibus.*—14 Ms. Vict. et Ms. Car. Steph. *tum etiam ord.* In T *cui* deest.—15 *Ades* semel tantum legitur in T. Barb. in marg. sed antiqua manu habet, *Ades, Luculle, ades, Servili:* ed. Ven. 1480. *ades, ades, Luculle, ades, Servili.*—16 C H S T χ, Pall. nonnulli et edd. pr. *pareatis.*—17 H *tum aud.*—18 χ *occidissent.*—19 Mss. Lambini *proterruissent.*—20 'Suspicatus sum delendum esse *atque*, nisi totum est a glossatore *furoris.*' Ern. Garaton. legi maluit *furori int. tuo, in patriæ parr. exultanti.* Pro *parricidio* Lamb. edidit *patricidio*; in χ *periculo.*—1 H *cum te.* Mox, χ *finem.* Tum, C χ, Franc. Dresd. ed. 1472. *dejectum.* Verba *a ceteris* in Dresd. desunt.—2 Dresd. sex Oxonn. Mss. et ed. 1472. *dedisse.*—3 Orell. e conj. Garatoni dedit *viventis etiam et spir.* Lamb. conjecit legend. *vivi etiam tum spir.* Pro *caput bustum* C H S T χ habent *capitibus tum.*—4 *Qui aut nihil dicit, nec fecit*

NOTÆ

[g] *Præeatis*] Prosopopœia invidiosa Clodium inducit petentem a Lucullo et Servilio ut sibi carmen dicant, quod sibi dicendum est in dedicatione ædium inimici, Ciceronis.

[h] *Postem teneatis*] Pontifices tenebant postem domus quam consecrabant.

[i] *Ad tuum affinem*] Fratrem uxoris suæ juniorem pontificem assumsit Clodius.

[k] *Ab illis*] Potitii et Pinarii primi omnium ab Evandro instituti sunt, ut Herculis sacra tractarent.

[l] *Sacra didicisse*] Hercules Romanos docuit cærimonias sacrorum.

tam in delicto personam,[m] nomenque præberet; aut, si dixit aliquid verbis hæsitantibus,[6] postemque tremebunda manu tetigit, certe nihil rite, nihil caste, nihil more institutoque perfecit. Viderat ille Murenam,[n] vitricum suum, consulem designatum, ad me consulem cum Allobrogibus communis exitii indicia afferre: audierat ex illo,[7] se a me bis salutem accepisse, separatim[o] semel, iterum[8] cum universis.[p] 135. Quare quis est, qui existimare possit, huic novo pontifici, primam hanc post sacerdotium initum religionem[9] instituenti,[q] vocemque mittenti, non et linguam obmutuisse, et manum obtorpuisse, et mentem debilitatam metu concidisse; præsertim cum ex collegio tanto,[r] non regem, non flaminem, non pontificem videret; fierique particeps alieni sceleris invitus cogeretur, et gravissimas pœnas affinitatis impurissimæ[s] sustineret?

LIII. 136. Sed, ut revertar ad jus publicum vindicandum,[10] quod ipsi pontifices semper, non solum ad suas cærimonias, sed etiam ad populi jussa accommodaverunt;[11]

omnino, pœnamque hanc Ms. Car. Steph. prob. Garaton. *qui aut nihil fecit, aut si fecit, omnino pœnam hanc* Lamb. *qui aut nihil dixit, aut, si fecit, omnino pœnam hanc* Grut. Græv. Oliv. Lall. *qui nihil dixit, aut fecit omnino, pœnamque hanc* conjecit Pantagathus.—5 In marg. Lamb. conjicitur *luit.* Mox, C H χ *mutuam.*—6 Lamb. e conjectura edidit *aut si dixit aliquid, dixit verbis hæs.* Mox, pro *perfecit* Guelf. habet *perfecerit,* prob. Ern.—7 C H S χ *ab illo.*—8 Lamb. *semel sep.* et χ *iterumque.*—9 χ *religione.* Mox, C χ *voceque.*

CAP. LIII. 10 *Judicandi* C H S χ, Ms. Steph. Mss. aliquot Gruteri, ed. Rom. Ven. 1480. 1483. *judicandum* T, Franc. Dresd. Barb. ed. 1472. *dedicandi* Pal. 1. Græv. Oliv. Lall. Wolf. Beck. et Orell.—11 ψ *accommodave-*

NOTÆ

m *Mutam personam*] Mutam personam dicit, quia neque Deum nominabat, cui dedicaret Ciceronis ædes; neque suum nomen; dicendo, Ego talis consecro has ædes huic aut illi Deo. Hunc vero Cicero non nominat in tota oratione; quare ignotum est, quisnam fuerit ille juvenis pontifex.

n *Murenam*] Murenam defendit in judicio. Extat ejus oratio.

o *Separatim*] Murena absolutus est, et evasit judicium ambitus.

p *Iterum cum universis*] Cum patefacta est conjuratio Catilinæ, urbi et reipublicæ exitium minitantis.

q *Religionem instituenti*] Institui dicitur religio ab aliquo, cum hoc primo sui sacri muneris officio fungitur.

r *Collegio tanto*] Pontificum cœtum intelligit.

s *Affinitatis impurissimæ*] Quia frater erat uxoris Clodii, hominis impurissimi.

habetis in commentariis vestris, C. Cassium censorem de signo Concordiæ dedicando ad pontificum collegium retulisse, eique M. Æmilium,[t] pontificem maximum, pro collegio respondisse, nisi eum populus Romanus nominatim præfecisset, atque ejus jussu [12] faceret; non videri ea [13] recte posse dedicari. Quid, cum Licinia,[14] virgo Vestalis, summo loco nata,[15] sanctissimo sacerdotio prædita, T. Flaminino,[16] Q. Metello, consulibus, aram, et ædiculam, et pulvinar [u] sub Saxo Sacro [17] dedicasset, non eam rem, ex auctoritate senatus, ad hoc collegium Sex. Julius prætor retulit? cum P. Scævola, pontifex maximus,[18] pro collegio respondit, quod in loco publico Licinia, Caii filia,[19] injussu populi dedicasset, sacrum non videri.[20] Quam quidem rem quanta severitate, quantaque diligentia senatus sustulerit,[1] ex ipso senatusconsulto facile cognoscetis. Recita senatusconsultum. (*Senatusconsultum.*[2]) 137. Videtisne, prætori urbano [x] negotium datum, ut curaret, ne id sacrum esset? [*p.* 241.] et ut, si quæ essent incisæ aut inscriptæ literæ, tollerentur? O tempora! o mores! Tum censo-



rint.—12 ψ *atque e jussu.*—13 Ern. conjecit *id* legendum, aut *ea* delendum: hinc Beck. *ea* uncis inclusit. Lamb. edidit *id.* In Ven. 1480. *ea ratione recte posse dedicari.* Garaton. scribi maluit, aut *eum recte posse dedicare*, (quia *dedicare* in Barb. legitur) aut *ab eo dedicari.* Ms. Ursini habet *eo.*—14 C H S χ *Lucinia.* In T deest.—15 Franc. Dresd. Barb. ed. 1472. *nata* omittunt.—16 C H S T χ, Junt. Lamb. *Flaminio.*—17 Franc. *sub sacro saxo:* Dresd. *sub saxo sanco.* In χ et ed. Rom. deest *sacro.* Mox, C T χ *nonne.*—18 C *cui, P. Scævola, pontifice maximo.*—19 Pro *Caii filia* T, Franc. et ed. 1472. *castissima fœmina;* χ et Græv. *C. F.* Tum, T *in jussu.*—20 *Videri esse* χ, Junt. Grut. Græv. *viderier esse* Erf. *viderier* Ms. Vict. Beck. Schutz. et Orell. *videri* ceteri.—1 Verbum *sustulerit* Lambino et Ernesto suspectum est.—2 Verba *Recita senatusc. senatusconsultum* desunt in H S T χ, Franc. Dresd. Barb. ed. 1472. aliisque vett. *Recita. Senatusconsultum* dederunt Oliv. et Lall.—

NOTÆ

[t] *M. Æmilium*] Vel is Æmilius intelligitur, qui cum Popillio consul fuit, quinquennio ante censores M. Valerium Messallam et C. Cassium Longinum; vel ejus pater, qui sexies princeps senatus fuit, qui ad Messallam usque et Longinum censores vixit.

[u] *Pulvinar*] Pulvinaria in templis dicebantur lectuli Diis dicati, in quibus illorum simulacra solebant reclinari.

[x] *Prætori urbano*] Julius tum prætor erat urbanus. De prætoribus dictum est.

rem,[3] hominem sanctissimum, simulacrum Concordiæ dedicare pontifices in templo inaugurato[y] prohibuerunt: post autem senatus in loco augusto consecratam eam aram,[4] tollendam[z] ex auctoritate pontificum censuit, neque ullum est passus ex ea dedicatione literarum extare monumentum. Tu, procella patriæ, turbo[5] ac tempestas pacis atque otii, quod in naufragio, reipublicæ tenebris offusis,[6] demerso populo Romano, everso atque ejecto senatu, dirueris, ædificaris, religione omni violata, reipublicæ tantum[g 7] nomine contaminaris; in civis hujusce ædibus, et[8] in urbe, quam suis laboribus ac periculis conservasset,[9] monumentum deletæ reipublicæ collocaris, ad equitum notam,[a] ad dolorem bonorum[10] omnium, sublatoque Q. Catuli nomine, incideris;[11 b] id sperasti rempublicam diutius, quam, quoad mecum simul expulsa careret his mœnibus, esse laturam?

138. At[12] si, pontifices, neque is,[c] cui licuit, neque id, quod fas fuit, dedicavit; quid me attinet jam illud tertium,

g *Tamen.*

3 χ *censores.*—4 Pantagathus legi maluit *jam aram.*—5 C χ *turba.*—6 C H S T, Franc. ed. 1472. *effusis.*—7 Mss. nonnulli et edd. vett. cum Græv. Oliv. Lall. *reipublicæ tamen: rei tantum* S T χ ψ, Barb. Ms. Vict. et nonnullæ edd. vett. *religionis tamen* e conjectura Marclandi et Garatoni dederunt Beck. Schutz. et Orell.—8 *Hisce rebus ut* C H S χ: *in his rebus et* Dresd. *in hisce rebus et* ed. Med. *in hujusce rebus et* ed. 1472. In Franc. 1. deest *civis.* —9 χ *consecrasses:* χ, Franc. Barb. edd. Rom. Wald. Ven. 1480. 1483. Med. *consecrasset*, prob. Grævio.—10 In duobus Mss. Lambini et ed. 1472. legebatur *ab equitum nota doloris bonorum, &c.* conjecit autem legend. aut *ad ejus ignominium, ad dolorem, &c.* aut *ad ignominiam ac dolorem, &c.* Pro *ad dolorem* C χ, Dresd. Barb. et edd. pr. *doloris:* Franc. *et dolorem.*—11 Schutz. e conjectura Grævii recepit *tuum incideris.* Vid. Nott. Varr.—12 C H S χ *Ac.* Pro *si* H S T *sic.* Tum, C S T χ *ne quis:* H ψ *ne quid.* Pro *neque id* sex

NOTÆ

y *Inaugurato*] Senatum nisi in loco inaugurato haberi fas non fuit. Locus autem auguratus vel inauguratus is erat, qui certis et conceptis verbis ab augure definitus erat.

z *Tollendam*] Sublata est ara, quia sine pontifice, a tribuno tantum, aut prætore fuerat dedicata, ad quos ea potestas non pertinebat.

a *Ad equitum notam*] Erigebatur simulacrum, in domo Ciceronis consecrata, ad equitum infamiam, quia Cicero erat ex genere equestri.

b *Incideris*] Nomen Clodii incidi non passa esset respublica.

c *Is*] Minimus omnium pontificum præter fas domum dedicaverat.

quod proposueram, docere, non his institutis[13] ac verbis, quibus cærimoniæ postulant, dedicasse?[14] LIV. Dixi a principio, nihil me de scientia vestra, nihil de sacris, nihil de abscondito jure pontificum,[15] dicturum: quæ sunt adhuc a me de jure dedicandi disputata, non sunt quæsita ex occulto aliquo genere literarum, sed sumta de medio, ex rebus palam per magistratus actis, ad collegiumque delatis,[16] ex senatusconsulto, ex lege. Illa interiora, jam vestra sunt, quid dici,[17] quid præcipi, quid tangi, quid teneri jus fuerit. 139. Quæ si omnia ex Coruncanii[18] [d] scientia, qui peritissimus pontifex fuisse dicitur, acta esse constarent;[19] aut si M. Horatius ille Pulvillus,[e] qui, cum ejus dedicationem[20] multi, propter invidiam, fictis religionibus impedirent, restitit, et constantissima mente[1] Capitolium dedicavit, hujusmodi alicui dedicationi præfuisset; tamen in scelere religio[f] non valeret; nedum valeat[2] id, quod imperitus adolescens, novus sacerdos, sororis precibus, matris



Oxonn. Mss. *ne quid.*—13 Lamb. *iis inst.*—14 C H χ *postulandæ dicasse.*

CAP. LIV. 15 χ ψ *pontificii.*—16 In marg. Lambini, 'Al. *relatis.*' Tum, Franc. *ex S. C. ex lege illa. Interiora.* Ed. 1472. *ex S. C. ex lege illa jam interiora.* Paulo post, Franc. et ed. 1472. *nostra.*—17 C *quid dicere.* Dein, *præcipi* e Ms. Guelf. receperunt Ern. Beck. Schutz. et Orell. In C *percipere.* Ceteri *præcipere.* Verba *quid tangi* absunt a Guelf. Franc. Dresd. Barb. et ed. 1472.—18 C χ *e Corruncanis:* H *Corruncani:* S *Coruncani:* ψ *e corrunchani.* Mox in χ *pontifex* deest.—19 Lamb. *constaret.*—20 Sex Oxonn. Mss. *dedicationem* omittunt. In Ms. Car. Steph. et ed. pr. legitur *cum eum multi.*—1 χ *ex*

NOTÆ

[d] *Coruncanii*] Coruncanius jurisconsultus, consul cum P. Valerio, A. U. C. 682. primus jus civile docere ac profiteri cœpit, cum priores id in latenti retinere cogitarent, solumque consultatoribus vacare. De illo Cicero sic loquitur in Bruto: 'ex pontificum commentariis intelligi eum longe plurimum ingenio valuisse:' et in lib. III. de Orat. pontificem maximum eum fuisse tradit; ad eum, ejusque similes, de omnibus divinis atque humanis rebus referri solitum.

[e] *M. Horatius Pulvillus*] Horatius Pulvillus pontifex fuit maximus tanta constantia, ut cum Capitolini Jovis ædem dedicaret, postemque teneuti de morte filii nuntiatum esset, neque prius vultum mutarit, neque postem remiserit, carmenque, quod pronuntiabat, interruperit, quam esset absoluta dedicatio. Val. Max.

[f] *Religio*] In re instituta contra jus et fas religio non valet, licet ea ab Horatio, maximo pontifice, probaretur: ergo multo minus res illa quæ a novo pontifice, et ignaro cærimoniarum instituta est.

minis adductus, ignarus, invitus, sine collegis, sine libris, sine auctore,[g] sine fictore,[3] furtim, mente ac lingua titubante fecisse dicatur: præsertim cum iste impurus atque impius hostis omnium religionum, qui contra fas inter viros[4 h] sæpe mulier, et[5] inter mulieres[i] vir fuisset, ageret illam rem ita raptim et turbulente, ut neque mens, neque vox, neque lingua consisteret. LV. 140. Delatum tum est[6] ad vos, pontifices, et post omnium sermone celebratum, quemadmodum iste præposteris verbis, ominibus[7] obscœnis, identidem se ipse revocando, dubitans, timens, hæsitans, omnia aliter, ac vos in monumentis habetis, et pronuntiarit, et fecerit. Quod quidem[k] minime mirum est, in tanto scelere, tantaque dementia, ne audaciæ quidem locum ad timorem comprimendum fuisse. Etenim, si nemo unquam prædo tam barbarus atque immanis fuit, qui cum fana[8] spoliasset, deinde aram aliquam in littore deserto, somnis[9] stimulatus, aut religione aliqua, consecraret,[10] non horreret animo, cum divinum numen, scelere violatum, placare precibus cogeretur; qua tandem istum perturbatione mentis, omnium templorum atque tectorum totiusque urbis[11] prædonem, fuisse censetis, cum pro detestatione tot scelerum unam aram nefarie consecraret? 141. Non potuit[12] ullo modo (quanquam et insolentia dominatus extu-



const. mente.—2 C H S T χ *ne valeat.*—3 T *sine victore:* edd. vett. paucæ *sine scriptore.*—4 Ante verba *inter viros* sex Oxonn. Mss. cum Beck. et Orell. addunt *et.*—5 In T deest copula ante *inter mulieres.* Mox, C T *esset.*

CAP. LV. 6 *Delata tum sunt* C χ: *Delata tamen sunt* T, Barb. et Ven. 1480. *Delatum jam tum est* Lamb. Mox, *celebrata* C χ, Barb. et Ven. 1480.—7 H S T χ *omnibus.*—8 Pro *fana* Franc. Dresd. ed. 1472. *funus.* In χ *fama exspoliasset.*—9 *Somniis* C T χ ψ, Barb. Junt. Lamb. Oliv. Lall. Wolf. Beck. Schutz. et Orell.—10 C χ *consecrasset.*—11 C T *totius urbis.*—12 *Poterat*

NOTÆ

g *Sine auctore*] Nullum habebat auctorem qui eum, propter imperitiam, doceret.

h *Inter viros*] In sententiis dicendis mulieri potius similis fuit Clodius, quam viro; adeoque totam illam dedicationem ageret, faciendamque hunc pontificem juniorem doceret.

i *Inter mulieres*] In sacris Bonæ Deæ visus est muliebri habitu Clodius.

k *Quod quidem*] Comparatione cum latrone sacrilego rem auget.

lerat animos,[13] et erat incredibili armatus audacia) non in agendo ruere, ac sæpe[14] peccare, præsertim illo pontifice,[l] et magistro, qui cogeretur docere,[15] antequam ipse didicisset. [*p.* 242.] Magna vis est[m] cum in[16] Deorum immortalium numine, tum vero in ipsa republica. Dii immortales suorum templorum custodem[n] ac præsidem sceleratissime pulsum cum viderent, ex suis templis in ejus ædes[17] immigrare nolebant: itaque istius vecordissimi mentem cura metuque terrebant. Res vero publica, quanquam erat exterminata mecum, tamen obversabatur[18] ante oculos exstinctoris sui, et ab istius inflammato atque ignito[19] furore jam tum me seque[20] repetebat. Quare quid est mirum, si iste metus furore instinctus,[1] scelere præceps, neque institutas cærimonias persequi, neque verbum ullum[2] solenne potuit effari?

LVI. 142. Quæ cum ita sint, pontifices, revocate jam animos vestros ab hac subtili[3] nostra disputatione ad universam rempublicam, quam antea cum viris fortibus multis, in hac vero causa solis[4] vestris cervicibus sustinetis. Vobis universi senatus perpetua auctoritas, cui vosmetipsi



C H S χ ψ et edd. pr. cum Lamb. Wolf. Beck. Schutz. et Orell.—13 χ *animo.*—14 Pro *sæpe,* quod in H S deest, C χ habent *se.*—15 H *dicere.*—16 C H S T χ præpositionem omittunt.—17 In Franc. Dresd. Barb. ed. 1472. *in ejus sedes.*—18 C T ψ *observabatur.* Pro *exstinctoris* Franc. Hervag. Car. Steph. et Lamb. *exterminatoris.* In Barb. marg. antiqua manu ascriptum est, 'Alii *exterminatoris.*'—19 *Inico* Pal. 9. *inito* Barb. sex Oxonn. Mss. et edd. pr. pleræque: *imito* ed. 1472. *incito* Junt.—20 Franc. et Lamb. *se meque.* Dresd. et Barb. *meque,* omisso *se.* In T et ed. 1472. *seque* deest.—1 *Si iste invictus metu, furore inst.* Junt. *si iste metu, si furore inst.* Manut. Oliv. Lall. *metu perturbatus, si furori inst.* Lamb. 1584. sed in ed. 1566. *metu perculsus.* Schutz. conjecit legend. *si iste metu instinctus.* Beck. legi mavult *metu agitatus.*—2 C H S χ ψ *verbum unum.* Mox, C *affari.*

CAP. LVI. 3 Dicendum potius fuisse *futili* censet Wolf.—4 Lamb. *soli.*—

NOTÆ

[l] *Illo pontifice*] De juniore et imperito pontifice illo loquitur.

[m] *Magna vis est*] Subjicit amplificationem egregiam a Deorum majestate, et suorum cultorum cura, et reipublicæ dignitate; etenim Dii violatores voluntatum suarum timore et cura replent.

[n] *Templorum custodem*] Se Ciceronem intelligit, qui templa Deorum incendio liberavit, exstincta Catilinæ conjuratione.

præstantissimi[5] semper in mea causa præfuistis;[6] vobis Italiæ magnificentissimus ille motus,[o] municipiorumque concursus; vobis Campus,[p] centuriarumque una vox omnium, quarum vos principes atque auctores fuistis; vobis omnes societates, omnes ordines, omnes, qui aut re,[7] aut spe denique sunt bona, omne vobis erga meam dignitatem studium, et judicium non modo commissum, verum etiam commendatum, esse arbitrantur.[8] 143. Denique ipsi Dii immortales, qui hanc urbem atque hoc[9] imperium tuentur, ut esset omnibus gentibus posteritatique perspicuum, divino me numine esse reipublicæ redditum,[10] idcirco mihi videntur fructum ipsum reditus et gratulationis meæ, ad suorum sacerdotum potestatem judiciumque revocasse. Hic est enim reditus, pontifices, hæc restitutio, in domo, in sedibus, in aris, in focis, in Diis penatibus recuperandis: quorum si iste[11] suis sceleratissimis manibus tecta sedesque convellit; ducibusque consulibus, tanquam urbe capta, hanc unam domum, quasi acerrimi propugnatoris, delendam putavit; tamen illi Dii penates ac familiares mei, per vos, in meam domum mecum[12] erunt restituti. LVII. 144. Quocirca te, Capitoline,[13] [q] quem propter beneficia



5 Pro *præstantissimi*, quod in Mss. nonnullis deest, teste Lambino, Pantagathus conjecit legend. *præstantissime;* Ern. legi mavult *præsentissime.*—6 χ *fuistis.*—7 H *revera.* Pro *spe* Ursinus *specie* reponi voluit. Tum, *boni* Barb. sex Oxonn. Mss. Junt. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. Denique, pro *omne vobis* Franc. habet *omnes hi tum;* unde Græv. et Lall. dederunt *omnes hi suum.* In C H S T χ, Barb. Ms. Car. Steph. et edd. pr. *omnes tum.* Wolf. Beck. et Orell. e conjectura Garatoni receperunt *omne suum.* Ceteri *omne vobis.*—8 *Arbitrabantur* C H S T χ, Franc. Barb. et edd. pr. unde Grut. Græv. et Wolf. dederunt *arbitrabuntur.*—9 In Ms. Car. Steph. et Ven. 1480. *hoc* deest.—10 Franc. Dresd. ed. 1472. *reductum.*—11 Lamb. *quorum etsi iste.*—12 *Mecum* omittit Dresd. in quo et H S χ ψ legitur *erant rest.*

CAP. LVII. 13 Post *Capitoline* H addit *Jupiter,* quod deesse conjiciebat

NOTÆ

[o] *Magnificentissimus ille motus*] Motum exprimit quo tota Italia commota est ad dandum sibi testimonium, ut Romam ab exilio revocaretur.

[p] *Campus*] Loquitur de Campo Martio. De eo dictum est orat. pro Rab. § 11. not.

[q] *Te, Capitoline*] Jupiter Capitolinus dictus est, quia colebatur in Capitolio.

populus Romanus Optimum, propter vim Maximum nominavit, teque, Juno regina, et te, custos urbis, Minerva,[r] quæ semper adjutrix consiliorum meorum, testis laborum extitisti, precor ac quæso: vosque, qui maxime me[14] repetistis, atque revocastis, quorum de sedibus hæc mihi proposita est contentio, patrii penates familiaresque, qui huic urbi et reipublicæ præsidetis,[15] vos obtestor, quorum ego[16] a templis ac delubris pestiferam illam et nefariam flammam[17] depuli: teque, Vesta mater,[s] cujus castissimas sacerdotes ab hominum amentia, furore et scelere defendi; cujusque ignem illum sempiternum non sum passus aut sanguine civium restingui, aut cum totius urbis incendio commisceri:[18] 145. ut, si in illo pæne fato reipublicæ objeci meum caput, pro vestris cærimoniis atque templis, perditissimorum civium[19] furori atque ferro; et, si iterum, cum ex mea contentione interitus bonorum omnium quæreretur, vos sum testatus, vobis me ac meos commendavi, meque ac meum[20] caput ea conditione devovi,[t] ut, si et eo ipso[1] tempore, et ante, et in consulatu meo, commodis



Hotomann. Mox, in C et T *populi Ro.*—14 Franc. *me maxime.* In H S T χ *me* deest. Tum, H S *recepistis ac revoc.*—15 C S T χ ψ, Franc. Dresd. et edd. vett. *præsides estis.*—16 In S *ego* deest. Ms. Car. Steph. habet *a templis atque delubr.*—17 Pro *flammam* χ ψ *sedem.* In Ven. 1480. *nef. depuli conspirationem:* Rom. et Ven. 1483. *nef. cædem depuli:* Franc. *pestif. illam feram et nef. flammam.*—18 C *commiserit.* Tum, *ut* in Junt. deest, uti volebat Pantagathus. C *si* omittit. Ed. Rom. Ven. 1480. 1483. habent *et si.*—19 Pro *civium,* in χ *hominum.*—20 Ms. Car. Steph. *meque atque meum.*—1 Idem *ut si*

NOTÆ

[r] *Minerva*] Habebat domi Cicero Minervæ signum, idque longo tempore religiosissime coluerat. Cum autem ex urbe discessurus esset, hoc signum in Capitolio dedicavit, et subscripsit 'Minervæ custodi urbis.' Plut. et Dio.

[s] *Vesta mater*] Vesta Saturni filia ex Ope, quæ non raro a poëtis pro terra sumitur, sive quod omnibus terra vestiatur, sive quod vi sua stet. Interdum etiam ponitur pro igne. Cum Vesta pro terra accipitur, de matre Saturni; quando virginem nominant, de filia ejus est intelligendum, quam ignem esse voluere. A Numa Pompilio Romæ coli cœpta est: huic virgines dedicavit, quæ Vestales dictæ sunt; quarum munus fuit ignem perpetuum fovere et conservare.

[t] *Ea conditione devovi*] De hac devotione vide orat. ad Quir. § 1. not.

meis omnibus, emolumentis, præmiis prætermissis, cura, cogitatione, vigiliis omnibus, nihil, nisi de salute meorum civium, laborassem; tum mihi republica aliquando restituta liceret frui: sin autem mea consilia patriæ non profuissent; [*p.* 243.] ut perpetuum dolorem, avulsus a meis, sustinerem: hanc ego devotionem [2] capitis mei, cum ero in sedes meas restitutus, tum denique convictam esse [3] et commissam putabo. 146. Nam nunc quidem, pontifices, non [4] solum domo, de qua cognoscitis, sed tota urbe careo, in quam videor [5] esse restitutus. Urbis enim celeberrimæ et maximæ partes adversum illud non monumentum, sed vulnus patriæ contuentur: quem cum mihi conspectum morte magis vitandum fugiendumque esse videatis; [6] nolite, quæso, eum, cujus reditu restitutam rempublicam fore putastis, non solum dignitatis ornamentis, sed etiam urbis partibus velle esse privatum.[7] LVIII. Non me bonorum direptio, non tectorum excisio,[8] non depopulatio prædiorum, non præda consulum ex meis fortunis crudelissime capta permovet: caduca semper et mobilia hæc esse duxi: non virtutis atque ingenii, sed fortunæ et temporum munera; quorum ego non tam facultatem unquam et copiam expetendam [9] putavi, quam et in utendo rationem, et in carendo patientiam. Etenim ad nostrum usum propemodum jam est [10] definita moderatio rei familiaris: liberis autem nostris satis amplum patrimonium paterni nominis, ac nostræ memoriæ, relinquemus. Domo per scelus erepta, per latrocinium occupata, per religionis vim sceleratius etiam ædificata, quam eversa, carere, sine maxima ignominia reipublicæ, meo dedecore ac dolore, non possum. Qua-

meo ipso. Pro *et eo* C H S T habent *de eo;* χ *de ipso eo.* Mox, sex Oxonn. Mss. cum Lamb. omittunt copulam ante verba *in cons. meo.*—2 C T χ *devolutionem.*—3 C H χ ψ et Ms. Car. Steph. *conjunctam esse.* Mox, Lamb. conjecit *putem* legend.—4 In χ deest *non.* Pro *solum* C *sum de;* χ *solum de.* Mox, C H χ *cognostis:* S *cognoscis.*—5 C *video.*—6 C H S χ ψ *videatur.* —7 χ *privatam.*

CAP. LVIII. 8 Lamb. *tectorum exscissio,* omissa partic. *non.*—9 *Extendendam* C H T χ, Franc. Dresd. Barb. Pall. et edd. pr. cum Grut. et Græv. In S *extrudendum.* Mox, C H χ omittunt præpositionem ante *utendo.*—10

propter, si Diis immortalibus, si senatui, si populo Romano, si cunctæ Italiæ, si provinciis, si exteris nationibus, si vobismetipsis, qui in mea salute principem semper locum auctoritatemque tenuistis, gratum et jucundum meum reditum intelligitis[11] esse; quæso obtestorque vos, pontifices, ut me, quem auctoritate, studio,[u] sententiis restituistis,[12] nunc, quoniam senatus ita vult, manibus quoque vestris in sedibus meis collocetis.

Dresd. *jam adest.* Tum, verba *rei fam.* in Franc. et ed. 1472. desunt.—11 χ *intelligetis.*—12 ψ *restituitis.*

NOTÆ

[u] *Auctoritate, studio*] Patet ex hoc loco pontifices Ciceroni revocando favisse. Sane factum est senatusconsultum, 'Videri Ciceronis domum judicio pontificum religione liberatam; et, ut magistratus curarent, ut ei sine vi ædificare liceret;' ut sequenti oratione videbitur.